DEO TER OPTIMO TER MAXIMO AUSPICE.

CURSUS GRAMMATICALIS LINGUARUM ORIENTALIUM,

SCILICET.

ARABICÆ, PERSICÆ ET TURCICÆ:

SUMMA

INVICTISSIMI CÆSARIS AC MONARCHARUM PRINCIPIS

LEOPOLDI I.

MUNIFICENTIA ET LIBERALITATE.

PROMOTORE

Illustrissimo & Excellentissimo Domino, Domino

GUNDACHERO THOMÆ,

S. R. Imperii Hæreditario Comiti & Domino de Stahrenberg, Domino Dominiorum Eschberg & Liechtenhaag, Hypothecario Domino in Podtendorff, S. C. Regiæque Majestati Actuali Consiliario Intimo, Cubiculario, & Cæsareæ Aulicæ Cameræ Præside,

AUTHORE

JOANNE BAPTISTA PODESTA, SS. Sepulchri D N I.C. Equite. Sac. Cæs. Regiæque Majestati à Consiliis Aulico Hungaricis, Orient. Lingu SECRETARIO. Cæs. Consil. Aulico-Bellici.

PARS TERTIA, & Ultima.

Turcismus Vulgaris & Literalis, id est: Arabismo & Persismo grammaticaliter & syntacticè mixtus.

Viennæ Austriæ, Typis Leopoldi Voigt, Univers. Typog. 1703.

Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix Sapientiæ. *Sap. 3.*

ROMANÆ ET APOSTOLICÆ MAJESTATI GLORIOSISSIMÆ JOSEPHI I. ARCHIDUCIS AUSTRIÆ VICTORIOSISSIMI ET INVICTISSIMI CÆSARIS LEOPOLDI I. MONARCHARUM PRINCIPIS MAGNÆ SPEI FILIO.

R*Egum Princeps & Domine Invictissime. Gloriosa sunt per orbem excurrentis Famæ Verba* Veni vidi vici. *En festivitate pleni subsequuntur concentus;*

Vivite felices, quia Vos Virtute JOSEPHI
Victores, Vos non gallica cura premet.

Nam

Nam Regiæ Majestatis Vestræ PRÆSENTIA contremiscunt hostes, labuntur animo, sibi culpam dicunt, in injustè possessis titubant.

Tunc titubant animi, tituli cum causa reclamat
Justitiæ.

Tunc omne munitum fit immunitum &, inexpugnabile fit expugnabile, & quò Regius pertingit gladius domabile evadit. Landavia quid magis munitum de qua Adversarius identidem jactitabat: hæC neMInI CæDet, & verò etiam lapidi, ut seris innotesceret Sæculis, incidebat. At Tua Invictißime Rex Magnanimitas, Tua Fortitudo jactantiam confudit hostilem, ut ex vero in eodem lapide priori illi triverbio, alterum tibi longè gloriosissimum subscriberet: tanDeM CæsarI CessIt, inexpugnabilia proinde defensionibusq; suis provisa mœnia, aquarum inundatione inaccessibilia, Regiæ Majestatis Vestræ virtute expugnabilia evasêre. Non tellus solum, sed & ipsum Cœlum Austriacæ Justitiæ causam fovet.

Quod si Natura abstineat, suprema Potestas
Cæli, pugnat pro Juribus Austriadum.

Austriacos, sidera Muhammedanis conterminos fecerunt, ut Barbarorum ausibus Consilio & robore obsistentes Europæ saluti consulerent, hinc

Frau-

Fraudibus abreptum, prætextu Juris ademptum.
Cernes correptum, à Domino mox jure redemptum.

Quia Imperiis alienis non jure se ingerenti non manet utilitas, & ut de damno cavendo agat necesse est, injustum quippe (sic cælo disponente) pænæ locò, justi partem secum trahit, & taliter vires arroganter potentes imminuit. Maxime Regum, spes unica Orbis Christiadum, Imperii Romani Selectissima GEMMA, Austriadum DECUS, Regiæ Majestatis Vestræ lumbos cælestis Justitia gladio bifido cingit, cujus acies una Orientis, Occidentis altera, superbis minaces, Violentiæ & fraudis Domitrices.

Ast, ut ad id, quod mearum partium est, me vertam, sint laudes infinitæ sublimi illi sapientiæ, quæ mihi primo & indigno id luminis benignissimè impertita esse videtur, ut pro DEO & Augustissima Austriadum DOMO theoricè Arabismi Persismi & Turcismi fundamenta absolutè & intermixtim ad literalem turcismum nitidè concurrentes scripserim, arduum sanè tentamen & opus, at ad metam direxi telum, scopum tetigi, stant mea theorica munificentiâ Austriacâ. O Regum Sapientissime! Si theoriam meam hac summa liberalitate currente, praxis mea opus, quod Lexicon est amplissi-

plißimum Latino-turc-arabico-persicum, intermixtis ad Christianæ Catholicæ fidei explicationem, & ad scientiarum fundamenta requisitis terminis, fusißimum lumen præferens, sequeretur, quam felix essem, si ab Austriadum liberalitate humilis ingenii mei labores, ad Gloriam DEI & ad Augustißimæ Domus utilitatem impressos videre possem! Ad Augustos igitur Regiæ Majestatis Vestræ Pedes meum inclino caput, precibus meis Regiam Clementiam imploro, ut vitæ meæ jam accedens finis, canos meos tantâ gratiâ exornatos videat, ut feliciter in sancta pace, requiescam.

Regiæ Majestatis Vestræ.

Humillimus & Obsequentissimus

Joannes Baptista Podestà.

PRÆFATIO.

In Linguam Turcicam vulgariter & literaliter sumptam.

SI *scire* ut ait *Aristoteles I.* poster. cap. 2. est *rem per causam cognoscere*; sit quæstio: an hactenus immensa illa & interminabilis sermonis literalis turcici lingua, orbi Christiano innotuerit? negativè respondeam necessè est, quia per nunc elapsi sæculi decursum, plures, perplurimas, de turcico idiomate simpliciter, regulas protulerunt, & hoc idioma ita facile repræsentaverunt, quasi linguà hac in orbe facilior non daretur; si causam roges, cur? repono: quia, in ea, id solum, quod vulgare est, exposuerunt nec ullus horum, ad id, quod literale est, applicuit mentem: cum autem in Europa, res per causam cognosci cæpta est, longè alia principia, se intellectui nostro, repræsentaverunt, hinc opiniones præcedentium, exigui fundamenti principia apparere cæperunt. At quæres! num non & illi libros legerint, ut id, quod in re est, perspicere potuerint? respondeo Orientis linguas de quibus agimus, cum vocalibus equidem scribi posse, ut subinde contingit, modus autem currens & ordinarius est, sine vocalibus scribere, quæ scripta, sine grammaticæ & syntaxeos cognitione, authoritate insuper simul concurrente, ubi ars deficit, legere non est possibile, fitque ut id quod Nobis Europæis respectu praxeos nostræ antecedens est, cum mentem nostram ad hæc studia convertimus, illud consequens esse, cognoscamus, si hac in re fundatè procedere prætendimus, & hac de causa, Divus Hieronymus de suo in Hebraica lingua Magistro, in præfatione in

Job, sic discurrit: *Memini me*, ait ille, *ob intelligentiam hujus voluminis, Lyddæum quendam Præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemisse nummis, cujus doctriná an aliquid profecerim, nescio, hoc unum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram.* Sed cùm in linguis Orientalibus grammaticalis & syntactica cognitio lectionem præcedat, sequitur, quòd Divi Hieronymi lectio, ab eo, quod jam grammaticaliter & syntacticè cognoscebat, processerit, & reliquum, quod arte hac necdum attingebat, non intellexerit. Quod cùm à Lyddæo illo Præceptore, quod non cognovit, se cognoscere posse existimaret, spe frustratus, sui Præceptoris in docendo ope destitutus, ejusdem in docendo insufficientiam fuit expertus. Error inter Orientales Gentes erga nos Europæos communissimus. Huic observationi peraptè convenit illud Senecæ, Natur. Quæst. lib. 6. cap. 1. *Longè semper à perfecto fuere principia. Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veteres, parum exactas esse, & rudes, circa verum errabatur, nova omnia erant primò tentantibus, pòst eadem illa limata sunt, & si quid inventum est, illis nihilominas referri debet acceptum.* Ast & temporum fluxus, rerum Magister, juxta ilud Turcarum dictum in Columna Islamismi: خلقڭ اوزون عمرلوسي اول كيمسه دركه علم جمع ايتدي و كندودن صكره كلنلر آنڭ ايله فايده لنه لر *Creatura longissimæ vitæ illa est, quæ scientiam collegit, & post ipsam advenientes per illam fructum faciunt.* Creatura utique illa longissimæ vitæ, est continua illa successio virorum scientiis exornatorum, quæ præcedentium Authorum suppositum falsum & in sufficiens comprehendens, conatu suo, rem, ut in se est, exponere tentat & explicat: non errat ergo ille, qui certis & evidentibus principiis præmissis, securà manu ad consequentias ducit.

Varia

PRÆFATIO.

Varia erat antecedentium nos in hac tractanda lingua methodus, sensus & opiniones: dicebant quidam, linguam turcicam arabicos & persicos terminos, non secus ac Italica, latinos admittere, quod suò modò verum est, at adhuc à re remoti sumus: ajebant alii: Constantinopoli natus est, ergo naturali Turcarum sermone præditus est. Negatur suppositum; quia, si Græcus Christianus est, vulgaris Græca ejus materna. Si Judæus, materna illi lingua Hispanica est, solis Turcis vulgaris lingua in usu est, non literalis. At à ratione alienum quid est, sibi persuadere velle, Turcam, linguam suam Europæo Christiano methodicè tradere posse, unde Genti rudi talis methodus? habeat linguam, qua cum Europæo Christiano conferre & discurrere possit, ubi illi, & unde artis fundamenta, ut ingenio polito & illustri, ut est Europæorum Christianorum, ordinatâ methodo artis regulas tradere possit? Auditus absque regula, Opifices & Mercatores ad sibi necessaria dirigit. Longè aliter studendum illi, qui ad altioris ordinis curas natus, doctum doctè scire decet; aliud est inter Barbaros esse Ecclesiasticum, & animarum saluti studere, aliud est inter Barbaros Christianitatis negotia & Principum Christianitatis opera tractare: his in rebus, viris insignibus, nationum linguas & scripta intelligentibus opus est. His literalis linguæ scientia est necessaria: si literalis lingua est necessaria, ut in re est, sic argumentari licebit: Turcismus literalis abs exclusione vulgaris, est objectum finale *quod*, quod intendimus; sed ad objectum finale *quod*, per media ad id dirigentia tendere oportet, & media, per quæ ad hoc finale objectum fit tendentia, inter præcipua est arabismus cum persismi concursu, ergo arabismus & persismus, respectu finis *quod* seu objecti finalis, habent se ut medius terminus ad objectum finale, mediorum autem natura ea est, ut finem præcedant, ergo turcismus literalis objectum finale *quod*, quod intenditur, pro mediis ad se tendendi arabismum & demum persismum prærequirit. Qui arabismus, si rem minutim inspicimus in Italia prima principia sumpsit, voluitque

Genuæ Urbs Liguriæ in Sæculi adhuc 1500. cursu horum studiorum primas obtinere, conatumvè impendit, ni typorum incuriâ & corrigentium penuriâ laborasset. hinc est, quod ibi mendis scatentissimum, & non bene exculptis literis impressum arabicum Lexicon, ab hominum visu evanuerit, cujus tamen exemplar unum, cum Venetiis subsisterem, ad manus meas videndi causa delatum fuit. Sors melior Romæ favit, ubi Paulo Quinto Pontifice Maximo sub anno mox elapsi Sæculi 1620. Patris Francisci Martelotti Ordinis Clericorum minorum viri eruditissimi Institutiones arabicæ in lucem datæ. Urbano Octavo Pontifice, Hispaniarum Monarchâ Philippo Quarto Austriaco regnante, Mediolani Promotore, ope ac liberalitate Eminentissimi Domini Cardinalis Borromæi, Anno 1632. adductis ex Oriente Muhammedanis Arabibus, pro rerum exactiori labore, Authore Antonio Giggeio Eximio Viro Ambrosiani Collegii Doctore, thesaurus Arabicus juris communis factus est. Successere editionibus his, commerciorum promovendorum causà, Batavus Golius, & Anglus Castellus, qui modo adhuc Excellentiori in productione Arabici Lexici, curam impenderunt. At, quia ad turcismum literalem pariter arabismus cum persismo tum vulgariter, tum literaliter, id est: grammaticaliter & syntacticè persicè constructus cadit, dantur & Grammatici & Lexicographi solum in vulgari persismo hærentes, arabicum vulgo in usu solum insinuantes, sic vulgares persicæ grammaticæ sic vulgaria Lexica. Grammaticæ ergo purè persicæ sunt Adm Reverendi P. Ignatii à JESU Carmelitæ Discalceati. Romæ 1661. Ludovici de Dieu Lugduni Batavorum 1639. Joannis Gravii Londini 1649. Dictionarium Persico-Latinum, Jacobi Golii & Edmundi Castelli Londini 1669. Gazophylacium Persicum Adm. Reverendi P. Angeli â S. Josepho Carmelitæ Discalceati, Amstelodami 1684. hi sunt pro Persismo vulgari existentes libri. Pro turcismo Megiserus Lypsiæ, Du Rier Parisiis, Meninskius Viennæ, Saaman in Anglia. Simpliciter Persismus abs Arabismo in tractandis

dis negotiis ſubſiſtere nequit, multo minus Turcismus, ni arabicis & perſicis adminiculis fultus fuerit. Hinc inferendum, ſi lingua Arabica pro totius orbis latè patentiſſima & interminabiliter ampliſſima habetur, quid de perſica, quæ illâ omnimodè & vulgariter & literaliter utitur, dicendum erit? ſi de hujus amplitudine cum obſtupefactione loqui debemus, quid de turcica literali, quæ arabismum & perſismum ad ſe indiſtinctè trahit, dicendum erit? numquid ſtupenda machina? Ergo arabismus eſt paſſus ſeu via, per quam ad perſismum, & arabismus & perſismus eſt paſſus ſeu via, per quam ad literalem turcismum tenditur: ergo hi paſſus regulatè inſtituendi ſunt. Sit ergo arabismus primus medius terminus, per quem rei veritatem exhibeo.

Arabica lingua, in quam per radices ut per derivationis ſuæ originis fontes, nos in immenſum illius Oceanum immittere debemus, radices ſuas quomodocunque ſumptas authoritate probat, quas *illi* è Camus & aliis Orientis Authoribus deſumpſerunt apud nos è Giggeio, Golio, & Caſtello deſumendæ, obtentâ radicis qualitate, cætera vi artis obtinentur, mira autem eſt radicum in vi ſignificandi ubertas, quæ Latinismi reſpectu, multorū ſignificatorum eſt à conſtruendi modo vim propriam ſignificandi obtinens, & non ſemper uno termino eſt exprimibilis, at circumſcriptione indiget. Sit v. g. رَجَعْ totaliter fathata, hæc radix Golio & Caſtello teſtibus, ſequentibus ſignificatis gaudet: *rediit, reverſus fuit, iterum fecit, iteravit, profecit, bene vertit, beneq; ceſſit, Calamum ſuper ſcripturam duxit ut pulchrior appareret, receſſit, diſceſſit, retroceſſit, deſtititq; à re, reduxit, reſtituit, reſpondit, vertit, convertit, mutavit, repetivit, recepitq; mulierem repudiatam, reſtitutus fuit valetudini, convaluit, vendidit camelam, ut pretio aliam & meliorem compararet, jactata cauda, compreſſis natibus, interruptim ſparſa urina indicium fecit* Camela vel aſina *ſe fatam eſſe, cum tamen non eſſet, adver-*

versata fuit admissarium, anteriores ac posteriores pedes sustulit, inter eundum quasi tollutim incederet. Ab hac radice derivata & per turcismum dispersa sunt, & vim significati sui originalis retinent. sic رَجُوعْ *iteratio, reversio, reditus.* sic رَجُوعْ اِيتْمَكْ *iterare, revertere, redire*, veluti: سُلْطَانْ كَثِيرُ ٱلْجُمُوعْ بَلْغَرَانْ سَفَرِنْدَنْ رَجُوعْ اِيدُوبْ *Cum Sultanus magnæ copiæ* (magni exercitûs) *ab expeditione bellica Belgradiensi rediret.* item: مُرَاجَعَتْ اِيتْمَكْ idem مُرَاجَعَتْ تَكْرَارْ قَاضِيَه مُرَاجَعَتْ اِيتْدُمْ *demum ad Judicem redivi* رَاجِع vel رَجِيعْ اُولْمَقْ item: مَرْجِعْ *reditus* veluti: مَرْجِعِ پَادِشَاهَانِ زَمَانْ *reditus Regum sæculi.* مُتَرَاجِع اُولْمَقْ *retrogradi &c.* Cognitio autem substantialis in hoc consistit, ut id, quod sine vocalibus est (qui est ordinarius scribendi modus Gentis) benè, & suis cum vocalibus scribatur & legatur, ad quam perfectionem nemo pervenerit, cui radicis & inde derivatorum vocalizatio cognita non fuerit. Cognitio autem vocalium via duplici obtinetur: authoritate nempe & artis regulâ, ut dictum est: Authoritas ab ipsa radice perfecta & hamzata immediatè oritur, mediatè autem à modsareo surdarum & infirmarum, in quibus pariter authoritas spectanda est. Hic dictarum simplicium radicum masdara & nominum pluralia, exceptis sanis, Giggei Golii & Castelli Lexica notant, quæ autem à radicibus regulariter derivantur, quales sunt verborum structuræ, ut: *jurare fecit, coadjuvit, juvare jussit, se juvare simulavit, se simul juvare*, vel *se invicem juvare, adjutus fuit, diligenter juvit.* item ex iis orta derivata, ut sunt adjectiva, quorum sunt plu-

plurimæ formæ, participia, comparativa, ſuperlativa, nomina inſtrumenti, temporis, loci, ſtructurarum masdara, nomina actionis, vicis, vaſis, quia omnia â radicibus & ſtructuris regulatè derivantur, â Lexicographis non adnotantur, ex ſuppoſito, quòd hæc omnia regulatè â radicibus emanent, quam emanationem à Grammatices Studioſis ſciri ſupponunt. Aſt, ut radicum naturam melius exhibeam: en in una eademque radice ſibi repugnantia ſignificata, idque ſub una eademque vocalizatione veluti: عَدَلَ *deflexit à recto*, & è contra *juſtitiam rectè adminiſtravit*: quarum radicum genuinum ſignificatum, modô aliô dignoſci non poteſt, niſi regiminis regulâ, ſic, ut, quando عَدَلَ *deflexit à recto* ſignificat, cum particula præpoſitionis عَنْ *â, ab, abs &c.* cum autem: *juſtitiam recti adminiſtravit* indicat, ſibi in conſtructione particulam præpoſitionis في *in* jungi expetit, Derivata talium radicum, & in turcismo taliter cadunt, veluti: پادشاهلر عدل و احسانله دنیای معمور ایدرلر *Reges juſtitiâ & beneficentiâ mundum cultum reddunt.* & è contra ab hac ipſa radice derivatum عُدُول *deviatio à recto*: veluti: فلان كیمسنه طوغرو یولدن عدول ایتدي *Talis quidam à vera via recti deviationem fecit.* Aliæ radices, ſignificandi vi non adeo ab originali ſuo principio receduut: veluti: فَتَحَ ſub una eademque vocalizatione *auſpicatus ſeu exorſus fuit, aperuit, expugnavit*, & Turcæ ſub iisdem hujus radicis ſignificatis utuntur, veluti: فتح كلام ایلدي *exordium ſermonis fecit.* فتح باب ایتمك *apertionem portæ facere.*

cere. قلعه ايتمكى فتح *expuqnationem muniminis facerere.* Radix autem عرق vocalium diverſitate ſuam ſignificandi vim exprimit. Sic notata عَرَقَ eſt: *radices egit & per terram diffudit*, hinc ſubſtantivum عِرْق *radix, origo.* Sic & in turcismo عِرْقِ اُبُوَّتْ وَ اِشْفَاقْ وَ مَوَدَّتْ حَرَكَتَه كَلُوبْ *Cum radix vel origo paternitatis & commiſerationis & affectûs ad motum veniſſent.* Quòd ſi radicis vocalizatio ſit عَرِقَ *ſudavit* ſignificet; inde عَرَقْ, *ſudor*, & in turcismum cadet, ſub hoc ipſo ſignificato veluti: تَابِ اضْطِرَابِدَه اَنْدَامِنَه عَرَقْ مُسْتَوْلي اُولْدي *Ardore moleſtia, ſtatura* (corpori) *ejus ſudor prævaluit.* Utqne clariùs pateat, arabismum & perſismum ſuis in circumſtantiis per grammaticam & ſyntaxim ſuam propriam, ad literalem turcismum tranſire; en exempla. لَطِيفْ اَلشَّكْلِ وَ حَسَنْ اَلْقِيَافَتْ كِمْسَه ايدي *Amenæ formæ & pulchræ ſtaturæ quidam fuit.* Regula ſyntactica arabica cui correſpondet latina: *ſubſtantiva cùm ad laudem vel vituperationem referuntur.* item: اِيكي بُولْدُمْ بِرِيسي تَعْظِيمْ اَمْرِ اَللّٰهِ بِرِيسي شَفْقَتْ خَلْقِ اَللّٰه *Duo inveni, unum veneratio mandati DEI, unum* (alterum) *commiſeratio*

ratio populi DEI regula *Quotiescunq; arabica.* Quin immo se ultra extendunt, veluti: تَطْوِيلُ ٱلْكَلَامْ بِلَا فَايِدَه

تَصْدِيعْدُرْ *Protractio sermonis sine utilitate est perturbatio capitis* de mir. mund. patet præter regulam *Quotiescunq;* arabicam esse etiam præpositionem, & per arabismum, junctum verbo turcico, constructionem claudi. Etiam syntaxi turcicæ sententiam arabicam includunt & sensum implent, veluti:

وَ دَخِي اي مَلِكْ حَقّ تَعَالَى سَنِي آنُكْ ايچُونْ

مَالِكْ اَيْلَدِيكِه كَنْدُونُكْ قُولْلَرِي اُورْتَاسِنْدَه

(فَٱحْكُمْ بَيْنَ ٱلنَّاسِ بِٱلْعَدْلِ) *Etiam ô Rex, DEUS celsitudinis te propterea regnantem fecit ut inter servos suos Impera inter homines cum justitia.* Regula persica *Quotiescunq;* & in turcismo usitatissima, ut è syntaxi hoc loco videri potest, quæ & in solis arabicis & persicis terminis consistere potest, ut: آمَدَنِ ايلچي *itio legati* vide in Syntaxi regulam *Quotiescunq;* & in Grammatica tract. 2. cap. 14. incidit etiam sensus persicus, salvo verbo turcico, ut: تَازَه جُوَانْدُرْ *est juvenis recens.* زَرْبَفْتْ وَ دِيبَا وَ

كَمْخَا ايدي *Fuit auro intertexta tela & sericum & pannus damascenus.* de mir. mund. & Regula *Quotiescunq;* omnium trium linguarum subinde ad unius Orationis cursum veniunt, veluti: اُولْ

آفِتَابِ جِهَانْتَابْ شَرْعُكْ شُعَاعِ مَزِيدُ ٱلْاَنْوَارْ

Sol ille mundi radius, legis ſplendor, augmentum luminum. Pura turcica conſtructio, arabicis, perſicis, & turcicis terminis juxta ſyntaxim turcicam commiſceri poteſt. ſic: سلطانم دولتلو بنم
عيني بمور يلان سوز خاكپايكزه تحرير اولنشدر

Mi felix Sultane illud ipſum verbum, quod imperatum eſt, ad pulverem pedum veſtrorum tranſcriptum eſt.

De cætero conſtat quod conſtructio literalis turcica, ſalvo verbo ad ſenſum pertinente poſſit arabicè & perſicè totaliter conſtrui, ſed à conſtructionis arabicæ qualitate nullus terminus arabicus excludi poteſt, & lingua perſica arabismo mixta in turcismo literali ſubſiſtit excluſo ipſo turcismo: ergo turcica literalis conſtructio, ſalvò verbò concluſionis planè ſine turcismi adminiculo ſubſiſtere poteſt. Atque in arabica conſtructione omnis terminus arabicus & perſicus licitus eſt. Ergo expreſsè dicere non poſſumus is vel ille terminus arabicus vel perſicus in turcismo literali excluditur, aliud quid autem eſt, quod contingere poſſit ut talis quidam arabicus vel perſicus terminus in particulari ſumptus iu uſu non ſit, cum autem hoc ex Nobismet ipſis ſcire non poſſimus, ratio dictat, ut id quod obvium eſſe poſſet, nobis non ſit incognitum, hinc ratio & fundamentum quod literali linguæ turcicæ ſtudens, in arabicis & perſicis fundamentis & praxi fundatus ſit oporteat.

Si ergò hic fundatè allegata benè perpenderis, & examinaveris, inferes: immenſam & incomprehenſibilem, ut ita dicam, arabicæ linguæ amplitudinem; quam ſi demùm cum ſua grammatica & ſyntaxi, ſimul cum perſica lingua Grammaticaliter & ſyntacticè concurrere noſces, neque turcicam ſuis cum principiis recedere velle, numquid immenſum hunc & regulatum linguarum concurſum, rerumque ſtupendam quandam commixtionem eſſe fateberis, eruntque loculenti teſtes Auguſtiſſimæ Cæſareæ Bibliothecæ Codices, quorum adminiculo in harum rerum cognitionem fui delatus,

tus, magnoque mihi emolumento fuit, Mustaphæ de rebus gestis Sultani Solymani Secundi in Gallorum favorem contra Augustissimam Austriacorum Domum Historia. Verùm primam harum rerum productionem in Europam compendioso calamo exaratam posces? Quomodo tibi, arabismum & persismum, literalem turcismum constituere, exhibuissem, nisi tibi priùs arabismi & persismi veluti grammaticaliter & syntacticè concurrentium partium qualitatē exposuissem? &, ut turcismum literalem hic dictas linguas taliter expetentem tibi præfigurassem, nisi necessariis in locis exemplis ipsis, asserta mea confixmassem? sit, compendiosè dixissem, an quid, quod tibi satisfactionem daret, produxissem? tuarum erit posthac partium, & tibi & aliis compendium scribere, cùm id, quòd in suo primo principio fusè explicatum est, intellexeris, & exemplorum à quantitate, hujus linguæ literalis immensam amplitudinem, & variam phrasiologiam mente conceperis. At carpes, hinc *inde* positorum exemplorum amplitudinem, cùm exemplum ad materiem pertinens compendiosiori modo adducere potuissem. Verùm dicis, id esse potuisset, at cognitio illa, quam habui, quod pro obtinenda praxi, libri requisiti sint acquisitu difficillimi, & sæpiùs erroribus contaminati, abs re esse non censui, ut tibi subinde exercitii praxim, regulæ interposito exemplo suggererem, ut Gentis phrasim tantò magis imbibas, & his rationibus consideratis tibi displicentiæ cessabit motus: & quia argumentorum compositione res ab Antecessoribus nostris neglecta, juxta regulas linguæ genuinam constructionem hauries, ejusve genium & phrasim comprehendes, &, ut id agas, exemplorum authenticorum abundantià tibi viam disposui, quo minus loquendo & scribendo Europæizes, quod his in linguis summum vitium. Post sensuum meorum exhibitionem. Turcarum de lingua sua literali sensus adducere, abs re non fuerit, sciendum ergo.

Muhammedani, velocissimo sanè passu, ut Orientalium Historiarum Monumenta docent, Islamismi phantasmata & imperium

per Orientis regna dilatarunt, unius sæculi cursu, sub hoc jugo Persia, Parthia, Chorosana, Taberistana, Chogenda, Turkistana Soghdianorumque Gentes, se repererunt. Populi quondam Christiani partim, Idololatræ partim, Christiani defectu se dirigentium succubuêre; Idololatræ de gentilissimi limo in Islamismi cænum, ut cæci ceciderunt. Muhammedanis Pseudoprophetæ sui phantasmata evulgandi in promptu occasio, ut ea populis noviter sibi subjectis communicarent, consilia iniverunt, in quibus Columnâ Islamismi teste conclusum fuit: حق تعالى حضرتي علم كوكدن
عرب دلي اوزرينه اندردي عرب اوزرينه
اندردوكيچون عرب علمالري كرو علمي عرب
دلي اوزرينه بيان ايتديلر ita turcicè discurrit Columna Islamismi: id est: *Majestas DEI celsitudinis scientiam* (ita antonomasticè Alcoranus) *supra linguam arabicam descendere fecit, & quia supra arabicam descendere fecit. Arabici sapientes etiam vicissim per linguam arabicam explicaverunt.* Cùm autem linguæ Gentium Septemtrionalium in Asia plerumque sint imperfectæ & egenæ, ut nobis actu Asiatico. Scythicæ linguæ veluti Hungarica, Turcica, Tartarica, Persiea &c. exhibent, erat pariter concurrens ratio, cur Populi septemtrionem versus devicti, ad arabicæ linguæ intelligentiam & usum compelli deberent. Cmpulsio ergo Gentis ad Alcorani intelligentiam in sua genuina lingua, non erat totalis arabismi in Gentem transfusio, sed erat transfusio requisiti ad Alcorani chaos intelligendum, hinc arabismi in persismum transfusio, quæ est non totalis arabismi, neque totalis persismi subsistentia, in vulgari Persarum lingua limites certos habens: at in literali persismo, aut juxta Grammaticam & Syntaxim arabicam, aut juxta Grammaticam & Syntaxim persicam illimitato quodam modo

elo

eloquentiæ fluxus, qui orationis ſtylus per Muhammedanos ipſos, Islamismi Columnâ teſte, eſt inſtitutus, verba libri ſequentia ſunt:

بعده اول علم عجم ولايتنه دوشدوكنده عجم
علماسي دخي علما ايچون تأليف ايتدوكلري
كتاب عرب ديلي اوزرينه تأليف ايتديلر اما
عوام ايچون تأليف ايتدوكلري كتابي عجم ديلي
اوزرينه تأليف ايتديلر زمانلري عوامنه فائده
بر يوزدن اولدوغيچون id eſt: *Poſtmodum, cùm illa ſcientia in Perſarum regionem veniſſet, ſapientes Perſæ libros etiam pro ſapientibus juxta linguam arabicam compoſuerunt, verùm libros, quos pro plebe compoſuerunt, juxta linguam perſicam compoſuerunt: ut aliquo modo illius temporis plebi utilitas eſſet:* ex quo infertur, aviditatem illam, quâ Sectatores Islamismi alCorani phantasmata per eandam linguam, quâ ſcripta ſunt, explicandi & declarandi ferebantur, cauſam fuiſſe, cur perſica lingua de ſuo deperdiderit, & de arabico multum ſuæ linguæ commiſcuerit, Cognitio arabismi ad perſismum tranſitus, arabismi & perſismi ad turcismum tranſitum, hac ipſa de cauſa contigiſſe nequaquam dubitandum; nam Turcæ ſub exordio imperii Muslimorum à Muhammedanis laceſſiti, illi ipſi tandem ſucceſſu temporis ſuppreſſis Arabicis Muhammedanis, rerum potiti, Muhammedismi ſomniis ſubſcripſerunt. Somniorum autem fabulæ, modo illo propagatæ, ſunt, ut in Columna Islamismi declaratur, nempe: بعده اول علم روم
ولايتنه

ولايتنه دوشدوكنده روم علماسي اكثريا اول علمي
كرو عرب دلي اوزرينه بمان ايدوب عوام خلقنه
علم نافع يرآلتينده يركزلي مال كبي مستور
قلدي پش يرتخي زمانه مفتيلري توركي دل
اوزرينه فتوا يازدوقلري كبي زمانه خلقنه
آسان اولسون ايچون اول عربي و فارسي دل
آلتينده كزلو اولان علم نافع زعم الحاسدين
توركي دليله خلقه ظاهر ايتدوكي اميدوركه
خير دعايه سبب اولاوز *Poſtmodum, cùm ſcientia illa in Graciam deveniſſet, Doctores Gracia ſcientiam illam, ut plurimùm iuxta linguam arabicam declarabant, communi plebi, ſcientia utilis, ſicut ſub terra condita divitia tecta manebat, Nos etiam ergo, ſicut moderni de jure reſpondentes, juxta linguam turcicam reſponſum juris ſcribunt, ut populo moderno facile evadat, ſcientia illius utilis ſub arabiſmo & perſiſmo condita, plebi per linguam turcicam manifeſtatione (opinati ſint invidi) ad felices apprecationes cauſa erimus.* Adverte, in præcedente narratione refertur, quòd, ut Plebs alCoranum intelligat, commentaria in eum, per-

persica lingua scribi cæperint; in hoc autem paragrapho narratur, quòd, ut plebs Græciæ (quæ turcica erat) alCoranum intelligeret, commentaria de arabico & persico ad turcismum transtulerint, at cur? ratio subjungitur: بو عمدة الاسلام

كشتاغانه توركي لسانه ترجمه ايليم

Hanc columnam Islamismi, per turcicam famelicæ domus linguam, interpretabor? reponit Columnæ Islamismi Author: اما لايق

دكلدركه بوكتابه توركي در ديوب حقتله

نظر اولنه *Verum dignum non est, ut hac conscriptio turcica est, dicendo, contemplibiliter aspiciatur.* Si lingua famelicæ domus contemptibilis est, quo modo tollenda fames, ne contemptibiliter aspiciatur? modum suggerit ipsa Islamismi Columna, inquiens: عمدة الاسلام توركيجه عبارتله

شرح ايلمك وقتي كلدي اكرچه لسان توركي

عجمي در لكن معناسي منزل عربيدر *Tempus advenit Columnam Islamismi per explicationem turcicam declarandi, & quamvis lingua turcica barbara sit, ejus sensus meta, tamen est arabica*: Si sensûs meta arabica est, ergò arabismo duce ad metam perveniendum est; ast, si arabismo duce, ad metam per-

perveniendum eſt, qualiter arabiſmo mediante ad hanc metam perveniendum eſt? audi demum Columnam Iſlamiſmi: آنْجَـــقْ هَمَانْ عَرَبِيَّـــهْ اُسْلُوبْ ايلَهْ اُسْتَادَنْ اُوقُومَقْ اُولَهْ *Omninò, ſolummodo per modum arabicum à Magiſtro ſit legere.* Si arabiſmus eſt meta ſenſûs, ſive perſicè ſive turcicè ſcripſeris, meta ſenſûs erit Arabimus; ſi à Magiſtro per modum arabicum legendum eſt, conſequens utique eſt, non ſolum arabicis terminis utendum, ſed etiam modalitates loquendi Arabum interjiciendas & Perſarum phraſim etiam, ut à ſcriptoribus turcicis edocemur, non omittendam eſſe, ut in turciſmo literali perfecti evadamus, termini tamen & loquendi modi linguæ defectuoſæ & barbaræ ita commiſcendi ſunt, ne cacophaton aliquod exoriatur, ita, ut id, quod arabicum eſt, ad ſenſuum proprietatem Dux evadat, quod perſicum eſt, exornet, & tandem turciſmus ſenſum impleat: quævis enim lingua, ut per hujus Grammaticæ decurſum patet, mutua unius cum altera commixtione officio ſuo fungitur. Hinc eſt, quòd Turcarum ſcriptores arabiſmum & perſiſmum elegantiſſime & ſingulari quadam dexteritate linguæ ſuæ commiſcuerint. Cùm autem arabiſmus Oceanus ille immenſus ſit, cui terminorum, ut ita dicam, neque principium neque finis eſt, unà ſecum tracto perſiſmo ad turciſmum tranſit, curioſa quæſtio oriri poteſt, an arabiſmus totaliter ad turciſmum tranſeat? problema eſto, quòd ſi totaliter non tranſit, ut etiam credibile eſt, non tamen certum, majorem tamen partem tranſire, res eſt infallibilis, praxi enim didici, in Lexico arabico Golii, vix unam radicem reperiri, cujus derivata, in turciſmo non ſint in uſu: cùm autem à potiori fiat denominatio, haud erroris inculpabimur, ſi totius arabiſmi vaſtitatem ad turciſmum transfuſam eſſe aſſeruerimus, aliàs harum linguarum mixtionem à ſcribentium arbitrio potius quàm à certa regula dependere arbitramur, quidã literaturæ

inſcii

inſcii parùm à vulgari turciſmo recedunt, alii media quadam via inſiſtunt, quæ nec vulgaris nec ſublimiter literalis dici poteſt, etſi elegans, ob acceſſum ad arabiſmum & perſiſmum. Alii eleganter & ſublimiter literaliter ſcribunt, tum grammaticâ tum ſyntaxi arabicâ utuntur, mirè & elegantiſſimè orationem exornant. Arabiſmi uſus major in rebus ad religionem & ſacra pertinentibus, in rebus prophanis multum equidem arabiſmi, ſed & multum de perſiſmo in uſu eſt: volunt alii ſcriptoris patriam, iſtis ſcribendi modis cauſam præbere. Sit ut ſit, tanta eſt Gentis hujus phraſiologia quam مُرَصَّع appellant Arabes id eſt: *Splendens nitens, albis nigriſq; maculis & coloribus diverſis præditus* loquendi modus, ut nos Europæi ad eam obſtupeſcere debeamus. Scribentium inſcitia dum ab ortographiæ ſemita recedit, legentem perplexum reddit & non contentum dimittit, quia rei ſenſum non percepit, exemplarium deſcriptorum cum originali collatio neceſſaria, nec ſemper in ſcribentis voluntate eſt, originalis exemplar habere poſſe: hinc Apocryphorum ratio, & fraudulentæ ſcribentium impoſturæ, non ob unius aut alterius lineæ, ſed & ob unius aut plurium paginarum omiſſionem infames: hinc inter hos populos ad originalia ſcripta tendendi labor, mihi ementi librum fraus talis craſſiſſima toleranda fuit, quia recurſu deſtitutus eram, & libri, plenè & correctè ſcripti, ſummi pretii ſunt.

En opera mea grammaticalia Divina gratia Duce ad finem pervenere hac cum epigraphe:

Ludit in humanis Divina potentia rebus.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis. Pſ. 99. *Ab omni via mala* equidem *prohibui pedes meos.* Pſ. 119. nihilominus *tribulatio & anguſtia invenerunt me.* Pſ. 118. *Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati* 118. *cùm iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.*

PRÆFATIO.

Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Ps. 123. Ast super me cœli gratia fulsit, & in terris comitati me sunt Austriaci favores, quis me magis protectus erat? in portu securitatis subsistit ab iniquitatum ventis agitata navis! ad sinum humanitatis tuæ studiose Lector spei meæ anchoram jacto. Merces quibus Divinam Gloriam inter Insideles & Augustissimæ Domus Austriacæ pro Christianitatis bono servitia promovere vales tui ingenii pretio & valore emito, ut coram Cælesti Patrefamilias aliquando dicere possis: *Domine quinque talenta tradidisti mihi: Ecce alia quinque superlucratus sum.* Consolatione cælicâ plenum responsum percipies: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Ah gaudium inexplicabile! Ah gaudium incomprehensibile! quod tibi & mihi exopto, Studiose amicissime, & erit infallibiliter si intentionis nostræ finis erit DEUS.

Præmia Divinæ mentis si Gratia Cæli, hæc
Obtingat menti cui sapit iste labor.

TRACTATUS PRIMUS.

CAPUT PRIMUM ET UNICUM.

DE ORTOGRAPHIA TURCICA.

IN elementis calligraphiæ & ortographiæ Arabicæ, ut Persæ, ita & Turcæ suam scribendi artem firmant ac stabiliunt, & ea quæ Persis propria sunt, amplectuntur: sibi autem quod sequitur, specialiter reservant.

ك cum tribus punctis sic ڭ vel authoritatis placito, vel artis lege, ut literas latinorum *n g* simul junctas enuntiare solent, v. g. authoritatis placito آڭمق *in memoriam revocare*, quasi *angmak*, آڭلامق *intelligere* quasi *anglámak*: artis lege آدمڭ *hominis* quasi *Ademung* أرڭ *viri* quasi *erung*. Authoritatem Lexicon, artis legem, Grammatica exhibebit.

ل thematis, cum ل characteristico, per ـ unire non solent, quod etsi ـ adjiciant, pleonasticum est, & non necessitatis, ut قول *servus*, قوللر *servi* vel si lubet قوللر, sed per pleonasmum قو للر calligraphia magis elegans esse videtur: ast in syllaba لو quæ substantivis ut adiectiva evadant, adjicitur, pleonasticum ـ locum habere non videtur, ut كوڭل *animus* كوڭللو *animosus*.

Correptioni ſubjecta ſyllaba, in principio dictionis, velociori enuntiatione indiget, quaſi abſorberetur, ut : برا تْمَقّ *projicere* quaſi بَرا تْمَقّ diceres.

Subinde vulgus, enuntiatione, ab ortographiæ dictamine recedit, dicitque وُورْمَقْ *tundere* cum اُورْمَقْ dicere deberet.

Regula illa de elementis perſicis, ibid. tract. 1. cap. 1. pag. 1. اوي *non ſecus ac apud Arabes, &c.* & hîc locum habet, ut: يِلْمَكْ & بِيلْمَكْ *pellere* سُرْمَكْ & سُورْمَكْ *fodere* قَزْمَقْ & قازْمَقْ *ſcire.*

Nonnunquam his tribus literis ط د ت unam eandemque vocem ſcribunt : ut طوتْمَقْ & دُوتْمَقْ & تُوتْمَقْ *tenere, capere.* commiſcent, quamvis raró : س & ص : atque ه pro ا v. g. سِرْمَه & صِرْمَه & سِرْمَا & صِرْمَا *aurum ductile.*

Vocibus noſtris Europæis habentibus in initio dictionis duas conſonantes ante vocalem, primæ conſonanti, ut plurimum keſra adjiciunt, quod ex eo fit, quod aut nulla, aut rariſſimè valdè vox, hôc modô incipiens, his in linguis reperiatur, hinc ex eorum ſuppoſito, quod vocalis aliqua requiratur, keſram adjiciunt, v. g. Italicam vocem *Franco* enuntiabunt فِرَنْكُ & *Francia* فِرَانْجِه ſed hodie, voces Europæas, Europæorum more enuntiare videntur.

ع litera gutturalis, in dictionibus arabicis, Arabum more, ſonum ſibi impoſitæ aut immediatè ſe præcedentis vocalis, aliquali cum gutturalizatione ſibi vendicat, ut : عَبْد *ſervus* quaſi *aabd* عِبرَتْ *exemplum*, quaſi *y bret*, عُمْر *ætas* quaſi *uumr* ;

&

& ab immediatè præcedente vocali v.g. أَعْدَا *hoſtes* quaſi ***aada*** أَعْتِبَار *fides* quaſi ***ytimad*** أُعْجُوبَة *res admirandæ*, quaſi ***uugiube.***

Poſt ſubſtantivum arabicum aut perſicum (ſi poſt arabica, arabica ſyntaxis non obſervetur) arabicum aut perſicum adjectivum ſequatur, perſarum more, ultima ſubſtantivi conſonans keſram aut hamzam keſratam aſſumit: ut مِزَاجِ شَرِيفُ و مُنْصِرِ لَطِيفْلَرِي *temperamentum ejus nobile, ejusve blanda conſtitutio.* Enuntiationis euphoniâ exigente, in medio dictionis loco gezm, keſram intrudunt, v.g. شَكْل dicunt Arabes, Turcæ autem شَكِل *figura.*

وَ *&*, ſubinde ſuam fatham rejicit, unitque ſe præcedenti dictioni per dammam, non ſemper, ſed communiter poſt dictiones Arabum monoſyllabas: ut عَهْدُ و پَيْمَان *fœdus & fides.* أَمْنُ و اِمَانْ *pax & tranquillitas.*

Literæ ي و ه ا ſi ſint literæ finales thematum quieſcentes, nolunt ſibi incrementorum characteriſticas annecti, ut è Grammaticæ decurſu colligi poterit.

TRACTATUS SECUNDUS.

DE NOMINE.

NOmina esse primitiva vel derivativa, simplicia vel composita, substantiva vel adjectiva, eaque diversis accidendentibus subjecta esse, res nobis ex latinitatis tyrocinio satis nota est, quæ quia linguis omnibus communia sunt, hîc ea repetere, operæ pretium esse non censui: substantiva, adjectiva & participia Arabica & Persica, apud Turcas ea in copia reperiuntur, ut fere dici posset, horum absolutum usum, apud Turcas indistinctè esse posse, ni ratio, nos ad ea attendere debere, quæ usu recepta sunt, persuaderet, eorum autem numerus immensus est, ut visuri sumus.

CAPUT PRIMUM.

De forma adjectivorum, ex substantivis tum Arabicis, tum persicis, tum Turcicis promanantium, per syllaba لُو *vel* لِي *adjectionem.*

PArticipia & adjectiva Arabum & Persarum, ad Turcas transire, res est per se manifesta.

Turcæ sub qua formalitate substantiva arabica ad se trahunt, sub eadem, iis syllabam لُو vel لِي adjiciunt, & adjectivum obtinent, sic شُبْهَةٌ Arab. *dubium*, Turcis شُبْهَه cum ه quiescente in fatha, شُبْهَه لُو *dubiosus* عِزَّةٌ Arab. *honor*, Turcis عِزَّتْ mutato ة fœminino in ت, عِزَّتْلُو *honorificus* أَدَبْ Arab. *honestas*, Turcis

eis آدَبْ rejecta hamza ab ا & tanvino ab ultima consonante, آدبلو *humanus, civilis.* كتابْ تُرْكجة بو دُرْكه اميد الله كتابندنْ غيري كتابلردنْ شريف اولهٓ و عند الله ثوابلي اوله *spes est quod hic turcicè editus liber, sit liber DEI, aliis libris nobilior & apud DEUM meritorius.* Col. Isl. ثَوابْ *meritum* ثَوابلي *meritorius* هَواءٌ Arab. *aër*, Turcis هوا rejectâ hamza & tanuino post ا, هواللو *aëreus*: & nisi formaliter arabizent, his modis, arabica substantiva, adjectiva & participia, ad se trahere consueverunt. Persica substantiva, simpliciter has syllabas assumunt: ut نامْ *nomen* نامْلو *nominatus, celebris*, كُلْ *flos, rosa*, كُللو *floridus, rosaceus.* Et idem Turcæ cum suis substantivis: آرْ *vir* آرْلو *virilis*, يَاشْ *lachryma, atas*, يَاشْلو *lachrymosus, atate praditus, annosus.* كُونْ *dies* كُونْلو *unius diei*, هَرْ كُونْ *omnis dies* هَرْكُونْلو *quotidianus*, كيجة *nox*, كيجه لو *nocturnus.* Idemque fit apud Turcas, cum exprimenda est materia ex qua aliquid fit: ut آلْتُونْ *aurum* آلْتُونْلو vel آلتونلي *aureus* دَمُورْ *ferrum* دَمورلو *ferreus*, quod si vox origine arabica aut persica sit, per particulam postpositionis دَنْ potiùs quàm per لو vel لي enuntiabitur. v. g. دَهَبدنْ *ex auro* à ذَهَبٌ arabico *aurum*, سيمدنْ *ex argento*, à persico سيم *argentum.* Quod tamen & in ipsis turcicis contingere solet. Ut: آلكَرِندة آلتوندنْ عصالري وَارْ

 in

in manibus ex auro baculos suos habent. De mirab. mundi. Et quæ ad laudem pertinent, eleganter per latinum *præditus* reddi possunt, *ut*: آدبلو *humanitate præditus.* عزتلو *honorificentia præditus*, &c.

Gentile nomen, etsi fere semper suo proprio nomine exprimatur, ut: روم *Græcus* نمچه vel نمسا *Germanus* فرنك *Italus* seu *Francus* لہ vel لیه *Polonus* اونكروس seu ماجار *Hungarus* اورتاماجار *Hungarus medius*, seu Incola Hungariæ, quæ sita est inter Danubium & Transiluaniam, seu si mauis, Incola Hungariæ inter Germanos & Turcas medius. مسقوف *Moscovita* حبش *Æthiops*, عرب *Arabs*: aut Arabum more, ut Gram. meæ Arabicæ Tract. 3. cap. 8. rubr. *De adjectivis quæ à nomine derivantur*, pag. 408. videtur, operantur; nihilominus ad nomina regionum, urbium, locorum, &c. addunt has ipsas syllabas, ut كيريت *Candia Creta* كيريتلو *Cretensis* ملطه *Melita* Insula ملطه لو *Melitensis* فرانچه *Gallia* فرانچه لو *Gallus* روما *Roma* رومالو *Romanus* بچ *Vienna* sive *Austria*, بچلو *Viennensis* sive *Austriacus*, او *Domus*, اولو vel اولي *domesticus*, اوطه *cubiculum* اوطه لو seu اوطه لي *ad cubiculum pertinens*, تارلا *ager* تارلالو *ad agrum pertinens.*

Nominibus regionum postponitur regulariter vocula arabica ولايت *Regio*, adjiciendo illi ad finem affixum tertiæ per-

sonæ

sonæ, præposito nomine Gentili, ut فرنك *Italus* sive *Francus* fit فرنك ولايتي quasi *Italorum regio* اونكروس Hungarus, اونكروس ولايتي *Hungaria*: aliquando Patriæ nomen loco gentis præponi potest بج *Vienna* بج ولايتي *Vienna regio*, id est: *Austria*.

Nonnunquam & adjectivis aliis ad majorem emphasim procurandam adjiciunt, sic. لازم & كرك *necessarius* dicent لازملي كركلو v.g. پادشاهمزه داخي لازملي آدمدر *Regi nostro etiam necessarius homo est* غايت كركلوسي بودر *summè necessarium hoc est*: sed id rarissimè contingere existimo.

Vis specialis syllabæ لو

Primò per syllabam لو vel لي, formantur apud Turcas adjectiva similia adjectivis Latinorum in *bilis*, si rejecta ultima infinitivi litera ق vel ك, ea syllaba substituatur, v.g. اوقومق *legere* اوقوملو *legibilis*, سومك *amare* سوملو *amabilis*. يانه قلزمدن مغرب دريا سنك نهايتنه وارنجه خط مستقيم اوزره قطع اولنملو اولسه يوز سكسان مرحله دور *Si demum à mari rubro usq; ad terminum maris occidentis, linea recta scissibilis esset, sunt centum & octoginta spatia, unius diei iter constituentia.* de mir. mund.

Secundò لو substantivo appellativo junctum, cui qualitat is alicujus accidens, non obstante adjectivo præcedente attribuendum

dum est, pro adjectivo latino *praditus* capi potest, ut آق صقاللو *canâ barbâ praditus* قره كوزلو *nigris oculis praditus* آجق قاشلو *superciliis se apertè* aut *latè exhibentibus praditus*, بغداي آتلو *colore triticeo praditus* بويلو اوزون *longâ staturâ praditus*, &c.
نه عجب دركه بوقدر كافر ميانينده آق صقاللو كافر يوقدر
Quid mirum, quod inter multos Infideles, albâ seu *canâ barbâ praditus Infidelis non sit.*

CAPUT SECUNDUM.

De nomine Actoris.

NOmen Actoris, aut Arabicum est, aut Persicum, vel ex ipso Turcismo esse potest. Ex Arabismo نجار *Faber ferrarius*, قصاب *Lanio*, حلاق *Tonsor*, خياط *Sartor*, ex Persismo باغچه وان *Tonsor*, آسيابي *Molitor*, سرتراش *Hortulanus*, بوري زن *tibicem.* His attamen non semper ad lubitum utendum est, sed id quod in usu est, observatur. Turcæ autem, nomini rei, circa quam actor versatur, syllabam جي adjicere solent, v.g. اكمك *panis*, اكمكجي *Pistor*, بالق *piscis*, بالقجي *Piscator*, دكرمن *mola*, دكرمنجي *Molitor*, آو *venatio*, آوجي *Venator*. Et hic modus magis in usu est, nisi contraria quædam consuetudo obstet, ut قصاب *Lanio*, etsi vox arabica sit, usu recepta est,

eſt, بربر *Tonſor*, ترزي *Sartor.* Notandum eſt, quod hæc ſyllaba جي poſſit ſubinde jungi etiam ipſis arabicis & perſicis ſubſtantivis. v.g. ضبط arabicè *gubernatio* ضبطجي turcicè *Gubernator.* بخور *thymiama*, ſeu *res ad ſuffitum faciendum pertinens*, بخورجي *qui ejuſmodi ſuffitum componit aut conſervat*, ſic & in perſicis بوستان perſicè *hortus* بوستانجي *hortulanus*; & in mixtis ex arabico & perſico, v.g. بخوردان *thuribulum*, ex arabico بخور *ſuffitus*, & ex perſico دان *tenens* quaſi *ſuffitum tenens*, id eſt, *thuribulum* بخوردانجي *qui thuribulum tenet*: cujuſmodi officium eſſe ſolet in Aulis Turcarum, illius, qui hoſpitibus, ſuffitu, honorem (more Gentis) exhibere ſolet.

Hac ipsâ ſyllabâ جي, nonnunquam locus quô quis pertinet aut quô quis refertur, denotatur, ut: اورتا *medium* اورتاجي *qui ad medium pertinet.* اوردو *caſtra* اوردوجي *qui ad caſtra pertinet* اوتاق *tabernaculum*, *tentorium* اوتاقجي *ad tabernaculum*, ſeu *tentorium pertinens*, ſeu *qui tentorium locat*, & hæc compoſitio per ſyllabam جي in quantũ quid, ad aliud quid pertinere ſignificat, propè accedit ad vim ſyllabæ لو, ob regionum urbium & locorum nomina; qua de cauſa, ubi de regionibus, urbibus, caſtellis, pagis, aliiſque locis agitur, regulæ de ſyllabis لو vel لي abſolutè inhærendum eſt, nam vis hæc per جي vel لو ſignificandi, latè

patens non est, quia cum rem aliquam ad aliquid pertinere significandum est, datur proprius modus. v.g. *Remus ad navem pertinens* vel dicitur per regulam *quotiescunque duo nomina substantiva, &c.* كمي كورة كي كَينكُ *remus navis*, vel كمي يه متعلق جورك *ad navim addictus*, seu *pertinens remus*, aut, v.g. *cognitio ad intellectum pertinet* بِلْمَكْ عقله تعلّق طوْتَرْ quasi, *cognitio ad intellectum additionem*, seu *pertinentiam tenet.*

Per hanc ipsam syllabam جي & munus quod quis administrat subinde indicatur. v.g. كمي *navis* كميجي *Nauclerus* طوبْ *tormentum* طوبْجي *qui circa tormenta versatur*. Aliquando agentem à fine operationis arguit, ut علوفه *Stipendium* اولوفهجي *stipendiarius miles* qui propter stipendium servit. Aliquando sed rarissimè جي syllabam in چي mutare solent, ut طوبْچي *qui circa tormenta versatur*, *&c.*

Hæc ipsa syllaba جي, locum habet & in infinitivis verborum Turcicorum, & tunc actorem denotat, quatenus ab agente, id est, â participio præsente differt, veluti: *Amator* ab *Amans*, *Doctor* à *Docens*, *Lector* à *Legens*, *Auditor* ab *Audiens* : substituuntur autem pro مقْ vel مكْ infinitivi terminatione, literæ يجي ut: باقْمقْ *aspicere*, باقيجي *Aspector* seu *Spectator*, سوْمكْ *amare* سويجي *amator* سويْلمكْ loqui سويْليجي *Locutor*, صقْلامقْ *servare*, *custodire*. صقْلايجي *servator* اوقومقْ *legere* اوقويجي *Lector*

Lector, آريمكٓ *liquescere*, seu *liquefieri* آريجي *Liquefactor*, بيلّه مكٓ *acuere* بيلّه يجي *is qui acuit*: si ت quod ante مكٓ est, in inflexione seu conjugatione in ن mutetur, mutatur & in hac circumstantia, ut: ايتمكٓ *facere* dat in suo Modsareo ايدرم ergo dicetur & scribetur بيان ايد يجي sic بيان ايتمكٓ *explicare, declarare* ايد يجي اورتمكٓ *tegere* dat in suo modsareo اورترم ergo اورتيجي *qui tegit.*

CAPUT TERTIUM.

Certum tempus verbi infinitè, & certa persona verbi finitè sumpti, pro adjectivis habentur.

VErbi infinitè sumpti, tempus certum, est participium, & participiis etiam vim adjectivi inesse res est per se patens, & de iis specialiter agitur infra in *tract. 3. part. 1. cap. 5.* & in syntaxi de participiorum in دوق vel دوكٓ & جق vel جكٓ constructione, ad quæ loca, studiosum fundatæ informationis causa remitto.

Verbi finiti persona autem, quæ ad adjectivi significatum transit, est tertia persona Modsarei modi indicativi singularis numeri, vim adjectivi habere potens, v. g. بيلور ايكن بيلمز كبي اولدم *cum sciens essem, tanquam nesciens*, seu *nescius factus fui* Chur. Ef. id est: *Simulavi me nescire.* à بيلمكٓ *scire* affirmativè & negativè. Item idem فلان كيمسنه نكٓ چوق عيبني كوردم لكن كورمز كبي اولدم *Ego talis cujusdam multa vitia vidi,*

vidi, ſed ſicut non videns factus fui. à كورمكك *non videre* ab affirmativo كورمكك *videre*, Idem ibid. اوقوريازار كمسةدر *eſt quidam legens & ſcribens*, id eſt: *qui ſcribit & legit*, ab اوقومق *legere* & à يازمق *ſcribere* كولر يوزلو *facie ridens*, ſeu *blandus*. à كولمكك *ridere*. Item ايجلرندة آكلار كمسة يوقدر *Inter eos intelligens*, aut *qui intelligat nemo eſt*. de int. ment.

CAPUT QUARTUM.

De vi ſyllabæ كه *vel* كي *in formatione adjectivorum.*

MOdus iſte formandi adjectiva perelegans eſt, & ad ſermonis compendium utiliſſimus, de quo priusquam aliquid loquar, ſuppoſitum neceſſarium præmittendum eſt, ſcilicet: partem illam orationis quam præpoſitionem nos Europæi appellamus, apud Turcas, ut apud Hungaros poſtpoſitionem appellandam eſſe, quia nomini non præ, ſed poſtponitur.

Harum poſtpoſitionum natura, ſive qualitas, hæc eſt: quod quædam ſint abſolutæ, & ſine alterius vocis concurſu ſignificantes, & hæ quâ tales, hîc dictam ſyllabam admittunt, ut: آشغة vel آشغي *deorſum* & *infra* آشغةكي vel آشغيكي *id quod deorſum vel infra eſt* آشوري *ultra, trans* آشوريكه *ultroneus*, ſeu *id quod trans eſt*, اوتة vel اوتةدة *ultra, trans*, اوتةكي vel اوتةدةكه *ultroneus*, ſeu *id quod ultra*, ſeu *trans eſt*, اول *ante* اولكي *primus*,

ſeu

seu *anterior* ايلرو *intus, intra* ايچرو كي *interior, internus* ايلرو *ante*, ايلروكه *anterior*, seu *id quod ante est.* ديشاري *extra* ديشاري كه *exterior, externus.* طشره *extra* طشره كي *exterior, externus* يوقاره *exterior, externus.* & يوقارو *supra* يوقاره كه & يوقارو كي *superior, supernus*, & *id quod supra est.* Aliæ voces, postpositionum vim obtinent, assumptis postpositionibus ده *in* & دن *á, ab, abs, de, ex.* ad finem, v. g. ايچرو rejecto و fiet ايچرده idem quod ايچرو significans, dicitur ايچرده كي sic ex ديشاري fiet ديشارده rejecto ي & e ديشارده كي ي fiet طشره ده & طشره ده كي cum eadem vi significandi ut prius: ad alias postpositiones quæ hic adductæ non sunt, si affixis sint destitutæ اولان locum habebit, ut: قارشوده اولان *è regione existens.*

Aliæ postpositiones habent se relativè ad personas, & iis ob perfectam significandi vim, postpositiones ده *in*, vel دن *à, ab, abs, de, ex*, adjiciuntur, inter ده & دن & inter vocem quæ adminiculi loco est, ponitur affixum intentæ personæ, & tandē ultimo loco syllaba adjectivi كه vel كي (*supponitur hic doctrina de adjectione affixorum, quam suo loco inter pronomina quære*) rem exemplis ad amussim demonstro v. g. آلت *pars inferior* accedente affixo numeri singularis primæ personæ م fit آلتم *pars mea inferior*, adjiciatur ده fiet آلتمده *sub in-*

inferiori parte mea, seu *sub me*, sic آلتمده كي *id quod sub inferiori parte mea est*, seu *id quod sub me est* & sic cum cæterarum personarum affixis, v. g. آلتكده كي *id quod sub inferiori parte tua est*, seu *id quod sub te est*, آلتنده كي *id quod sub ejus inferiori parte est*, seu *id quod sub eo est*. آلتمزده كي *id quod sub nostra inferiori parte est*, seu *id quod sub nobis est*. آلتكزده كي *id quod sub inferiori parte vestra est*, seu *quod sub vobis est*, آلتلرنده كي *id quod sub illorum inferiori parte est*, seu *quod sub illis est*, sic اوزر *pars superior* اوزرمده كي *id quod supra superiorem partem meam est*, seu *quod supra me est*, *&c.* اوست *pars superior*, اوستمده كي *id quod supra superiorem partem meam est*, seu *id quod supra me est*, *&c.* اوك *pars anterior* اوكمده كي *id quod in anteriori mea parte est*, seu *quod ante me est*, *&c.* آرت *posterior pars.* آرتمده كي *id quod in posteriori mea parte est*, seu *quod post me est*, *&c.* ايچ *pars interior*, ايچمده كي *id quod in interiori mea parte est*, vel *intra me*, *&c.* آرا *medium* آرامده كي *id quod in medio mei est*, vel *juxta me*, *&c.* ايچرو *interior pars* ايچرومده كي *id quod in interiori parte mea est*, seu

ſeu *id quod intra me eſt*, *&c.* درون vox perſica, *interior pars* درونمده كه *id quod in interiori mea parte eſt*, ſeu *quod intra me eſt*, *&c.* طشرٌ vel طاشرٌ *exterior pars.* طشمده كه vel طاشمده كه *id quod in exteriori mea parte eſt*, ſeu *id quod extra me eſt*, *&c.* item: طاشره *exterior pars,* طاشره مده كه *id quod in exteriori mea parte eſt*, ſeu *id quod extra me eſt*, *&c.* قرشو *ex oppoſito*, *è regione* قرشومده كه *id quod ex oppoſito meo eſt*, vel *id quod è regione mea eſt*, يان *latus*, *pars* يانمده كه *id quod apud latus meum eſt*, ſeu *id quod apud me eſt*, *&c.* قتّ *latus*, *pars* قتمده كه *id quod apud latus meum eſt*, ſeu *quod apud*, vel *penes me eſt*, *&c.* vel *coram me eſt*, *&c.* جانب *latus, pars.* جانبمده كه *id quod ad latus*, ſeu *partem meam eſt*, ſeu *quod apud me eſt*, *&c.* طرف *pars.* طرفمده كه *id quod apud partem meam eſt*, ſeu *id quod penes me eſt*, بين *inter* بينمده كه *id quod inter me eſt.* مابين *inter* مابينمده كه *idem* چوره *circa*, *circum* چورهمده كه *id quod circa me eſt* اطراف *circa*, *circum*, اطرافمده كه *idem*, &c. دولاي vel طولاي circuitus دولايمده كه *id quod in circuitu meo eſt*, par ratio erit cum aliis poſtpoſitionibus & affixorum adjectionibus, v. gr. cum دن ut: آنلردن كه *ex*

eo quod iu inferiori parte mea est, &c. آلتڭدنكه *ex eo quod in inferiori parte tua est, &c.*

Nec loci, nec temporis adverbia (præcipuè quæ in ده vel دن terminantur quamvis, & alia, potissimùm autem turcica) ab hac regula se excludi sinunt. Sic in loco significantia, ubi convenientiæ ratio non repugnat. v. g. بونده *hic*, بوندهكه *id quod hic est* بوراجقده vel بوآراده *hic* بورادهكه *id quod hic est* بوراده *hic* بوراجقدهكه *id quod hic est* شونده *isthic* شوندهكه *id quod isthic est* شونده بونده *hic illic* شوندهكه بوندهكه *id quod hic & illic est.* آنده (vulgo اونده) ibi, آندهكه vel اوندهكه *id quod ibi est.* بروده *ibidem* اورادهكه *id quod ibidem est*, برو & بروده *isthinc* اوراده بروكه & برودهكه *id quod isthinc est.* اوته & اوتده vid. in postp. هريرده *nullibi* هيچ بريردهكه *id quod in nullo loco est.* هيچ بريرده *ubique* هريردهكه *id quod ubique est.* غيريرده *alibi* غيريردهكه *id quod alibi est, &c.* Sic etiam si loco ده substituatur دن v. g. شوندنكه *hinc* بوندنكه *id quod hinc est* شوندن *isthinc* بوندن *id quod isthinc est.* آندن (vulg. اوندن) *illinc, inde indidem.* آندنكه *id quod illinc*, vel *inde*, vel *indidem est.* يوقردن *de super* يوقردنكه *id quod desuper est.* آشغدن *ab infra*, vel *infernè*,

آشغەدنكه *id quod ab infra est.* ايچرودن *ab intro* ايچرودنكه *id quod ab intro est.* طشرەدن *ab extra* طشرەدنكه *id quod ab extra est.* Sic & in adverbiis temporis, v. g. ex كون *dies* بوكون *hodie* بوكونكه *hodiernus,* هركون *quotidie* هركونكه *quotidianus,* آول كون *pridie* آول كونكه *id quod erat pridie.* ارتەسي كون *dies sequens* ارتەسي كونكه *id quod diei sequentis est,* اوته كون *nuper* اوته كونكه *nuperus.* اوبر كون *alter dies* اوبر كونكه *alterius diei,* بر كون *una dies* بر كونكه *unius diei, &c.* شمدي *nunc* شمديكه *modernus,* چوقدن *pridem* چوقدنكه *id quod jam pridem est,* بولدر *elapso anno* بولدركه *id quod elapsi anni est.* دون *heri* دونكه *hesternus, quod fuit heri.* كيجه *nox,* seu *noctu* كيجەكه *nocturnus,* صباح *mane* صباحكه *matutinus,* آخشام *vesper* آخشامكه *vespertinus.* يارين *cras* يارينكه *crastinus* يقينلرده *proximè* يقينلردەكه *id quod proximè est,* صباحدن برو *à mane* صباحدن بروكه *id quod à tempore matutino est,* آركنجه *tempestivè* آركنجەكه *id quod tempestivè est* vel *fit.* بر لحظة *uno mo-*

momentò بِرْلَحْظَةَكه *id quod unius est momenti*, كچ *tardè* كچكه *id quod tardè est.* شِمْدِيهَدَكِينْ *hactenus* شِمْدِيهَدَكِينْكه sed potius آنْقَاصُكْرَة شِمْدِيهَدَكِينْ *id quod usq; ad hoc tempus est*, أُولاَنْ *tandem* , *demum* آنْقَاصُكْرَةكه *id quod tandem est.* صِقْجَة *sæpe* صِقْجَةكه *id quod sæpe fit.* بُوآرَادَة & بُوآثْنَادَة *interim, interea* بُوآرَادَةكه & بُوآثْنَادَةكه *id quod interim est* vel *fit.* كُونْدُوزِينْ *interdiu* كُونْدُوزِينْكه *id quod interdiu est*, كيجَةايلة *nocturnè* كيجَةايلةكه *id quod nocturno tempore est* vel *fit*, يَازِينْ *æstivè* vel *æstivô tempore*, يَازِينْكه *id quod æstivo tempore est* vel *fit.* قيشينْ *hyemaliter* seu *hyemali tempore*, قيشينْكه *id quod fit* vel *est hyemali tempore*, أُولَيْنْ *meridie* أُولَيْنْكه *quod fit* vel *est meridiana tempore*, دُونْيَارِيسْنْدَة *media nocte*, دُونْيَارِيسنْدَةكه *id quod est* vel *fit de media nocte*, صَبَاحينْ *mane* صَبَاحينْكه *quod mane est* vel *fit.* آخشَامينْ *vesper* آخشَامينْكه *quod est* vel *fit vesperi*, قُشْلُغينْ *tempus medium inter ortum & meridiem*, قُشْلُغينْكه *id quod est* vel *fit tali tempore*, ايكنْدينْ *tempus medium inter meri-*

meridiem & occasum, ايكندى بينكه *quod est*, aut *fit tali tempore* ياتسيين *prima noctis vigilia* vel *secunda post occasum hora*, ياتسيينكه *id quod est* vel *fit tali tempore*, *&c.*

Si luberet per adjectivum qualitatis, personam vel rem ad quam aliquid pertinet, connotare, collocato personæ vel rei nomine ad casum genitivi, eidem syllaba كه vel كي adjiciatur. v. g. پادشاه *Rex* پادشاهنك *Regis* پادشاهنكه *ad Regem pertinens*, سلطان *Dominus* سلطاننك *Domini* سلطاننكه *ad Dominum pertinens*, او *Domus* اونك *Domûs* gen. اونكه *ad domum pertinens*, تارلا *ager* تارلانك *agri* تارلانككه *ad agrum pertinens*, *&c.*

Cum de personæ vel rei pertinentia ad aliquid, est discursus, substantivis, postpositionem ده seu دن (sive concurrant aut non concurrant affixa) hæc syllaba كه vel كي adjici solet, v. g. sine affixo, ex lib. Columna Islamisini dicto, جهنم *infernus* جهنمده *in inferno* جهنمدهكه *infernalis*. اكر بر كافر آخر نفسده جهنمدهكه مقامين كوروب ايمانه كلسه قبول دكلدر id est: *Si Infidelis quidam, in agone, infernalem locum videret, & ad fidem veniret, acceptum non est*, & cum affixo. ibid. in col. Islam. ال *manus* اللر *manus* pl. اللرنده *in manibus suis* اللرندهكه *id quod in*

ma-

manibus suis est. بعض عوام اهل کتاب تحقیر ایلکف استرکن آللرنده که انجیله یا توریت کلام الله لایق اولمازسوزسویلکف ایله یاخود تخفیف ایتکله یاخود پیغمبره دخی تخفیف ایتمکی سببیله کافر اولورلر id est: *Quidem Plebeij cum Divinis libris imbutos* (scripturistas) *vilipendere volunt, ad Evangelium seu Pentateuchum quod in manibus suis habent, ad verbum DEI indigna verba loquuntur, vel vilipendendo, vel etiam ad arguendum Prophetam levitatis, Infideles evadunt.* Sic قرن vel قرن vel قارن *venter* seu *uterus* قرنده *in utero* قرنده که *in utero suo existens.* قرننده که اوغلانی دوشوردی *Prolem quam in utero gestabat, cadere fecit.* id est: *abortivit.* Sic & in دن, ut: صباح *mane,* seu *tempus matutinum* صباحدن *â tempore matutino* صباحدنکه *id quod â tempore matutino fit* aut *existit.*

Adjectivi hujus formam, sequuntur plerunque nomina tempus significantia, adjectis prius postpositionibus ده vel دن, ut: ساعت *hora* ساعتده *in hora* ساعتده که *id quod unius horæ est,* کون *dies* کونده که *quod unius diei est,* هفته *septimana* هفتده که *quod unius septimanæ est.* آی *mensis* آیده که *quod unius mensis est,* ییل *annus* ییلده که *id quod unius anni est.* قیش

hyems

hyems قيشندەكه *hyemalis*, ايلكيازه *Ver*, ايلكيازندەكه *vernalis* يازه *æstas* يازندەكه *æstivus.* كوز *autumnus* كوزندەكه *autumnalis*, قاسم *tempus circa festum S. Demetrii aut Sancti Martini* قاسمندەكه *id quod circa illud tempus est.* Sic & in دن, ut: ساعتدنكه *quod ab una hora est*, آيدنكه *quod ab uno mense est, &c.*

Nec hinc excludenda sunt nomina loci, loculamentorum, vel spatii, quæ post assumptionem postpositionum ده & دن syllabam كه vel كي admittere solent, & vim adjectivè significandi acquirunt, sic أو *domus* أوده *in domo*, أودەكه *ad domum pertinens.* سراي *palatium* سرايدەكه *ad palatium pertinens.* اوده *cubiculum* اودەدەكه *ad cubiculum pertinens*, خانه *domus*, seu *cubiculum*, seu *diversorium* خانەدەكه *ad domum, ad cubiculum, ad diversorium pertinens.* طوان *laquear* طواندەكه *ad laquear pertinens.* پنجره *fenestra* پنجرەدەكه *ad fenestram pertinens* تارلا *ager* تارلادەكه *ad agrum pertinens* قوناق vel قونق *hospitium* vel *unius diei iter.* قوناقدەكه *ad hospitium*, seu *ad unius die iter pertinens*, منزل *locus descensionis* (aut vulgo *posta*) منزلدەكه *ad locum descensionis.*

seu

seu *postam pertinens*, & sic de cæteris, &c. cum دن, v. g. اوتنكه

E nominibus temporis, fiunt nonnunquam substantiva abstracta assumptione syllabæ لك vel لكك (de qua paulo post) cum talia substantiva evadunt, & assumunt postpositiones ده vel دن vel eodemmodo adjectivi formam assumunt, si illis syllaba كه vel كي accedat, v. g. هفته *septimana* هفته لك *unius septimanæ cursus, fluxus* aut *decursus*. هفته لكده كه *id quod fit* vel *contingit per unius septimanæ fluxum cursum* aut *de decursum*, آي *mensis* آيلك *mensis unius fluxus* aut *decursus* آيلكده كه *id quod fit*, aut *contingit intra*, vel *per unius mensis fluxum*, aut *decursum*, & sic de cæteris,&c. & cum postpositione دن, ut: هفته لكدن كه *quod fit*, aut *contingit per unius*, vel *intra unius septimanæ decursum*, *&c.* par ratio in reliquis, sed ad praxim etiam attendendũ est, nequid nimis.

Observatio.

Si hoc in loco, adjectiva ab adverbiis & à nominibus tempus significantibus promanantia exceperis, cætera, ut syllabam كه vel كي assumere possint, se, ut suppositum per comparationem ad aliud respiciens, habere debent: extra quam rationem اولان participium verbi اولمق *esse*, sibi locum vendicaret, ex. gr. diceret aliquis: *Vinum quod est in vase, dulce est*: فوچي ايچنده كي اولان شراب طاتلودر reponeret alius: *Id quod extra vas est, dul-*

cius

cius est : responderetque sic : بشاردۀكه دها طاتلودر Item: *Hujus mundi tormentum durum est* بودنيانك سياستي شديددر reponeret alius : *Inferni tormentum magis durum est* جهنمدۀكه دها شديددر Advertendum enim est quod بشاردۀكه primi exempli, se comparativè ad præcedentem propositionem habeat, & voces *vas* & *vinum* non exprimat, sed eas supponat : item in secundo exemplo جهنمدۀكه quod se eodem modô ad præcedentem propositionem comparativè habeat, vocemque سياستي non repetat, sed eam supponat. Potest attamen id quod supponendum esset, exprimi, si per constructionem comparativis debitam, ad aliud suppositum referatur, ex. gr. جهنمدۀكه سياستي بودنيانك سياستندن دها شديددر *Infernale tormentum hujus mundi tormento, magis durum est.*

Potest item hoc adjectivum in كه vel كي, ubi implicita relatio ad comparationem aliquam latet, aut ubi rei alicujus existentiæ in loco ratio continetur, nudè stare. v.g. چفتلكدۀكه كوپكي وفادار در *Canis ad villam pertinens fidus est.* Implicita comparatio est ad alterius loci canem, vel est rei, seu canis existentia in tali loco. Item شهردۀكه هوا آچوق دكلدر *Aer urbis*, aut *Aer qui in urbe est, apertus*, seu *serenus non est.* Aer urbis

bis, comparatio implicita ad aerem alterius loci, vel exiſtentia aeris in tali loco.

CAPUT QUINTUM.

De adjectivis negativis, juxta arabiſmum, perſiſmum & turciſmum, & quomodo adjectiva negativa latina, ad hanc regulam ſint tranferenda.

ADjectiva negativa à Turcis uſitata, ſunt plerunque ſubſtantiva & etiam adjectiva, ſeu participia, vel arabica, vel perſica, vel turcica, vel etiam è verbis harum trium linguarum, tertia perſona Modſarei ſingularis numeri, ut per hujus capitis decurſum viſuri ſumus. Formantur autem hæc adjectiva per particulas negativas, vel arabicas, vel perſicas, vel turcicas, hac tamen cum diſtinctione, quod particulæ negativæ arabicæ inter origine arabicas voces, ſe contineant, neque perſicis, neque turcicis vocibus præfigi poſſint, negativæ particulæ perſicæ, & arabicis & perſicis vocibus adduntur, non autem turcicis; particula autem turcica negativa, quæ unica eſſe ſolet, & arabicis, & perſicis, & turcicis vocibus poſtponi poteſt.

Particulæ negativæ Arabum ad componendum ſermonem Turc-arabicum concurrentes, tres eſſe ſolent, nempe بلا *à*, *ab*, *abs*, *absque*, *ſine* غير *non* لا *non*, & *non* pro *ſine* præpoſ.

Particula negativa بلا, ſolis maſdaris aut ſubſtantivis arabicis adhæret, & taliter juncta, modò adjectivi negativi loco, modò pro ſubſtantivo, dum habet ſe ut præpoſitio, & ſubinde etiam adverbialiter ſumi poteſt, ut per hic ſequentia exempla declaratur, v. g. تطويلِ آلكلامْ بلافايدهٔ تصديعِ سرْ *Protractio ſermonis inutilis, capitis perturbatio eſt*, vel ſi lubet; *Protractio ſermonis ſine*

ſine utilitate perturbatio capitis eſt, vel ſi placet, *protractio ſermonis inutiliter, eſt perturbatio capitis.* Aliquando duobus ſignificatis adhæret. v. g. حضرت قرآني كيمكه اِستنساك ايدوب شيخ ايدنورسه بلا شكّ اول جمله مغازينه واصل اولور *Quisquis dignitatem Corani obtinuerit, & ſibi Doctorem ſelegerit*, *absque dubio* vel *indubitanter ad omnem bonam obtentionem*, aut *acquiſitionem perveniet.* Aliquando ſoli ſubſtantivo ſe alligat, ut: بلا تردّد بزه گلدي *ſine tergiverſatione ad nos venit.* Sunt autem hujusmodi adjectiva, formata ex ſubſtantivis trahibilibus per vim ſensûs, ad ſignificandum adjectivè & adverbialiter, ideoque non datur talis compoſitio adjectivi aut adverbii per præpoſitionem بلا, quæ propriè vel adjectivè aut adverbialiter ſignificaret.

Particula غير quæ hoc loco *ſine* ſignificat, adjectivis aut participiis affirmativis arabicis ſolis, adjici ſolet, & adjectivum negativum habetur. v.g. ad inſtar adjectivorum latinorum compoſitorum per adjectionem particulæ *in*, ut: *aptus*, *ineptus*, *capax*, *incapax*, ſic محصور *comprehenſus* غير محصور *non comprehenſus* تبركات غير محصور *benedictiones non comprehenſa*, id eſt: *incomprehenſibiles.* كامل *perfectus* عمل غير كامل *actio imperfecta.*

Particula لا, nonnunquam tertiæ perſonæ Modſareorum arabicorum verborum ſingularis numeri, generis maſculini, alligatur, ita ut juxta arabicum principium, vim verbalem exhibeat, in turcico autem idiomate, vim adjectivi negativi obtineat, ſed ple-

rumque

rumque sub forma passiva & intransitiva, v.g. لا يعد Arabibus est, *non numerabitur*, Turcis autem, *innumerabilis* حد بي حد ثنا لا يعد *laus sine termino & apprecatio bona innumerabilis.* لا يزال Arabibus *non desinit*, Turcis *indesinens*. v.g. اميد دركه اول قادر لا يزال و پادشاه بي زوال امت محمدي انواع فتوحات جليله ايله مسرور البال ايليه *Spes est, quod Potens ille & indesinens, & Rex indeficiens* (DEUS scilicet) *Populum Muhammedanum diversis excelsis Victoriis, læti animi faciet.* Hist. Kupurli. قوت لا يموت ايچون *ob immortalem potentiam.* Hum. nam.

Hanc ipsam particulam negativam لا, subinde ipsis substantivis arabicis adjiciunt, sed tunc لا, pro præpositione *a*, *ab*, *abs*, *absque*, *sine*, pro substantivo, sumenda videtur, & non pro adjectivo; veluti لا جرم *absque dubio, sine dubio.* v.g. طوفاندن صكره دخي تا ابراهيم دكين لا جرم كه اول جانبه توجه ايدوب عبادت ايدرلردي *Post diluvium etiam usque ad tempus Abrahami sine dubio* (est) *quod ad eam partem faciem vertentes, orationem persolverint.* Murad. de intentione mentis ad DEUM. Subinde attamen & adjectivè sumi posse videtur. v.g. درگاه معلادن وبارگاه اعلادن لا زالت عاليا *Ab excelsa Aula & altissima Porta* (*indeficiente quoad celsitudinem suam.*) Can. Ottom.

Particulæ negativæ لا, præponi potest particula ما, sed meo judicio, non quatenus etiam negativa particula est, sed potiùs qua-

quatenus pronominaliter *id quod* significare potest, aut ita, ut negationi nil supperaddat, sed se pleonasticè habeat, v. g. مَا لَا يُعَدّ Arabibus *id quod non numerabitur*, Turcis *id quod innumerabile est*, مَا لَا كَلَامْ Arabibus *id quod non est sermo*, Turcis *indicibilis*, & hoc loco, talis resolutio per *id quod*, stare posse videtur, ni sensûs ratio, id, quid pleonasticum esse, doceat, v. g. آمكنهء مَا لَا نهايه *mansiones sine termino*, vel *mansiones interminabiles*, seu *infinitæ* & apparet, quod ما hoc loco nil superaddat, sed se pleonasticè habeat.

Quin immò, ut per incidens dicam, hîc dictæ tertiæ personæ masculinæ singularis numeri Modsareorum, apud Turcas, ita strictè nominaliter adjectivè sumi videntur, ut iisdem terminationem fæmininam adjungant. v. g. مَا لَا يَعْنِي Arabibus *id quod non interest*, aut *id quod non convenit*. Turcis *id quod inutile est*, نَقْدينهء اَوْقَاتْ نَازِنِينِي قِمَارْ بَازُوء مَا لَا يَعْنِيَه اَسْرَافْدَنْ حَذَرْ لَازِمْدُرْ *Paratæ pecuniæ temporum, delicato & aleæ ludenti brachio, cautio ab excessibus inutilibus necessaria est*, id est: *tempore quo delicatum & alearum lusu, asuetum brachium, paratam pecuniam habet, necesse est, ut ab inutilibus expensis se contineat.* Inest huic constructioni de arabica syntaxi, nam vocula اَسْرَافْ est pluralis fractus arabicus à singulari masdari سَرَفْ *excessus*, &c. teste Giggejo & Castello, notum autem est, apud Arabes, pluralia fracta bene construi cum adjectivo fæminino singularis numeri, hinc est quod adjectivum negativum مَا لَا يَعْنِي ante plurale fractum اَسْرَافْ assumpserit pro forma fæminina syllabam يَّة à Turcis يَه enuntiatam.

tam. In uſu attamen horum adjectivorum negativorum à verbis hoc modô, ut hic dictum eſt, derivatorum, cautè procedendum eſt, nec quisquam temerè ſibi aliquod effingat, ſed iis contentus ſit, quæ illi authoritas ipſa ſuggeſſerit.

Particulæ negativæ Perſarum ad conſtituendum adjectivum negativum concurrentes, ſunt بي *ſine*, نا particula negans, non per ſe, quia ut ſic nihil ſignificat, niſi diceremus ſtare pro نه quæ Perſis *non*, *nondum*, *neque*, ſignificat, hæ particulæ autem & arabicis & perſicis vocibus adjiciuntur, non autem turcicis.

Particula بي *a*, *ab*, *abs*, *absque*, *ſine*. Plerumque maſdaris & ſubſtantivis tum arabicis tum perſicis adjicitur, caditque ſub iisdem reflexionibus, ſub quibus arabicum بلا cadere demonſtravi, v.g. دل شهرياري بي صبر و بي قرار ايندي *Cor opitulatoris Civis* (Regis) *ſine patientia*, vel *impatiens*, *ſine conſtantia*, vel *inconſtans reddidit*. lib. de mirabilibus mundi. بي دينلر حصارك متانتنه اعتماد ايتديلر *ſine fide*, ſeu *Perſidi*, *muniminis robori*, ſeu *firmitati ſe concrediderunt*. Hiſt. Suleim. بي تاب و توان و بي طاقت و درمان ارباب ديوان هركيم وار ايسه بي خود اولوب يقلديلر *ſine vi & potentia*, *ſine poteſtate & remedio quisquis Procerum Divani* (Prætorii) *extra ſe fuerunt & corruerunt*. Humajun. name. Item ibidem اولاكه اول طبيب بي علم و عمل اولمشدر *Hic medicus forſan Ignavus & non practicus*, *ſeu ſine ſcientia*

tia & praxi fuit. Et cum significato adverbiali, يازيلدي بي ترتيب *inordinatè scriptum est, vel sine ordine scriptum est.*

Particula نا, plerumque adjectivis & participiis tum arabicis tum persicis non autem turcicis adjici solet, v.g. نا مناسب *inconueniens*, نا مناسب سوز سويلمه *inconveniens verbum ne loquere.* سا قمار قپوداني بيجه نا معقول نا معقول *rationi non consentaneas* ايشلره مبا شرت ايتدي *Sacmariensis Capitaneus, res rationi non consentaneas aggressus est.* ex lit. اول عورت ناپاك و بد كردار ايدي *Hæc mulier impura & malæ operationis* (facinorosa) *fuit.* Humajuna. ضمير منير سلطان رعيت پرور اول سيتمكرلردن صدور ايدن اطوار نا هموار دن مكدر اولوب *Cum animus lucidus Sultani, subditorum nutritii, ob actiones indignas promanantes ab ipsis injuriosis, conturbatus esset.* Histor. Suleim. Subinde & ipsis substantivis arabicis & persicis adjici solet, v.g. حق arabica vox *æquum & justum, veritas.* ناحق iniquus *injustus* vel *sine æquitate,* sine justitia. ناحق قتله حكم ايتدي *Iniqua occisioni adjudicavit* hinc ناحق يره *ad locum iniquum*, id est: *iniquè.* اميد persica vox *spes* اميد نا اميد desperatus, spe destitutus, امدادن نا اميد اولوب *cum de subsidiis, spe destitutus esset.* Hist. Kup. Et نا præposi-

positum ter. perf. singul. præt. perf. verbi persici بودن ut adjectivum negativum esse reperi, v. g. آحجاري براكنده آثاري نابودن اولدي *lapides dispersi, & vestigia non existentia fuerunt.* Hist. Suleim. an quid plus in persicis reperiatur, praxis edocebit.

Tandem est particula postpositionis turcica سز *à, ab, abs, absque, de, sine,* quæ & arabicis, & persicis, & turcicis substantivis postponi potest, ut adjectivum negativum obtineatur, ut ex sequentibus exemplis desumi potest, v. g. عقل vox arabica *intellectus* عقلسز *sine intellectu, imprudens.* نه عجب عقلسز طايفه دور *quid mirum, imprudens populus est.* Mur. de int. m. قوت vox arabica *potentia,* seu *robur,* قوتسز *sine potentia, impotens,* & *impotenter,* قوتسز ايشه يا پشمق *sine potentia,* vel *impotenter laborem aggredi.* جان vox persica *anima,* جانسز *absque anima exanimis,* قورقودن جانسز قالدي *præ timore sine anima,* vel *exanimis mansit.* كارسز *sine opere, sine actione, otiosus,* vel *otiosè,* فلان كمسنه كارسز كزر *talis quidam sine opere, otiosus,* vel *otiosè circumit.* قان turcica vox *sanguis,* قانسز *sine sanguine,* vel *exsanguis* فلان كمسنه قانسزدر يوزنده نوري يوقدر *talis quidam sine sanguine,* vel *exsanguis est, in ejus facie, lux, seu splendor ejus non est,* id est, *pallidus est.*

ايش

ايش turcica vox est, *actio*, *negotium* ايشسز *sine negotio*, *otiosus*, vel *otiosè*, ايشسز كزر فلان كمسنه *talis quidam sine actione*, *sine negotio*, *otiosus*, *vel otiosè obambulat*.

Non secus ac in verbis affirmativis ex tertia persona turcici Modsarei singularis numeri adjectiva habentur, ita & ex eadem persona verborum negativorum adjectiva haberi possunt, sic بلمز *nescit*, *inscius*, *ignarus*, v. g. بلمزكبي اولدم عيبني يوزينه اورمدم *ad instar inscii fui*, *vitium illius*, *in faciem ejus non objeci.* Dict. Item كرم ايله بو اولماز سودادن واز كل *fac gratiam*, *ab hoc impossibili desiderio*, *desiste*. de mir. mund.

Adnotatio.

Aliquando accidere potest, ut substantivum aliquod, mediante aliqua postpositione turcica, respectu latinitatis, ut adjectivum affirmativum sumi possit, v.g. آب هواسي تمام اعتدال اوزرەدر *Decus aeris*, vel *aqua*, *aut humor aeris* (nos latini *temperies aeris*) *perfectè est supra temperiem*, id est: *temperata est*, de mir. mund.

Sunt & Latinis sua adjectiva negativa, quæ ex præpositionum sibi præpositarum qualitate, utpote ex *dis*, *im*, aut *in* cognoscuntur, ut: *discors*, id est: *non concors*; *dispar*, *impar*, id est: *non par*; *displicens*, id est, *non placens*; *imberbis*, id est, *non habens barbam*; *Impurus*, id est: *non purus*; *impotens*, *impos*, id est: *non potens*; *Insociabilis*, id est: *non sociabilis*; *insons*, id est: *non sons*, *&c.* Si hujusmodi negativa adjectiva Latina ad turcismum sint transferenda, observandum est, quod talia, cum vi negationis, modò duplici ad turcismum transferri possint, vel juxta hîc præcedentem ordi-

ordinem, vel cum proportione ad verba negativa Turcarum. Negatio per præpositiones arabicas & persicas بلا & بي, ut visum est, consistit in masdaris & in substantivis, quod si negationes adjectivè sumantur, per غير in arabismo, & per نا in persismo sumentur. In turcismo autem, constanter permanet postpositio سز in negatione per masdara & substantiva, sed ea quæ adjectivorum est, potiori ex parte à verbo petenda, ni arabismus & persismus præeligatur, ut ex hîc declarandis videri poteft. Sit v.g. *impotens*, in arbitrio componentis est, Arabesne an Persas, aut Turcas, substantivè aut adjectivè imitari velit: ponatur, v.g. *est mihi Equus impotens*, si istud *impotens*, juxta significatum arabicum substantivè sumptum applicare cupis, dicere poteris:

بلا طاقت آتم واردر vel بي طاقت آتم واردر vel طاقتسز آتم

واردر vel بلا مجال آتم واردر vel بي مجال آتم واردر vel

مجالسز آتم واردر sic يوكركي فرس بيمجال اولديلر *Velociores equi impotentes evaserunt.* Hist. Suleim. Sed si per participium aut adjectivum arabicum, pro hoc significato usu receptum, dicere mavis, dicere poteris, v.g. غير قوي آتم واردر & si usus admitteret قوي اولماز آتم واردر & tandē turcicè, ناقوي آتم واردر

Quod si ab arabico significato recedere, & persico uti liberet, per substantivum diceretur بي توان آتم واردر & turcicè توانسز آتم واردر, hoc in loco, arabica præpositio rejicitur, quia significatum est persicum, & sic etiam per adjectivum ناتوان آتم واردر

hic

hîc enim تُوَانْ, eſt pro تُوَانَا, juxta regulas perſiſmi, & turcicè diceretur تُوَانْ اُولْمَيَانْ آتْمْ وَارْدُرْ, ſi uſus admitteret, & ſubſiſtendo in terminis purè turcicis, per ſubſtantivum dici poterit, v. g. كَسْكِنْ اُولْمَيَانْ آتْمْ وَارْدُرْ, & per adjectivũ, كُوجْسِزْ آتْمْ وَارْدُرْ quia voces hæ ſunt turcicæ originis, nec arabicas, nec perſicas præpoſitiones admittunt, & ut viſum eſt, ad participia ſeu adjectiva arabica, tantum particulæ arabicæ & perſicæ accedunt, excluſis turcicis, خَزَايِنْ وَجِهَارْ نَا مَحْدُودْ جَوَاهِرْ وَ اَمْوَالْ وَ مَعَادِنْ نَا مَعْدُودْ *Theſauri & prædominia immenſa, Margaritæ & opes innumeræ.* Hiſt. Suleim. Item ibid. چِهْرَهٔ مَقْصُودْلَرِي غَيْرِ مَشْهُورْدُرْ *Vultus deſideriorum ejus, infamis,* ſeu *abſque fama.* Hiſt. Suleim. ad ſimilia, particulæ turcicæ, non facile accedent.

Dictum fuit, quod præpoſitio بِي perſica, ſubſtantivis jungatur, ſed ſuô modô & adjectivis jungitur, ſed forte cum adjectiva, fixi qualitatem obtinent, ut: اُولْ مَعْرَكَهْ بِي دِينْلَرَهْ مُهْلِكَهْ اُولُوبْ *Cum hac pugnæ acies, Infidelibus, ad perniciem eſſet.* Hiſt. Suleim. Vidi غَيْر cum participio arabico junctũ, ſtare pro verbo, ut: سُلْطَانْ آحْمَدْ مَرْحُومُكْ اُوغْلِي سُلْطَانْ مُرَادْ كِهْ سَابِقْدَهْ قِزِلْبَاشَهْ الْتِجَا اَيْلَيُوبْ آنْدَهْ مَقْتُولْ اُولْدُوغِي مَشْهُورْ اِيدِي قَتْلْ اُولُنْدُوغِي (غَيْرِ وَاقِعْ اُولُوبْ) حَيَاتْدَهْ اِيمِشْ *In miſericordia DEI de-*

 fun-

functi Sultani Ahmedis filius, Sultanus Murathes, qui praecedenter ad Persam confugerat, quod ibi occisus fuerit, divulgatum fuerat, **non contigerat** *quod occisus fuerit, in vita erat.* Hist. Suleim.

CAPUT SEXTUM.

De nominibus compositis ex adjectivis & substantivis arabicis, persicis, & turcicis pure & mixtim.

PEr nomina composita non intelligimus ea nomina, quibus syllaba aut particula præ vel postponitur, de quibus & in Persismo & hic in Turcismo perabundè dictum est, & paulo post ubi de substantivis agemus, dicturi sumus, sed intelligimus nomina ea, quæ ex adjectivo & substantivo aliquid significantibus componi solent, veluti, v.g. apud Latinos *Jurisperitus*, & quia elegansne dicam, an stupenda linguæ turcicæ phrasiologia, diversorum adjectivorum & substantivorum inter se connexione, nomen aliquod, nunc ex arabismo, nunc ex persismo, nunc ex arabismo & persismo mixto, aut etiam ex arabismo vel persismo turcismo mixto, desumptum, aut implicitè relativum, aut Latinorum regulam *Quotiescunque* in se involuens, exhibere solet, de similium nominum qualitate mihi agendum erat, ut quæ dicenda sunt, non omitterem, non ut studioso compositionis regulam aliquam (quasi horum compositio à cujusvis arbitrio dependeret) præscribam, quia hac in parte, id quod jam in usu est, sequendum est, sed ea, studioso in tantum propono, ut in eorundem usu, quid sibi observandum sit cognoscat, hac tamen cum observarione, quod subinde, etsi regulæ *Quotiescunque* signa non habeant, à nobis Latinis attamen, ut talia sumenda sint, ut in sensuum cognitionem perveniamus, qua de re suo loco dicetur.

Dantur quædam nomina composita, quorum usus frequentior esse solet, & adminiculo arabicarū vocum أهْل, جَلِيلْ, دُو, رَبّ, كَرِيمْ

كَرِيمْ ,عَالِي ,صَاحِبْ quæ ut plurimùm substantivis arabicis, sed & subinde persicis præponi solent, componuntur, significantuè possessorem rei alicujus, aut cui res, seu qualitas quædam inest, aut adhærentiam alteri; duobus autem modis hæ voces inter se connectuntur, vel interveniente articulo اَلْ, quod rariùs in اَهْلْ & صَاحِبْ & sæpius in ذُو obtingere videtur, v. g. اَهْلُ اَلسُّنَّة *Qui sectatur sectam Pseudoprophetæ Muhammed.* Et hîc, manifestè regula *Quotiescunque* juxta regulas arabismi apparet, usus frequentior attamen hujus vocis, est sine articulo, & tunc regula *Quotiescunque, &c.* juxta Syntaxis persicæ exigentiam, incidere solet, veluti اَهْلِ ايمَانْ *Possessor fidei, Cultor fidei*, اَهْلِ اِسْلَامْ *Possessor Islamismi, Cultor Islamismi*, اَهْلِ بَاطِنْ *Possessor interni*, id est: *Contemplativus, speculativus*, seu *Cultor contemplationis*, اَهْلِ جَنَّتْ *Cælicola* اَهْلِ بَغِي *Possessor injustitiæ*, id est: *injustus*: & cum persicis substantivis اَهْلِ پَرْهِيز *Possessor temperantiæ*, id est: *temperatus*, اَهْلِ بَهِشْت *Cælicola*, اَهْلِ بِينِشْ *Possessor visionis*, id est: *perspicax*, اَهْلِ دَانِشْ *Possessor scientiæ*, id est: *Cultor scientiæ, doctus, literatus.* اَهْلِ دِلْ *Possessor cordis*, id est: *animosus, audax, cordatus*, اَهْلِ كِينْ *Possessor odii*, id est: *qui aliquem odio persequitur*, اَهْلِ هُنَرْ *Possessor honoris*, sive *virtutis*, seu *cultor honoris*, vel *virtutis.*

tutis. Turcæ dicere solent سوزآهلي pro سوزڭ آهلي id est: آهل كلام *Possessor verbi*, seu *sermonis*, id est: *eloquens.* In compositis per آهل, non videtur ratio generis, nec pluralis considerandus. جليل *magnus, illustris, sublimis, gloriosus, excelsus* patitur regulam *Quotiescunque* arabicam: & non nisi singularem numerum, & masculinum genus in usu esse comperi, rationi tamen conforme videtur, quod & in plurali subsistere & fæmininum genus admittere possit, dicitur, v. g. جليل القدر *magnus potentiâ,* جليل الشان جليل العنوان *gloriosus, & illustris statu, & conditione.* *sublimis & gloriosus titulo.* جليل الاعتبار *magnus æstimatione,* جليل الاقتدار *gloriosus potentiâ* آستان جليل البرهان *Limes excelsæ demonstrationis*, id est Ottomanica Aula, sive apud quam, prudentia demonstratur. فرمان جليل العنوان *Mandatum excelsi tituli*, id est: regio titulo insignitum.

Composita quæ fiunt præcedente voce ذو *Possessor, Dominus,* post se, potiori ex parte, articulum arabicum أل habere volunt, videtur enim hæc compositio, solis masdaris, aut substantivis arabicis convenire, sic: ذو الفضل *Possessor virtutis,* ذو الكلام *Possessor sermonis*, id est: *eloquens.* ذو القدر *Possessor potentiæ*, id est: *potens.* ذو الجلال *Possessor magnitudinis* titulus divinus, aut regius

Magni-

Magnificentissimus ذُو ٱلْقَدْرِ وَٱلْاِحْتِرَامْ *Possessor dignitatis, & venerationis*, quasi, *dignissimus & observandissimus.* ذُو ٱلْحَيَاتِ *Vitâ præditus*, ذُو ٱلْحَاسَّة *sensibilitate præditus*, ذُو ٱلْحَرَكَتِ *motu præditus.* ذُو ٱلْفَقَارْ *gladius bifidus*, qualem Muhammedis fuisse, & ad Aaly pervenisse ferunt. Notandum quod quidam in his compositis enuntient ultimam per gezmam, res in vulgari discursu usitata, qui autem regulam totaliter connotare volunt, addunt ultimo loco kesram, ut giarri casus esse advertatur. Hoc in loco sine articulo dicetur, v.g. ذُو ذَنَبْ *Possessor caudæ*, id est: *caudatus*, ذُو ذُوَابَة *Possessor pendulæ comæ supra frontem*, hinc *Cometa*, ذُو فُنُونْ *Possessor scientiarum*, Plurale hujus ذُو, est ذَوِي, diciturque, v.g. سَلَاطِينْ ذَوِي ٱلْاِقْتِدَارِ *Reges Possessores potentiæ*, & sic in cæteris procederetur.

Vox hæc compositi, genus respicere potest, pro fœminino, pronomen demonstrativum arabicum ذِي, fœminini generis esse solet, v.g. ذِي ٱلْجَمَالِ *formositate dotata*, id est: *pulchra*, ذِي ٱلْحَسَنَة *dotata*, seu *prædita beneficentiâ*, seu *benefica.* sciendum attamen, hanc ipsam voculam ذِي, esse posse casum giarri nominativi ذُو, & ut talis casus, manet generis masculini, v.g. حَضْرَتِ خُدَا ذِي ٱلْعَظَمَة وَٱلْكِبْرِيَا *Majestas DEI Possessoris magnificentiæ & magni-*

magnitudinis. Hoc tamen non obstante, quod ذي sit generis fæminini, & alio respectu casus giarri nominativi ذُو, attamen pro nominativo sumitur, sed in quantum à praxi edocemur, tunc non arabizatur, id est: omisso articulo أَلْ, v. g. ذي بَال *Possessor cordis*, id est: *animosus, audax*, ذي بَال وُيَالْ *Possessor staturæ & cordis*, id est: *qui corporis statura, conjunctam habet audaciam*, ذي شَانْ ذي جَاهْ *Possessor dignitatis*, id est: *dignitate præditus*, *Possessor conditionis*, seu *status nobilis*, id est: *conditione nobili præditus* ذي قيمت *Possessor pretii*, id est: *pretiosus.*

ذُو autem habet in plurali ذَوي qui pluralis, & in compositis locum suum obtinet, eo modo ut singularis cum arabico articulo أَلْ post se, v. g. سَلَاطِينْ ذَوي ٱلْاقْتِدَارْ *Principes Possessores potentiæ*, ذَوي ٱلْاحْتِرَامْ *Possessores venerationis*, id est: *Venerabiles.* ذَوي ٱلْاعْتِبَارْ *Possessores existimationis*, id est: *æstimatione præditi.* ذَوي ٱلْاكْرَامْ *Possessores dignitatis*, seu *dignitate præditi* ذَوي ٱلْعُقُولْ *Possessores intellectûs*, seu *intellectu præditi.*

ذَاتٌ, est proprium fæmininum à ذُو, quod ut suum masculinum, in adjectivis compositis deseruit, ast ut adjectivè significat, sine articulo in usu esse videtur, attamen juxta syntaxis persicæ regulam *Quotiescunque*: & quamvis *Domina*, aut *prædita* significare videatur, in se tamen, *essentia, substantia* significat, nihilominus ad

ad-

adjectiva composita referri potest, v. g. ذات شريف *essentia*, seu *substantia nobililis*, id est: *animus nobilis*, ذاتِ مُكَرَّمِ صِفَاتْ *substantia honorabilis qualitatum*, seu potius *honorabilium qualitatum*, id est, *vir excellens*, seu *persona excellens*. ذاتْ كَرَمْ شِعَارْ *substantia generositatis signi*, id est: *Persona nobilitate insignis*, immiscet se & Persismo, ut: ذاتْ كَرَمْكَارْ *substantia operantis generositatem*, id est: *animus generosus*. ذاتِ بَرْگُزِيدَهْ صِفَاتْ *substantia praelecta qualitatum*, id est: *Persona excellentium qualitatum*. Hujus pluralis est ذَوَاتْ dicuntq; teste Giggejo, v. g. ذَوَاتْ رَاسَيْنِ *Dominae duorum capitum*, seu *praeditae duobus capitibus*. Ita ut de usu hujus pluralis sub formalitate singularis, non sit dubitandum, quin immo, cum Turcae numerum dualem arabicum, (ut visuri sumus) non rejiciant, sed suae orationi immisceant, absolutè negari non potest, quin etiam dualis usus, sub simili formalitate stare possit.

Adjectiva quae praecedente رَبْ *Dominus* componuntur, omnimodè genus faemininum excludere videntur, observato singulari & (si ratio id exigeret) duali & plurali masculino: compositio potissimè regulam *Quotiescunque* arabicam sequi solet, ideoque persismum excludit. v. g. رَبُّ الْعِزَّةْ *Dominus honoris*, seu *gloriae*, id est: *gloriosus*, de DEO. رَبُّ الْعِبَادْ *Dominus sibi servientium & se adorantium*. رَبُّ الْعَالَمِينْ *Dominus Creaturarum*, seu *totius universi* رَبُّ الْأَرْبَابْ *Dominus Dominantium*, sed per hoc adjectivum compositum, plerumque attributa divina ennntiari viden-

dentur, rei alteri rariſſimè applicabitur. Dicitur tamen رَبُّ ٱلدَّارْ *Dominus Domûs*. Regula *Quotiescunque* Perſica, etiam rari uſus erit, dicitur tamen ſubinde رَبِّ عِزَّتْ *Dominus honoris*. Hujus ſingularis, pluralis eſt, أَرْبَابْ, ſumitur juxta regulam perſicam *Quotiescunque*. أَرْبَابِ تَغَلُّبْ *Domini ſuperationis* vel *devictionis*, id eſt: *Victorioſi.* أَرْبَابِ تَمِيِيزْ *Domini diſtinctionis*, id eſt: *prærogativâ quadam præditi.* أَرْبَابِ تَمْكِينْ *Domini potentiæ*, أَرْبَابِ دِيوَانْ *Domini Prætorii*, id eſt: *Senatores*, أَرْبَابِ سُلُوكْ *Domini ambulationis per viam*, id eſt: *ſectatores legis fidei.* أَرْبَابِ صَنْعَتْ *Domini artis*, id eſt: *Artifices.* أَرْبَابِ صَفَايِ بَاطِنْ *Domini puri, interni*, id eſt: *puritate interna præditi.* أَرْبَابِ فَضْلْ *Domini virtutis*, id eſt: *virtute præditi*, أَرْبَابِ مَعَارِفْ *Domini cognitionum*, ſeu *ſcientiarum*, id eſt: *ſcientiis præditi*: أَرْبَابِ مَعَالِي *Domini eminentiæ*, id eſt: *Eximii viri*, أَرْبَابِ مَكْرَمَتْ *Domini actionis nobilis & generoſæ*, id eſt: *Nobiles & generoſi in agendo.* Præponitur & vocibus perſicis, ut: أَرْبَابِ تِيمَارْ *Domini curæ*, id eſt: *Cui Colonia datur ad fruendum, ut Patriæ defendendæ curam habeat, Sypahus.* أَرْبَابِ خِرَدْ *Domini intellectus*, id eſt: *intellectu & judicio præ-*

præditi, أرباب سخن *Domini verbi*, id est: *Eloquens*, أرباب جاه *Domini dignitatis*, id est: *dignitate præditi*.

سيد *Dominus*, *Princeps*, compositi vox, cujus fœmininum est سيدة, nunc in arabicam, nunc in persicam regulam *Quotiescunque* cadere solet, v. g. سيد الأنام *Dominus rerum in orbe existentium*, sive *hominum*. سيد الكائنات *Dominus Creaturarum*, ita Muhammedem Pseudoprophetam suum appellant. سيد الآفاق *Dominus plagarum*, seu *regnorum hujus universi*. سيد البشر *Dominus*, seu *Princeqs humani generis*. سيد الأبرار *Princeps Justorum* سيد الأنبيا *Princeps Prophetarum* Muhammedem Pseudoprophetam intelligunt, سيد المرسلين *Princeps missorum*, sive *Apostolorum*, ita Pseudoprophetam nominant. Et juxta regulam *Quotiescunque* persicam سيد سادات *Dominus Dominantium*, سيد اصفيا *Princeps electorum*, sive *eorum qui puri sunt*. In fœminino genere dicitur, v. g. سيدة المخدرات *Princeps earum quæ se tectas & custoditas servant*, id est: *Princeps mulierum*, seu *Matronarum pudicè & verecundè viventium*. De hujus compositi plurali composito, nullum exemplum obvium habui.

Nunc ad adjectivum صاحب, quod Arabibus est *Dominus* & *Possessor*, progrediamur, transitque ad orationem Turcismi sub

utroque genere in compositis, immo sub utroque numero singulari scilicet & plurali, nec rationabiliter dualis arabicus excludi potest, cum Turcismus, ut præmonitum est, & ut suo loco visuri sumus, illud in arabicis dictionibus ad se translatis, admittere non vereatur. Admittit vox hæc صاحب post se arabicum أل, & tunc regula *Quotiescunque* juxta arabismi fundamenta admittenda est, v. g. صاحب المال *Possessor divitiarum*, id est: *dives*. صاحب النار *Possessor ignis*, id est: *Damnatus*. Dicunt autem Turcæ rejiciendo kesram giarri, صاحب المال &c. nec in hoc composito, Persarum regula *Quotiescunque* locum habere videtur, duoque absoluta & nuda themata, hoc loco subsistere posse, docet praxis, v. g. صاحب اختيار *Possessor electio*, genitivus enim virtualiter secundæ voci inest, & idem sonat, ac *possessor electionis*, id est: *præcellens alios*, صاحب اعتبار *Possessor existimationis*, id est: *existimatus* صاحب سعادت *Possessor felicitatis*. Titulus regius, veluti apud nos, *Augustissimus*. صاحب اقتدار *Possessor potentiæ*, id est: *Potens*, صاحب دولت *Possessor felicitatis*, seu *Imperii*, seu *regni*, seu *felicissimus*, eodem modo titulus, &c. صاحب كمال *Perfectione præditus*. صاحب قران *Dominus conjunctionis*, quod bellando, provinciis provincias jungat, jungitur nonnunquam & persicis vocibus, ut; صاحب تاج و تخت, *Possessor Coro-*

na & folii, id eſt: *Rex*. Pro fœminino genere, articulus ألْ locum habere videtur, magiſve convenienter, quàm in maſculino, v. g. صَاحِبَةُ ٱلْجَمَالْ *Domina formoſitatis*, id eſt: *formoſa fœmina*, صَاحِبَةُ ٱلْحَسَنَاتْ *Domina beneficentiarum*, id eſt: *mulier benefica*. صَاحِبَةُ ٱلْقدرْ *Domina potentiæ*, id eſt: *Mulier potens, &c.* & quia voces perſicæ articulum non admittunt, dicetur. v. g. صَاحِبَة تَاجْ و تَخْتْ *Domina Coronæ & ſolii*, ة fœmininum in ه quieſcens vertendo, qua de re ſuo loco. Accidit nonnunquam, ut Turcæ vocem صَاحِبْ in compoſitis poſtponant ſimpliciter, ut: عِلْم صَاحِبْ pro maſculino, عِلْم صَاحِبَة pro fœminino, *ſcientiâ præditus* & *ſcientiâ prædita*. Aliquando poſtponunt cum reflexione ad regulam perſicam *Quotieſcunque*, v. g. مَعْرِفَتْ صَاحِبْ *Poſſeſſor cognitionis*, id eſt: *cognoſcens*. Interdum vocem صَاحِبْ poſtponunt juxta regulam turcicam *Quotieſcunque*, apertè vel occultè, v. g. جَارِيَه نَكْ صَاحِبي *Dominus ancillæ*, nam جَارِيَه eſt *ancilla* جَارِيَه نَكْ *ancillæ* genitivus, صَاحِبي cum affixo tertiæ perſonæ ob præcedentem caſum genitivi, ut ſuo loco viſuri ſumus, & hic regula *Quotieſcunque* aperta & manifeſta eſt. أوْ صَاحِبي *Dominus domi*, ſeu *Paterfamilias*. أوْ *domus*, genitivus implicitus, ſeu occultus (cujus rei ratio ſuo loco) & صَاحِبي cum affixo tertiæ per-

sonæ, ob præcedentem casum genitivi, etsi occultum, qua de re suo loco.

Pluralis masculinus à صَاحِبْ est أَصْحَابْ & hoc loco, potissimùm regula persica *Quotiescunq;* in usu esse solet, v.g. أَصْحَابِ دَوْلَتْ *Possessores felicitatis*, id est: *Proceres, Magnates*, أَصْحَابِ رِوَايَتْ *Possessores Historiarum*, id est: *Historici*, أَصْحَابِ تَوَارِيخْ *Possessores Annalium*, id est: *Scriptores annalium* أَصْحَابِ تَدْبِيرْ *Possessores dispositionis*, id est: *Consiliarii.* أَصْحَابِ سُيُوفْ *Possessores gladiorum*, id est: *Milites*, أَصْحَابِ بِدَعْ وُ ضَلَالَتْ *Possessores rerum de novo inventarum & Errorum*, id est: *Hæretici, Novatores.* أَصْحَابِ اِعْتِبَارْ *Possessores existimationis*, id est: *æstimati*, أَصْحَابِ فُهُومْ *Possessores intelligentiarum*, id est: *Viri sapientes & sagaces.* أَصْحَابِ مَنَاصِبْ *Possessores Officiorum*, id est: *Officium*, seu *munus administrantes.* أَصْحَابِ نِفَاقْ *Possessores actionum iniquarum*, vel *hypocrisis*, vel *impietatis*, vel *hæresis occultæ.* أَصْحَابِ جَحِيمْ *Possessores inferni*, id est: *damnati*, أَصْحَابِ أَخْبِيَةْ وَخِيَامْ *Possessores*, seu *Incolæ tabernaculorum ex lana*, vel *pilis camelinis & casarum ex arborum ramis compactarum.* Dicunt (sed rarissimè) & Arabum modo cum articulo & regula *Quotiescunque*, ut: أَصْحَابُ النَّارِ

صَوَاحِبَةُ ٱلنَّارِ *Incolæ ignis, Inferno adjudicati.* Plurale fœmininum est exempla pro hoc plurali & duali, obvia non habui.

Et وَلِي ex arabico وَلِيّ *Adjutor, Tutor, Amicus, Dominus, Patronus.* Ad adjectiva composita possessionem significantia pertinet, & extra masculinum genus in usu esse non videtur, nec pro ejusdem duali, aut plurali exemplum habeo, cæterùm adjectivum est, quod & arabicæ & persicæ regulæ *Quotiescunque* se accommodat, v. g. وَلِي ٱلنِّعَم *Patronus Dominus, rei honorificæ felicis & gratiæ.* وَلِي ٱلْجُودْ *Dominus liberalitatis*, id est: *Liberalis.* Et juxta syntaxin persicam وَلِيءِ خُدَا *Amicus DEI, Sanctus.* وَلِيءِ نِعْمَتْ *Dominus beneficentiæ, Benefactor.* وَلِيءِ كَامِلْ *Sanctus Possessor*, seu *Dominus perfecti*, aut *perfectionis*, وَلِيءِ عَهْدْ *Propinquus fœderis*, id est: *qui succedit alteri cum obligatione ad fœdus.*

Inter cætera adjectiva composita, adjectivum arabicum عَالِي *altus, sublimis, excelsus*, reperitur, quod & arabicis masdaris, & substantivis etiam persicis, abs generis aut numeri respectu & absque stricta reflexione ad regulam *Quotiescunque*, simpliciter præponitur, v. g. عَالِي جَنَابْ *magnum latus*, seu *excelsum latus.* عَالِي مَنْقَبَتْ *Excelsa dignitas*, عَالِي قَدْرْ *Excelsus honor*, عَالِي حَضْرَتْ *pollens aliqua re unde sibi gloriari possit*, عَالِي شَانْ *excelsus status, excelsus ordò, excelsa conditio*, عَالِي مِقْدَارْ *Excelsa potentia* عَالِي مَقَامْ

مَقَامْ *excelsa dignitas* عَالِي مَكَانْ *excelsus locus*, عَالِي هِمَّتْ *excelsa mens*, *excelsus animus*, *excelsa intentio*, *excelsa cura*: & in persicis: عَالِي جَاهْ *excelsa dignitas*, عَالِي پِيشْكَشْ *excelsum & rege dignum munus.* Hæc adjectiva composita, in oratione plerumque collocantur, ut compositum in genitivum cadat. v. g. پَادِشَاهْ عَالِي جَنَابْ *Rex excelsi lateris*, id est: *Augustus*, seu *Augusta Præsentia*, وَزِيرْ عَالِي جَاهْ *Vizirius excelsæ dignitatis*, seu *Celsissimus*, خُونْكَارْ عَالِي مِقْدَارْ *sanguinis seminator* (ob jus spargendi sanguinem) *Rex excelsæ potentiæ*, id est: *potentissimus*.

Etiam كَرِيمْ in singulari, & in solo masculino generè, *generosus*, *nobilis*, *magnus*, *liberalis*, *munificus*, sub adjectivis compositis cadere potest, juxta regulam arabicam *Quotiescunque*, v. g. كَرِيمُ ٱلشَّانْ *generosus*, *nobilis animus*, كَرِيمُ ٱلنَّفْسِ *generosa*, *nobilis conditio*, seu *status*, seu *dignitas* كَرِيمُ ٱلْاَخْلَاقْ *Nobiles & generosi mores*, *&c.* Hæc adjectiva composita, in oratione plerumque ita collocantur, ut compositum in genitivum cadat, v. g. سُلْطَانْ كَرِيمُ ٱلنَّفْسْ *Princeps generosi animi*, اِمَامْ كَرِيمُ ٱلشَّانْ *Antistes Nobilis dignitatis.* صَبِي كَرِيمُ ٱلْاَخْلَاقْ *Puer nobilium morum*, كَرِيمُ ٱلْعَصْرِ *Nobilis sæculi*, Nos latini: *sui sæculi phœnix.* Nec abs re foret credere, quod sub horum adjectivorum compositorum usu, respectu Latinitatis, subintelligantur nominativi & genitivi pronominis relativi substantiæ *qui* & *cujus*,

qui

qui modus loquendi, Latinis usitatus est, sed in Turcismo vel maximè literali, hic insinuatus magis conveniens est, v. g. پادشاه عالي جناب *Rex excelsi Lateris*, id est: *Rex excelsi Lateris est*, seu *Rex cujus latus excelsum est.* وزير عالي جاه *Vizirius excelsæ dignitatis*, id est: *Vizirius qui est excelsæ dignitatis*, seu *Vizirius cujus dignitas est excelsa*, nec bene quadraret, his cum pronominibus, ut apud latinos, apud Turcas vel maximè literales, constructionem componere, qua de re suis in locis.

Hactenus exhibita composita adjectivè significantia, sunt magis frequentia & obvia, de cætero sunt alia perplura, quæ à Lexicis exhibentur, aut in lectione vel sermone percepta, facile intelliguntur. v. g. معلّا جناب *Excelsum Latus*, seu *dignitate excelsus*, سعادت قرين *felicitas conjuncta* سعادت مقرون *felicitas appropinquans*, seu *accedens*, cujus significatum, se se magis per integrum sensum manifestat, veluti سزكه وزير اعظم وسردار اكرمم احمد پاشا سز سزي سلام سلامت بخشاي پادشاهم ايله تشريف وتوقير واحترام ومظهر اعزاز واكرام بيوردقدن صكره خط هما يون سعادت مقرونم وصول بولدقده معلوم اولسونكه *Vos Ahmed Pascha, qui supremus meus Vizirius & summus Capitaneus meus estis, postquam ego, vos, per meam largitionem regiam, salute & incolumitate nobilitare, condecorare, honorare, manifestè colere & venerari sum dignatus, ad adventum Augustæ, & felicitati conjunctæ meæ lineæ,* (notum vobis) *notitia vestra sit, quod, &c.* Ex lit. Sultani ad suum magnum Vizirium in Gem. Histor. Observamus

vamus igitur ex hoc exemplo, quod سعادت تمغرون *felicitati conjuncta*, in vi significandi non ita sumi debeat, ut pars illa quæ substantivum est, declinetur, sed suo adjectivo modo indeclinabili ita juncta est, ut si declinabilitas exigeretur, non substantivum, sed adjectivum, declinabilitatem susciperet: ut ex aliis literis Khaimecami ad Magnum Vizirium demonstratur. خط همايون سعادت تمغرونلريني آلوب *Ejus lineas Augustas, felicitati conjunctas, accipiendo.* Clarè patet, quomodo nomen adjectivum compositum سعادت تمغرون, quoad partem eam, quæ adjectivum est, & declinabilitatem in numeri determinatione, & affixum ipsum in se suscipiat, ideoque

Hæc composita adjectiva, pura & mixta ex duabus linguis, arabica scilicet & persica, item arabica & turcica, aut persica & turcica, id habent proprietatis, quod pars illa compositionis, seu adjectivi compositi, quæ posterior est, se declinabilitati & affixis subjiciat, sive pars illa adjectivum, sive substantivum sit: ut سعادت تقريب purum arabicum compositum *felicitas accedens*, vel *appropinquans.* سعادت تقريبك *felicitatis appropinquantis,* سعادت تقريبه *felicitati appropinquanti.* سعادت تقريبم *felicitas mea appropinquans.*

Sed ut studiosorum curiositati satis faciam, per plura composita, vim adjectivi habentia, subjungam, ut gentis phrasim tanto magis imbibant.

Com-

Composita adjectiva.

Pura arabica, cum substantivo ad initium, & adjectivo ad finem.

عزّتِ قرين *honor propinquus*, titulus dari solitus à superioris ordinis viro ad inferioris conditionis personam, quasi *multum honorandus*, رفعتِ رهين *exaltatio pignori data*, titulus dari solitus à superioris conditionis persona ad inferioris ordinis virum quasi *multum exaltatus*. شرعِ شريف *lex nobilis*, ريحِ طيّبة *ventus & aura levis*, موالي ٱلعظام *Domini & Judices magni*, شغلِ شاغل *opus occupans & distrahens*. مالِ ناطق *opes*, seu *bona mobilia*, quasi opes ratiocinantes, seu vocem habentes, ut sunt pecudes, مالِ صامت *opes*, seu *bona silentia*, id est: *immobilia*, juxta phrasem gentis, idem quod apud nos *bona mobilia & immobilia*, non enim illis est bonorum distinctio, ut apud nos, per mobile & immobile, sed ut terminis Giggej utar, per animatum & inanimatum, ita ut sub inanimato, صامت, id est *silens* intelligant, ut aurum, argentum, domum, agrum, sylvam, & omnem suppellectilem. Item: عنا يتمغرون *favori colligatus*, seu *favorabilis*, & شوكتمغرون *Generositati colligatus*, *generosus*.

Composita adjectiva.

Pura arabica, cum substantivo ad finem.

محلول مال *bona vacantia* لين ٱلجانب *placidi lateris*, id est:

 pla-

placidus moribus. عَلْوُ ٱلدَّارْ فَقِيرُ ٱلْحَالْ *ſtatu pauper.* *ſuperior habitatio*, مَسْرُورُ ٱلْقَلْبْ عَظِيمُ ٱلشَّانْ *magnæ dignitatis*, *corde lætus*, حَاضِرُ ٱلْقَلْبْ *corde promptus*, ثَابِتْ قَدَمْ *firmus pede*, id eſt: *conſtans*, *ſtabilis*. His addi poteſt participium arabicum compoſitum attractione præpoſitionis & affixi ad ſe, quod eſt مُعْتَمَدْ عَلَيْهِ *ſupra quem innixus*, quod eſt apud Turcas uſu receptum, ut per hoc ſignificetur *Vir probatæ fidei & fide dignus*, v.g. بِرْ قَاچْ مُعْتَمَدْ عَلَيْهِ كِمْسْنَه لَرْ بِزِمْ ايلِهْ طَرِيقْ حَجْ شَرِيفْدَه بِيلَه ايدِيلَرْ *Quidam fide digni, in via nobilis peregrinationis erant.* de mir. mund.

Compoſita adjectiva.

Arabico-Perſica.

عَالَمْتَابْ *mundi radius*, ſeu *ſplendor*, id eſt: *mundum illuminans*, titulus regius, عَالَمْ پِنَاهْ *mundi refugium*, id eſt: *ſub ſuam protectionem & tutelam quoſuis ſuſcipiens*, titulus regius شَرِيعَتْ نِكَاهْ *legis cuſtodia*, id eſt: *legem cuſtodiens*, titulus regius. عَدَالَتْ دَسْتْگَاهْ *æquitatis poteſtas*, id eſt: *æquiſſimus*, titulus regius, ظَفَرْپِنَاهْ *Victoriæ refugium*, id eſt: *victoriis inclytus*, titulus regius. شَرَفْ افْزَادَه *nobilitate auctus*, & alia huic ſimilia. شَهْرِي يَارْ *Civem protegens*, titulus regius. &c.

Com-

Composita adjectiva.

Persico-Arabica.

پادشاه جهان پر تقصیر *plenus defectu*, id est: *defectuosus.* *Rex certaminis contra infideles*, id est: *Rex contra Infideles bellicosus.* بهشت آثار *vestigia*, seu *qualitates paradisi habens*, titulus regius. بنده مخلص *servus sincerus*, id est: *addictus.* بنده بي مقدار *servus sine potentia*, id est: *servus humillimus, servus debillimus.* بالا همت *excelsus animus.* فرموده سلطاني *Mandatum regium.*

Composita adjectiva.

Purè persica.

دلتنگ *cor arctum*, id est: *animus mastus.* دلبسته *cor ligatum*, id est: *animus afflictus.* جهان ديده *mundum vidit*, id est: *vir peritus.* جهان بين *mundam videns*, id est: *providus*, de DEO. دلخواه *cordis desiderium*, id est: *desiderabilis.* پر هنر *purus honore*, id est: *honorificus.* پر ستيز *plenus competentiâ*, id est: *competentissimus.* پري پيكر *faciei formosus sicut sol*, id est: *formosus, a, valdè.* آهو چشم *cervi oculus*, id est: *blandis oculis praditus.* ميوه دار *fructum habens*, id est: *fertilis.*

Composita adjectiva.
Arabico-Turcica.

لَطيفْ سُوزْلُو *blandiloquus* , لَطيفْ يوُزْلِي *facie blandus* , خَبَروِيرِيجي *nuntium dans* , id est : *annuntians*, ظُلْم ايد يجي *in-juriam faciens*, id est : *injurians*, seu *injuria afficiens*, وَاصِلْ قِلاَنْ *perducens*, *deducens* , رَحْمَتْ ايد يجي *commiserationem faciens*, d est : *misere scens.*

Composita adjectiva.
Turc-Arabica.

كُوكْ مَاوي *Color cælestis* , id est : *cæruleus* , قوُلْ ضَابِطْ *militem coercens*, *militi imperans*, قُولاَقْدَنْ عَاشِقْ *per aurem amans*, id est, *qui amore capitur*, *rei sibi relatæ*, آچقْ مَايِي *apertus aqueus*, id est, *color cæruleus*, *lucidus ad instar aquæ* تورَه بَاطِلْ *mos* , seu *consuetudo vana*, قُولْ بي طَاقَتْ *miles impotens*.

Composita adjectiva.
Persico-Turcica.

آهو كوُزْلِي *Cervi oculo præditus* , id est : *blandis oculis præ-ditus*. نَازِكْ يوُزْلِي *dulcis facie*, id est: *facie amabilis*. شيرينْ يوُزْلِي *lenis*

lenis faciei, seu *facie affabilis.* كمان قاشلو *supercilia habens ad instar iridis cælestis*, طوطي دلي *lingua psittaci praditus.* شكر طاتلو *verbum dulce*, id est: *dulciloquus*, *blandiloquus.*

Composita adjectiva.

Turcico-Persica.

يمش سمآلود *Bego natus,* باي جومرد *Dives liberalis.* بكزاده *fructus venenosus* پوت پرست *Idololatra*, seu *Idolum colens.* قاري بي نام *mulier incognita*, ار بيوارة *Vir peregrinus.*

Actjectiva composita.

Purè turcica.

كوزي ياشلو يوزي آق *Facies ejus alba*, id est: *victoriosus* *oculus ejus madidus*, id est: *lachrymosus.* الي پك *manus ejus dura*, id est: *tenax*, *avarus.* يوركي پك *cor ejus durum*, id est: *implacabilis.* الي بوش *manus ejus vacua*, id est: *pauper & mediis destitutus*, قولاغي پك *auris ejus dura*, id est: *surdus.* دلي باغلو *lingua ejus ligata*, id est: *mutus.* كوزي قپالو *oculus ejus clausus*, id est: *cæcus.* In his compositis adjectivis turcicis, contineri affixum, clarè patet, cujus rei rationem, inter affixa daturi sumus, sed plura de adjectivis dicenda sunt. De adjectivis compo-

 po-

positis per numeri concursum, vide infra ubi de numeris agitur. Subinde, sed rarissimè, cum arabica præpositione & affixo arabico post adjectivum, fit nomen compositum, ut: مُعْتَمَدْ عَلَيْهِ *fidem habens*, seu *cui quid confidi potest*, فُلَانْ آدَمْ طُوغْرُو وَ مُعْتَمَدْ عَلَيْهِ كِمْسَنَه دُرْ *Talis homo quidam, verax est, cui quid confidi potest.*

CAPUT SEPTIMUM.

Duobus substantivis, adjectivi, vel superlativi, vel pronominis relativi qui, quæ, quod, *vim inesse & etiam uni substantivo vim adjectivi inesse posse, demonstratur.*

TUrcæ, quibus Arabismi inexplicabilis fæcunditas, facundia, loquendi pompa, Persismi lepor & elegantia, amplam phrasiologiæ materiem suggerunt, substantiva ita eleganter inter se connectunt, ut ad rei qualitatem exprimendam, jucundam simul & expressivam formam educant, quam combinandi formam, etsi Latini subinde imitari videantur, rarissimè illis eleganter & convenienter cadit, hanceve phrasem, de qua modo dicturi sumus, & si subinde imitentur, id rarò accidit, quia phrasiologiæ latinæ cursus, hac in circumstantia, adjectivis potius & pronominibus relativis nititur, ut exemplis demonstrabimus.

Quædam ergo substantiva, sive ea arabica sint, sive persica, locum, receptaculum, similitudinem, aut iis quid non absimile significantia, præcedenti substantivo immediatè annexa, qualitatem rei expetitam, exhibere solent: Arabica substantiva loci, seu receptaculi: cæteris magis usitata, sunt plerumque sequentia مَآب *locus reversionis*, sive *locus in quo quid recipitur*, id est; *receptaculum*, cui in Latinitate opponere possumus, v.g. adjectivum

præ-

præditus, ut: *honore præditus*, dicent Turcæ quasi una voce, &c. *honoris receptaculum*, quod eſt, عزّت مآبْ ſic in literis ad Literatos viros, legetur جَنابْ عِزّت مَآبْ شَرِيعَتي نِصَابْ افنْدي كَامُبِينْ كَامْيَابْ *Latus*, id eſt: *dignitas*, *honoris receptaculum*, *legis fundamentum*, *Efendi* (Vir ſpectabilis) *deſiderium videns*, & *deſiderium inveniens*, id eſt: *voti compos.* Item in aliis literis فَضيلَتْ مَآبْ *virtutis receptaculum.* جَنَابْ فَضيلَتْ مَآبْ شَرِيعَتي نِصَابْ آفَنْدي كَامْبِينْ كَامْيَابْ *Latus*, id eſt: *Dignitas*, *virtutis receptaculum legisque ſubſiſtentia*, ſeu *fundamentum*, *Efendi* (Vir ſpectabilis) *deſiderium videns*, & *deſiderium inveniens*, id eſt: *voti compos.* Item in literis ad nobilioris ordinis perſonas: جَنَابْ سَعَادَتمَآبْ دَوْلَتْ نِصَابْ رِفْعَتْ اِنْتِسَابْ حَضْرَتِ كَامْبِينْ وَكَامْيَابْ *Dignitas*, *felicitatis receptaculum*, *proſperitatis fundamentum*, *exaltationis derivatio*, *Dignitas deſiderium videns*, *deſiderium inveniens*, id eſt: *voti compos.* Et hæc phraſiologia, Latinorum more ſonaret; Dignitas *virtute prædita*, *firmata legibus*, &c. aut *Dignitas*, *quæ virtute prædita*, & *legibus firmata eſt*, &c.

Vox altera uſitata eſt مَدَارْ *locus circuitionis*, id eſt: *Domus*, ſive *habitaculum*, ab arabica radice دَارْ *circuivit*, hoc ipsô modo, ut: مَآبْ applicabilis eſt, ut: جَنَابْ عِزّت مَدَارْ *dignitas*, *honoris habitaculum*, id eſt: *dignitas honorificentiſſima* دَرْكَاهِ فَلَكْ مَدَارْ

مَدَارْ وَبَارِكَاهْ كَرْدُونِ اِقْتِدَارْ *Aula, cælestis orbis circuitio*, seu *habitaculum*, & *Porta*, *potentia Ætherea Sphæra*. id est: *Aula cælica* & *Ætherea Porta*: ita pompæ gratiâ Sultanorum Aulam appellant, etsi horror crudelitatis in ea enutriatur. Sciat autem studiosus, has duas voces, مَآبْ & مَدَارْ in quantum ego penetrare potui, libentiùs & elegantiùs, immediatè ante se substantivum arabicum potiùs, quàm persicum aut turcicum exigere.

Ast Turcæ quia ὁμοιοτέλευτον, id est: *similiter desinens*, dictæ figuræ Rhetorices, sunt tenacissimi, dant & aliis substantivis arabicis, eandem significandi phrasem, in eum finem; ut membrorum orationum terminis, decorem per *similiter desinens* concilient, ut ex præcedente exemplo colligere licet, quod ad instar versuûm stropham subjungo, ut rem ad oculum demonstrem.

جَنَابْ سَعَادَتْمَآبْ | دَوْلَتِ نِصَابْ
رِفْعَتْ اِنْتِسَابْ | حَضْرَتِ كَامْبِينْ كَامْيَابْ

hujus interpretatio, paulo ante allegata fuit.

Dubium non est, quin hic allegatæ phrases, per pronomina relativa *qui*, *quæ*, *quod*, explicari possint, v. g. *Dignitas*, *quæ est receptaculum honoris & legis fundamentum*, *Vir spectabilis*, *qui desiderii votique sui compos evadit*. *Dignitas*, *quæ virtutis est receptaculum*, *legisve fundamentum*, *Vir spectabilis*, *qui desiderii votiq; sui compos evadit*. *Dignitas quæ felicitatis est receptaculum*, *prosperitatis fundamentum*, *exaltationisque derivatio*. *Dignitas*, *quæ desiderii votiq; sui compos evadit*. *Dignitas*, *quæ honoris est habitaculum*. *Aula*, *quæ Sphæræ cælestis locus est*. *Porta*, *quæ ætheris est potentia*. Et ab ingenio fæcundo, eodem salvo sensu, diversimodè ad Latinitatem transferri possunt.

Ejus

Ejuſmodi phraſes ſubſunt & quibusdam terminis perſicis, qui plerumque ſubſtantiva arabica ſibi præponi petunt, v. g. پناه *refugium*, درگاه شوكتي پناه پادشاهي, *Porta Magnanimitatis refugium regium*. Id eſt: *Porta regia, Magnanimos protegens*, ſeu *Porta quæ Magnanimis eſt refugium regium*. دستگاه *facultas, poteſtas*, بارگاه معدلت دستگاه *Aula Juſtitiæ facultas*, ſeu *poteſtas*, id eſt: *Aula Judicans*, ſeu *quæ judicat*. پادشاه عالم پناه و شاهنشاه سعادت دستگاه *Rex orbis refugium, & Rex Regum, felicitatis facultas*, id eſt: *Rex ad quem orbis confugit*, & *Rex Regum, qui aliquem felicem reddere poteſt*. سپاه ظفر دستگاه *Exercitus Victoriæ facultas*, id eſt: *Exercitus vincere potens*, ſeu *qui vincere poteſt*. Item ex literis datis ad Maximilianum ſecundum Auſtriacum, à Sultano Selimo ſecundo: الحالة هذه عتبهٔ عليهٔ معدلت دستگاه فلك اشتباهمزه مقيد شغاه ارباب عز وجاه ومرجع خواقين مملكت پناه در مكتوب صداقت مصحوبكز وارد اولوب *Rei ſtatus is eſt: Cum ad Aulam noſtram excelſam Juſtitiæ facultati, & Sphæræ cæleſtis ſimilitudini alligatam* (quæ eſt) *occupatio Procerum, honor & dignitas Regum, recurſus & Regnorum refugium, literæ veſtræ ſinceritate comite perveniſſent*. id eſt: *Ad Aulam noſtram excelſam Juſtitiam adminiſtrantem & cæleſti Sphæræ ſimilem, &c. literæ, &c. perveniſſent*. Authores enim, qui eleganter ſcribere, ſe pompoſos Rhetores, & figurarum Rhetorices gnaros eſſe, demonſtrare volunt, arabicam, perſicam & tur-

cicam

cicam ſyntaxim commiſcendo, & ſummè figuræ ſimiliter deſinens attendendo, his loquendi modis, hiſtorias, literas, narrationesque ſuas implere conantur. v. g. Muſtafa Ben Gelal, Nichangi Baſſa, in hiſtoria rerum geſtarum Sultani Suleimani, Sultanum hunc nominans, ita dicit: پادشاه شریعت پناه *Rex refugium juſtitiæ*, id eſt: *Juſtiſſimus*, Item: پادشاه ممالك ستان صاحب قران شاهنشاه ملايك شان و معدلت نشان *Rex Regnorum expugnator*, *felicis horoſcopi Poſſeſſor*, (vulgò *Heros*) *Rex Regum*, *Angelorum conditionis*, & *juſtitiæ typus*. Item اول شاه مكارم پناه ملايك سپاه جانبنه هبوب ايدوب *Cum Rex, generoſarum actionum refugium* (id eſt: generoſiſſimus) *ad Angelorum exercitûs latera ſpiraret*. Item عالم پناه شریعت نگاه خسروان دل آگاه بهشت آثار *Mundi refugium*, *legis cuſtodia* (leges cuſtodiens) *regii animi manifeſtatio* (regium animum manifeſtans) *Paradiſi veſtigia*. Frequens uſus figuræ *ſimiliter deſinens*, ex his exemplis manifeſte patet.

Sunt plura alia adjectiva compoſita, quæ praxis ſuggeret, v g. عدو شكار, id eſt: *hoſtis præda*, *hoſtis venatus*, id eſt: *Tartarus*, quo milite utitur Turca ad prædam, ſeu capturam hoſtis, v. g. افنديمز واج منزلنه كلدكده قنيزه بكلربكيسي ينترحسن باشايه افنديمز مكتوب كوندرديكه زرين اوغلو نك ملكتين كزمش يورومش اوستاد قولاوز كوندره سن زيرا تاتار.

وزيرا تاتار عده وشتاري زريين اوغلونك ملكتنه صالسونن

Dominus noster, cum ad diversorium Vaciense pervenisset, Sentur Hassan Bassa Canisiensi Beglerbego, Dominus noster, literas misit, ut mittes expertum qui ditionem filii Zrin obivit & peragravit Ductorem, ut Tartari hostis præda, se in ejus ditionem conjiciant. Gem. Hist. de Kupurl.

Quod autem ipsi substantivo vis adjectivi insit, id duplici modô intelligendum est, vel liberè, vel necessariò; liberè, cum sensus turcicus, posito substantivo, ad Latinos, vel substantivè, vel adjectivè transferri potest, v.g. حق جل علا حضرتنك كمال لطفندندر *est ex perfectione gratiæ DEI excelsa & sublimis Majestatis.* Vel dici potest: *Est ex perfecta gratia DEI, &c.* nam quamvis apud Latinos *ex perfectione gratiæ* stare possit, magis fluidè attamen dicetur per adjectivum, *ex perfecta gratia.* Item: حق جل و علا حضرتي كمال قدرتندن در *Ex perfectione virtutis DEI excelsa & sublimis Majestatis*, vel *est ex perfecta virtute DEI.* Necessariò autem est, cum id quod apud Turcas substantivè sumitur, ad Latinos adjectivè transferri debet, ut perfectio sensûs obtineatur, v.g. لكن قطور سمتي زياده صربلق وسنكستانلق ولمغيله *Verùm Kuthuri* (Cattaro Italis, Urbs Dalmatiæ:) *semita*, seu *via*, *cum sint asperitas* (asperæ) *& loca lapidosa.* Gem. Hist. Item: سزي سلامت بخشاي پادشاهم ايله تشريف و توقير و احترام و [illegible] اعزاز و اكرام بيورندن صكره *Postquam vos per largitionem meam regiam, salute & incolumitate,*

no-

nobilitatare, *condecorare*, *honorare*, *manifestè colere & venerari sum dignatus*, c ertum est, quod in textu turcico non sit adjectivum *regius*, sed est *Rex* cum affixo primæ personæ, quod si hæc constructio ad Latinos substantivè, ut in turcismo reperitur, transferenda esset, nullius esset consonantiæ, dici enim deberet, *Vos per largitionẽ regem meum*, qui loquendi modus, Latinis ineptus esset. Hos loquendi modos attamen, nec apud Turcas frequentes esse existimo, nihilominus admonitione opus erat, ut si tale quid obvium haberetur, studiosus non hæreret.

CAPUT OCTAVUM.

De usu quorundam adjectivorum Latinorum apud Turcas.

A*Liquot*, adjectivum Latinum, huic adjectivo in turcismo correspondet, قاچ vel قچ si illi præponatur numerus بر *unus*, ut : برقاچ v. g. برقاچ مسافر بونده واردر *Aliquot hospites hic sunt*, & ut ex exemplo videtur, hoc برقاچ, nomen subsequens latinorum more, ad pluralem numerum non necessitat, nonnunquam tamen & plurali jungitur, ut : برقاچ قلعه لر *aliquot arces*, & per نيچه & برنيچه idem exprimunt, quod etiam ad plurale se sequens substantivum non necessitat, nisi forsan usus obtineat, ut plurale fractum substantivi arabici post hanc vocem sequatur, sic in singulari dicetur, آنلر نيچه نصيحات ويردیلر *illi aliquot exempla dederunt*, & cum plurali fracto arabico, v. g. برنيچه ايام محاصره

مُحَاصَرَه مَقَا مِنْدَه قِيَامْ ايتْدِ يِكَرْ *Aliquot diebus in loco obsidionis subsiterunt*, cum voce autem persica رُوزْ aut turcica كُونْ *dies*, singularis maneret, v. g. بِرْنِيچَه رُوزْ vel بِرْنِيچَه كُونْ dicetur. Nec semper pluralem turcicum reprobat, ut: بِرْنِيچَه نَاحِيَه وَ قَلْعَه لَرْ *aliquot districtus & arces*. Gem. Hist. sed de his in hujus tract. cap. 23. agitur. Quod vide.

Adjectiva Latina *alter*, *alius*, & quæ sequentur, Turcæ, plerumque ab arabismo, & subinde etiam à Persismo, ad se trahere, consueverunt, & quædam etiam Turcis propria reperiuntur; pro hic dictis adjectivis *alter*, *alius*, ex arabismo habere solent, غَيْرِي vel غَيْرُ, سَائِرُ, آخَرْ. ex persismo دِيكَرْ vel دِيكَرْ. ex turcismo بَاشْقَه & آيرُوقْ & آيرِقْ, أُوبرْ. Arabicorum vis ex ipsis fundamentis arabicis desumenda est, datur utique apud ipsos Latinos differentia quædam inter *alter* & *alius*, hoc supposito آخَرْ à radicè آخَرْ *posteriorem fecit*, seu *posterior fuit*. Teste Castello *alter* equidem & *alius* significat, attamen reflexione habitâ ad originem, de significato *alter*, magis habere videtur, quia quasi posterioritatem aliquam designat, quod ex ipsis loquendi modis erui potest, v. g. اَكَرْ آخَرْ تِيمَارْدَه بَاغْ بِكْسَه عُشْرِينْ وِيرُورْ صَاحِبِ زَمِينَه, *si in altero*, vel *alio fundo vineam plantaverit*, *decimas*, *Domino fundi dat*. Can. Ottom. item ibid. مُشْتَرَكْ أُولَانْ مَالْكِ شَرِيكِ آخَرْ حِصَّه سِي آلُورْ *Communis facultatis particeps*,

ticeps, *bonorum communium*, *alteram partem capit*, ex his exemplis colligitur, quod cum apud Latinos inter significata *alter* & *alius*, aliqua differentia esse videatur, quod Turcis, magis proprie pro *alter*, sit آخَرْ, hæc differentia attamen, non ita strictè observatur, dicitur quippe : آمّاكُونَشْ طوتُلْمسنْدَهْ وآيْ طوتُلْمسنْدهْ بِرِ كِمسَنَهْ اُولْدُ غِجُونْ يابِر آخَرْ نَسْنَهْ ايجُونْ طوتُلْدي ديمَزلَرْ *In Eclypsi solis & in Eclypsi Lunæ, quod aliquis mortuus sit, vel ob aliam aliquam causam, non dicunt obscuratum est.* Col. Isl.

Phrasem nostram Latinam, v. g. *Unus cum altero*, per repetitum بِرْ exprimere solent, ut : بِربِريلَهْ نِزاعْ وَجِدالِنْ اِسْتِماعْ ايتْدي *Horum unius cum altero* (inter se) *disputationem & contentionem percepit.* De mir. mund. بِربِرينَهْ آرْقالاَ شُوبْ يارْدُمْ ايلَسَلَرْ *si unus alteri se fulciret & adjuvarent.* De int. ment.

سائِرْ Participium arabicum, à radice سار verbo instransitivo, infirmo يع *totum, aut reliquum ejus fuit.* Videturque tunc temporis, cum Latini *alter* aut *alius* pro veteri, aut aboleto adjectivo *caterus*, sive *cater*, aut pro *reliquus* sumunt, & Turcas terminum suum سايِرْ sumere, sic ex literis quibusdam قَلاَعْ فِيجْ وَسايِرْ *Vienna & alia munimina*, id est: *Vienna & catera*, sive *reliqua munimina.* Item : قلبيجْ اُورُوبْ قلبيجْ جِقوبْ وَ مَلْعُونْ عَمليغَكْ بوُيْنِنَهْ بَاشِني سُغْرَهيَهْ دُوشُورْدِي وَ (سايِرْ) داخي هَمانْدَمْ بُويْلَهْ آيْلَديلَرْ

ايلديلر جمله سي برخنجر قتل اولندي *Phrameam extraxit & ad hujus maledicti Amalici collum, phrameam unam* (ictum phrameâ) *percussit, & caput ad mensam cadere fecit, & alii* (reliqui) *illicò etiam taliter fecerunt, summa eorum* (omnes) *una vice intersempta fuit*. De mir. mundi.

غير vel غيري, à radice غار verbo intransitivo infirmo يع, in quantum significatum secundæ structuræ, *alteravit, mutavit diversum reddidit* illi inest, hîc ergo غير vel غيري *alter* vel *alius* significat, in quantum pro adjectivo latino *diversus* sumi potest. Ideovè magis propriè *alius*, quàm præcedens آخر significat غير شكل *alius modus*, id est, *diversus modus*. نيجه ناحيه و قلعه لر

غضب ايلديلر (غيري) ملّت ايله برلنوب له مملكتيني *Aliquot tractus & arces, cum alia gente* (cum diversa gente) *se conjunxerunt, & Poloniæ Regnum violenter invaserunt*. Gem. Histor. Item ibid. علي الخصوص بو سرحدلرده قشلايه تعيين اولنان

اون بيك تاتار ايدي اما كيمي ولايتلرينه وكيمي (غيري)

يرلره پراكنده اولوب *Præcipuè his in Confiniis ad hyberna decem mille Tartari deputati fuerunt, verùm eorum quidam, per suas regiones, & eorum quidam per alia loca* (per diversa loca) *dispersi fuerunt*. Item: آخر ديله دوندرلدكده بر معنا غيري يه

اسندلالته چاره يوقدر قلاني كتم اولنمق لازم كلور *Postquam ad alteram linguam translatum est, ejus ex uno sensu ad alium*

alium traductionis remedium non est, reliquum, celetur oportet, id est: *non est remedium quin*, seu *fieri nequit quin per traductionem de uno ad alium* (linguam) *sensus non celetur*. Cum hoc غيري vel غيري sæpissime بر *unus*, ut: بر غيري *alius quidam*, seu *diversus quidam* & كسه post se, ut: غيري كسه *alius quidam*, seu *diversus quidam*, seu *alius aliquis*, conjungi videntur, ut: اما بر غيري دلكه دا خي جوابي بودركه *sed unius alius*, seu *diversæ linguæ responsum hoc erat*. Captivos enim, quos ad obtinendam informationem de hostium statu capere solent, دل, id est: *Linguam* appellant. Et quia hæc sunt arabica adjectiva, ubi sensus id exigeret, ratio generis haberetur.

دكر, vel ديكر, vel دكر terminus persicus, & Persis familiaris, apud Turcas, rarioris est usus, dicunt attamen, v. g. يوزي دكر اولدي *die altero, sequenti die*, item: ديكر كون *facies ejus alia facta est*.

اوبر pro اول بر vox turcica, etiam rarioris est usus, frequentior attamen esse videtur quam دكر, v. g. يارن دكل اوبركون *Cras non est altera dies, postcras, perendie*.

آيروق aliis آيرق vox turcica, rarissimè obvia. جملة مزك تكريسي

يوقدر تكري آيرق آندن بردر تكريسي *Nostrum omnium unus est DEUS, præter illum alius DEUS non est.* de illum. ment.

باشقه, ut: باشقه بر ايالت *Alia quadam Præfectura.*

بر turcicè *unus* numericè, pro *alter* aut *alius*, item pro *unus alter*, *unus alius*, *alter aliquis*, *alius aliquis*, *alter quidam*, *alius quidam*, & his similia, sed de his inter affixa.

Hæc tria adjectiva, *omnis, totus, universus*, apud Turcas, nonnunquam sub uno eodemque significato continentur, enuntiantur autem, vel arabicis, vel persicis, vel turcicis terminis, suis cum reflexionibus, ex arabismo habere solent: كلي, كل, جميع, جمله, تمام, كليه, ex persismo, همه, هر, ex turcismo, بتون, دكلي vel دوكلي vel قمو, هپ, ut autem cujusvis vocis vis cognoscatur, eas juxta ordinem, examini subjicio.

تمام, esse substantivum sive masdarum arabicæ radicis surdæ تم, satis patet, *complementum*, *finis*, *terminus* significans, & teste Golio, sumitur adjectivè pro *integer*, *perfectus*, *absolutus*. Suô modô, pro adjectivo *omnis* sumi videtur, sed non absolutè, ut ex hîc sequente exemplo colligetur وبونلر بو بنيانك اتمامنده اوچ يوز ييل اقامت ايلمه دورشديلر و (تمام) و جهله چالشديلر *Et ii in persolutione hujus ædificii, trecentis annis substiterunt, & omni modô adlaboraverunt*, etiam dici posset *& perfecto modo*, vel *cum perfectionis modo*. lib. de mir. mundi. Videtur

tur attamen, quod تَمَامْ, hoc loco, magis propriè *omnis* quàm quid aliud significet, sumitur & pro *completus* & *totus*, ut: خلافتي اوتوز ييلده تمام اولدي *Imperium ejus intra triginta annos completum fuit.* de mir. mundi. سَنْ تَمَامْ پَاكْ سَنْ *tu totus purus es.*

جملة à جُمْلَةٌ radicis جَمَلَ *pulcher & elegans fuit, &c.* structura tertia أَجْمَلَ *in summam redegit & collegit*; *Omnis*, seu potius *universus*, aut magis propriè *universitas* significans, item *rerum summa*, seu *aggregatarum rerum summa*, seu *aggregatum rerum*, terminus in arithmetica usitatus, in specie additionis scilicet, ubi multorum numerorum summa contrahitur, sumitur pro *omnis* in utroque genere & numero, sed in significato collectivo potiùs quam divisivo, ideóque non bene diceretur, *Omnis homo* جملة آدم quia cum de vi substantivi participet, sonaret quasi *universitas homo*, seu si dicere liceret *omneitas homo.* dicetur ergo juxta sensum collectivum, v. g. بو دعا مزي محل اجابته قرين ايله يا ربّ و (جملة) امّت محمّده رحمت ايله يا ربّ *Has preces nostras, loco exauditionis fac propinquas* (suscipe, exaudi) *ô Domine! & omni* seu *universo populo Muhammedis, misericordiam fac, ô Domine!* in lib. de mir. mund. (جملةي) بزي يوقدن وار ايليان دن *Nos & omnia* (rerum summam, rerum aggregatum) *ex nihilo existere faciens*, (creans) De int. ment. هر وجهله (جملهنكّ) پسند يده سي اولا *omni modo omnium*

omnium acceptabilis sit. lib. de mir. mund. (صبر (جمله نڭڭ
سنتي و علا متى بودر *Patientia*, *Omnium lex*, *& signum hoc est.*
ibid. Subinde sumi solet pro *totus* collectivè, پس جمله عسكر
ايكي طرفدن ايكي دفعه ازمنه ديارينه كيروب *Itaque*
cum totus exercitus per duas partes, duabus vicibus, in Armeniæ
regionem ingressus esset. Algenab. (جمله) عالم يوق اولا يدي
totus seu *universus mundus in nihilum redactus fuisset.* de int.
ment. Sumitur subinde & substantivè sub significato *summa*, ut:
و بعده جميع مهماتڭ اولي (جمله) مشتبها نڭڭ *Præterea*
omnium curarum præcipua (est) *summa rerum obscurarum.*

جميع à radicè جمع *collegit*, *&c. collectus*, *omnis*, *totus*, *universitas*, seu *rerum collectio* pro utróque genere & numero subsistens, ejusdem rationis esse videtur sicut جمله, v.g. جميع عقلا نڭڭ
عقلي حيران اولدر *Omnium prudentum intellectus attonitus est.* Col.Isl.
جميع شدتلردن امين اولدوڭ *ab omnibus afflictionibus securus evasisti.* Col. Isl. Item: فرعون جميع جنود ايله آندة صويا
كيرنكلري كبي صولار قاوشدي همن هلاك اولديلر
Pharao cum omnibus copiis ibidem ut in aquam ingressi sunt, aquæ se obfirmarunt & omnes interierunt. de int. ment. Sumitur item pro *totus*, ut: جميع درياي محيطدن روايت ايلدي *de toto*

 Oceano

Oceano historiam scripsit. de mir. mund. Et substantivi & adjectivi vim simul habere videtur, ita in Huma. Nam. حضرت سید كائنات وسند مخلوقات علیه افضل الصلوات واكمل التحیات مستجمع جمیع كمالات ایدی *Majestas Domini rerum existentium, & fulcrum* Creaturarum, *supra quam praestantissimae benedictiones & perfectissimae laudes, erat colligens* Universitatē seu *collectionē perfectionum*, sive *erat colligens* omnes *perfectiones*. همان افندیمز ایله بارشاكوره لوم جمیع مصالح میسر اولور *Solummodo cum Domino nostro paci attendamus*, Universitas *negotiorum facilior evadet*. de Int. ment.

عامة fœmininum ab عام pro plurali *omnes* & *universitas* sed meo judicio *communitas*, ut: عامهٔ افاضل omnes *praestantes*, seu *universitas praestantium*, id est: *communitas praestantium*.

كافة teste Golio *omnes* & *universitas* جمله عساكر موحدین كافهٔ جیوز مسلمین توجه موجه ایلدیلر omnes *copiae in unum DEUM credentium, &* Universitas *exercituum Muslimorum, uniformiter positi, progressi sunt*.

كل vox arabica sub utroque genere *omnis* & *universitas* teste Golio ad hanc radicem: rarioris est usûs apud Turcas, & tunc cum arabizatur, & valet in sensu divisivo, ut in Columna. Islam. كل شیء هالك Universitas *rei periens est*. Stat item pro

totus,

زيرا كه مقبول اولماسي و عاقبت بدايله ختم *totus*, ut: اولمه سي كل غيب در *Quoniam gratum ejus esse, & tandem terminus mortis ejus per invitationem*, *totum Mysterium est.* Col. Islam.

شمرقند كلي *Universalis* sive *omnis* pro genere masculino, ut: پادشاهي ملك ابو سعيد عراق پادشاهي اوزون حسن جنكندن قتل اولنوب يرينه اوغلي سلطان احمد ميرزا پادشاه اولدي و آنك زماننده شيبك خان دشت جانبندن سلطان احمد ميرزانك خذمتنه ايريشدي و آنده (كلي) قبول بولوب منظور شاه اولدي *Cum Rex Samercandæ Ebu Saayd Rex Tracæ, in pugna contra Vzun Hassen interiisset, ejus loco, filius ejus Sultan Ahmed Mirza, Rex factus est: & illius tempore, Scheibek Chanus è partibus Descht ad Sultani Ahmedis Mirzæ servitia advenit, &* ibidem *omnem* seu *universalem acceptationem inveniens, spectabilis Rex evasit*, ex Algenabio. Item idem شاه طهماسب برن اسمعيل كلوب شروانه استيلا ايلدي كوچك اوغلي ابو بكر ميرزا طاغستانه و اروب يكرمي ييل مقدار اري آنده قرار ايلدي بعده كفه خاني دولت كراي خان مزبوري رعايت ايدوب قزن ويردي و ظيفه تعيين اولندي و وزير مصطفي پاشا

 شروانه

شروانة و اردقده مزبوره (كلي) رعايت ايدوب آنده بتلك

احسان ايلدي *Cum Rex Tahmasb filius Ismaelis advenisset, Dominatus est in in Schirvan, ast filius ejus natu minor Ebubekr Mirza, in Daghistanam ivit, viginti circiter annis ibidem substitit, postea cum Chanus Imperii Caffæ* (Crim regio Tartarorum Crimensium) *Kirai Chan, prædictum, honore prosecutus esset, dedit ei filiam & à limine* (ab Aula) *ei stipendium fuit determinatum; postquam autem Mustapha Bassa in Schirvan reversus esset, prædicto omnem reverentiam exhibuerunt, ibidemq; principatum obtulerunt.*

كليه fœmininum à كلي *omnis Universalis* vel potius *universalitas*, seu *totalitas*. Pro fœminino genere, &c. *Summa*, ut: انسانك روحي عالم جبروتده و قلبي عالم ملكوتده وجسمي عالم ملكده اولدوغي سببدن عوالم كليه بر عالم كبير *Ex eo, quia hominis Spiritus inter Creaturas omnipotentiæ est, Cor ejus inter Creaturas magnificentiæ, & corpus ejus inter Creaturas dominii, Creaturæ omnes,* vel *Creaturarum universalitas,* seu *totalitas,* aut *summa, quidam magnus mundus est.* Col. Isl. Pro كليه dicunt & aliquando كليت ut: ايمدي سز داخي اردلو عسكرين جميع و كليت تام ايله بر كون اول حاضر وآماده و اول جانبلره حركت اوزره اولمالكز لازم تلمقله مكتوب مودت مصحوب تحرير ايله ارسال اولنمشور *Vos igitur cum Transylvanico exercitu, cum omni & perfecta totalitate, cum ad illas partes in motu necessaria veniat*

veniat (sit) *Epistola cum scriptione associata benevolentia transmissa est.* Ex Lit.

Ex Persismo est هر pro sensu tum divisivo tum collectivo, quia pro *omnis* & *singulus* & *quisque* stare potest, sine genere, quia persica vox est, & utriusque numeri, arabicis, persicis & turcicis terminis jungi potest. Exemplum ad voces arabicas

آلآن داخي اول ملعونلري بوكجه آنبيا اولدردكلري ايلة هر ملتك كوزلرينة خورلردر *Et nunc maledicti illi* (Judæi scilicet) *ex eo quod perplures prophetas occiderint, in omnium nationum oculis, probrosi sunt.* De int. ment. Exemplum pro persico

هر دردة درمان ايد وكين تماشا ايلية *Omni dolori suum esse remedium, spectabit.* Exempla turcica هر كشي كندو

دينينك صحتني وحقيقتني كتابندن بلور *Omnis persona, sue religionis integritatem & veritatem, ex suo libro novit.* De Int. ment. Et pro *singulo*, &c. هر كون طواف ايدرلر *singulo die, omni die, singulis diebus, circuitionem faciunt.* Ibidem هر ييل يتمش

بيك حاجملر باش آچوق يالك آياق احرام كفنني كيوب طواف وحج وزيارت ايدرلر *Singulis annis, septuaginta millia Peregrinorum, aperto capite, nudis pedibus, & involucrum cadaverale induentes, circumeunt, peregrinantur & visitant.* lib. de int. ment.

همة vox persica, an in mixtis constructionibus Turcarum locum habeat, praxis edocebit, pro *omnis* & *totus* sumi solet.

Ex

Ex Turcismo sine reflexione ad genus aut linguam بُتُونْ quod potius *universus*, *integer* & *totus* quàm *omnis* significat, ut: بُتُونْ دُنْيَا خَيرْ دُعَا ايدهٔ جَكْدُرْ *Universus*, seu *totus mundus bonum apprecabitur*. Ex lit. اَكَرْ بُتُونْ بيلْ اوُزَرِينهٔ دَورْ ايدَرْسَه *Si totus annus desuper evolvatur*. De int. ment. ديشْ آغرِ يسنْدَنْ (بُتُونْ) كيجهٔ آتْلَدُمْ *Ob dolorem dentium totâ nocte suspiravi*. Dict. Churem.

Multus بُوكْجه ut: بُوكْجه زَمَانْدَنْ بَرُو *a multo tempore*. دَوْلَتْلُو وَزِيرْ مُژدهٔ اوُلْسُون عِنَايَتْ اَللّه بُوكْجهٔ كُفَّارِي قليجْدَنْ كَچوُرْديلَرْ *Felix Vizire bona nova, favente DEO, multi infidelium phrameâ interierunt*. Gem. Hist.

دُكلي vel دُوكلي *Omnis* vel *totus*, vel *rei summa*, aut *universalitatem*, indicat, & participat de vi, quam arabicum جُمْلَه habere solet, ut: بُو كَتُورْمَكْ ايمَانْ بلَرَهٔ كِتَا وَدِيمَكْ (دُكلي) كِتَابْ عَدَدْ اَيْلَمَكْ بَعْضي نسخَدَه *Et dicere libris fidem dare, hoc (est) omnem librum enumerare in aliquo archetypo*. Ex Col. Islam.

بِرْكِمْسَنَه بِرْكَرَّه ايمَانْ كَتُورْسَهٔ وُ (دُوكلي) شَرِيعَتي قَبُولْ

قبول ايدرسه *Si quis semel fidem dederit, & universam* seu *totam legem* vel *summam legis acceptaverit.*

قمو Æquivalere videtur arabico جملة ut ex affixis clarius patebit. بر اسّي يل اسدي بو قمو حاصل اولانلري صرارتدي *Ventus quidam calidus spiravit, & hoc omne* vel *& hoc totum quod proveniebat* vel *& hanc summam proventuum exsiccavit.*

هب vel هپ *omnis* sive *totus*, pro utroque genere & numero & in sensu collectivo, ut: ليكن اسحاق نسلندن يعقوب پيغمبر اوغوللري كه بني اسرائيل دينلديلر يوسف زمانينه دكين كه يوسف صاتلوب مصره ايلدلوب اندن عزيز مصر اولدقده اول قحطلق بهانه‌سي ايله اتاسي يعقوب اول قرنداشلري ايله بله (هپ) مصره كوچورب واندن مرور زمانله چوقلديلر *Verùm de stirpe Isaac, filii Jacobi Prophetetæ, qui filii Israel vocati fuerunt, usque ad tempus Joseph, qui Joseph divenditus & in Ægyptum deductus fuit qui postquam Ægypti gloriosus evasisset, intuitu illius penuriæ, cum Patre suo Jacob, suos illos fratres, simul omnes in Ægyptum transire fecit, ibi demum lapsu temporis, multiplicati fuerunt.* de int ment.

Item ibid. اندن (هپ) لري فايده اخروي قالاجق باقي كوزتمك كركي *Residuas alterius vitæ utiliates, omnes inde attendamus oportet.* De his plura inter affixa.

Communis, hoc adjectivum per arabicum عَامْ, cujus pluralis est عوام exprimere solent, v.g. جميع خلقه عامدر *toti populo communis est.* خواص وعوام *particulares & communes*, id est: *Nobiles & plebeji*, dicitur & عمومي, v.g. بوعلم علم عموميدر *hæc scientia, scientia communis est.*

Proprius respectu Latinismi nunc de pronomine, nunc de adjectivo participat; quatenus de pronomine participat: corres pondet ei in turcismo كندو vel كندي v. g. كندو كتابلر ايله ملزم اولمشدر *Propriis*, seu *suis propriis*, vel *suis libris convicti sunt*, De int. ment. Adjectivè per خاص *proprius, particularis*, v. g. بوني داخي بيلكل كيم حق تعالي نكك رحمتي داخي قوللرينه اوچ وجه اوزرندهدر بري رحمت عامدر وبري رحمت (خاصدر) وبري (خاص) الخاصدر *Hoc etiam scito, quod DEI excelsi misericordia ad servos suos supra tres modos*, seu *triplici modo sit, una est misericordia communis, una est misericordia propria*, seu *particularis, & una est propria proprii* seu *propria cuidam particulari.* Col. Isl. Dicitur & مخصوص ut: بوحيوان اول يره (مخصوصدر) *Hoc animal illi loco proprium est* lib. de mir. mund. Inter خاص & مخصوص disparitatem aliquam esse debere patet, ex eò, quia خاص est participium arabicum formæ activæ

activæ, & مخصوص ejusdem formæ participium passivum ita, ut: خاص sit *proprius* activè, & مخصوص *proprius* passivè, & id ipsum, exemplô declaro. v. g. بو دكان اول قرنداشمله اورتاقلق ايدي قرنداشم اولدكدن صكره بتون دكان بكا (مخصوص) اولدي *Hæc Officina antea cum fratre meo, erat societas*, id est: *erat nobis communis*, seu *mihi & fratri meo erat communis*, *post mortem fratris mei, tota officina mihi propria facta est.* Et per مخصوص attributa qualitatum, quæ alicui inesse dicuntur, vel ei ob aliquod accidens attribuuntur, enuntiantur, v. g. اندیشه ايتمك عاقل اولانه (مخصوصدر) *Meditari, prudenti proprium est.* چوق سويلمك عورتلره مخصوصدر *Multum loqui, fæminis proprium est.* ناطق اولمق انسانه مخصوصدر *Esse rationalem, homini proprium est.* Ast ubi ratione dominii actualis agitur, خاص locum habere videtur, ut: خاص اوده *cubile propriũ*, اموال خاصة *propria divitiæ*, خاصه يرلر *propria loca*, ولايت قرماندة تقاعد ايتمش سپاهيلرة سابق رسم جنك وبناك وجبا وساير رسوم عوارض قيد اولنوب شهزادة يه (خاص) يازلمش ايتنش *In regione Caramaniæ supersedebant, &*

cum antecedenter Sypahis census villæ, tributum capitis & gratuitum donum & alii accidentales proventus adscripti essent, Regis filio, ut PROPRIUM *adscripserunt.*

Nemo, nullus, ejusdem significati, hæc significandi vis, apud Turcas, desumitur ex nomine affirmante & verbo negante, id est: ex كِشِ, كَش, vel كِسي, vel كِمْسَه, vel كِمْسَنَه, بِرْ آحَدْ significantia *aliquis quidam, nonnullus, ullus, quispiam*, & his similibus, & ex verbo intento negativè sumpto, v. g. يَارْدُمْ اَيْلَرْ كِمْسَنَه دَاخِي اُولْمَاسَه *Si nemo ad esset qui adjuvaret*. Col. Isl. Sic كِمْسَه كورمز *nemo videt* كِمْسَه سومز *neminem amat, &c.*

Uter, terminus Latinis proprius, id est: *Ex duobus quis?* ita ut turcicè cadat اِيكِيدَنْ كِمْ.

Uterlibet & *utercunque*, latinis demum proprius terminus, *sit quicunque* هَرْكِمْ اِيسَه

Neuter modus loquendi Latinorum, id est: *nec iste, nec ille.* وَنَه بُو وَنَه اُو vel forte rectius pro turcismo per *nemo*, ut *ex duobus* NEMO *eat*, اِيكِيسِنْدَنْ كِمْسَه وَارْمَسُون id est: *neuter eat.* Plura in affixis.

Uterque اِيكِيكُوزْ Et per اِيكِيسِي دَاخِي vel اِيكِيسِيدَه, *Vos duo* pro *uterque*, dicunt, v. g. جَبَه خَانَه وَذَخِيرَه تُوونَه اِيلَه اِيكِيكُوزْ مَعًا وَكِرُوقْلَانْ عَسْكَرْ اِيلَه مَعًا بُدُونَه سَالِمْ اُولَاشْدُرَه سِزْ

Munitionem & commeatum per Danubium vos uterque simul, & cum cætero milite simul, Budam incolumiter, pervenire facietis. Gem. Hist. Hoc in loco, dualis arabicus, aliquando hoc significatum cum alio substantivo simul, in se continet, ut: طَرَفَيْنْ

utraque pars, جَانِبَيْنْ *utrumque latus*, طَرَفَيْنَدَنْ دُشْمَنْلِكْ

جَانِبَيْنْدَهْ | وُلْمَيُوبْ *cum ex utraque parte, hostilitas non sit.* Ex lit.

صُلْحْ *in utraque parte* vel *utrinque pax est.* Ex lit.

Alteruter, id est: *unus ex duobus* ايكيدَنْ بِرِي *ex duobus*

unus, & ايكيسِنْكْ بِرِي *unus ex duobus.*

Solus, nullum sanè dubium, quin ubi Turcæ arabismo uti volunt, terminis iis qui à radice فَرَدَ *simplex, separatus, solus, unicus, singularis, &c. fuit* utantur, sic فَرْدْ *solus*, بِرْفَرْدْ *unus solus* dicere, consueverunt. Item فَرِيدْ *unus, solus*, فَرِيدْ آلدَّهْرِ *solus sæculi*, seu ut nos Latini dicere solemus, *sui sæculi phœnix*: Item مُنْفَرِدْ & مُتَفَرِّدْ quæ praxis suggerit. Item è radicis جَرَدَ *avulsit, nudavit, exuit solus, solitarius obivit aliquid*: structuræ primæ participio passivo مُجَرَّدْ *solus* sed & hic terminus, illis significare solet. *Vir Uxorem non habens*, seu *cælebs*, ita in legibus Ottomanorum.

نَسْلِ رَعَايَادَنْ اَهْلِ كَسْبْ اُولْمَيَانْ مُجَرَّدْلَرْدَنْ نَسْنَهْ آلِنْمَزْ

à stirpe subditis, ab iis qui nihil lucrari possunt, & à Solis (id est: Uxorem non habentibus) *nihil accipitur.* Terminus arabicus

 وَحِيدْ

وَحِيدْ aut alius ex hac radice, soli DEO attribuitur. اَللّٰهْ وَحِيدْ
بِروحِيدْ آللّٰه بِونْي بِيلورْ *hoc solus DEUS scit*, vel بونْي بِيلورْ
Unus solus DEUS hoc scit.

Ex Persismo, تَنْهَا in usu esse solet, v.g. تَنْهَا آوْدهٔ اوْتُورُرْ
solus domi sedet, چُونْكهِ آخْشَامْ ايرِيشْدي پَادِشَاهْ تَنْهَا قَالُوبْ
بِرْقَاچْ خِدْمَتْكَارْ ايلهَ اوْلْ يِكِرْمي بِيكْ آلْتُونْ دَفِنْ اوْلُنَانْ
يِرهٔ كتوردِيدِي *cum vesper appropinquasset, Rex solus remansit: per famulos aliquot, ad locum ubi viginti mille aurei defossi erant, adferre fecit.* Dant præterea Turcæ huic adjectivo Persico, vim substantivi, v.g. تَنْهَايَهْ كِتْمَكْ *ire in solitudinem.* Et pro conclavi, aut loco secreto & privato, v. g. تَنْهَاسِنهٔ كِتْدي *ad suum conclave*, seu *locum secretum ivit.* Hinc adverbium تَنْهَادهٔ, vel تَنْهَاجهٔ بولُوشْمَقْ, hoc est: *Ad aliquem solitariè*, seu *secretè accedere*, seu *privatim invisere.*

Ex Turcismo est يَالڭز v.g. يَالڭز اوْدهٔ اوتورر *Solus domi sedet* يَالڭزبلدقلري صويارلر *Quos solos inveniunt, spoliant.* Huic termino turcico, vis terminorum arabicorum & persicorum non inest. آنْجَقْ *Solus & solummodo* significare potest, ut: آنْجَقْ آللّٰه بِيلورْ *solummodo* vel *solus DEUS scit.*

Vi-

Videtur autem plus de adverbio ſapere quàm de nomine, ideoque extra hanc vim, ejus uſus non videtur ſubſiſtere poſſe.

Unus in ſenſu numerico, vel arabicus, vel perſicus, vel turcicus terminus eſſe poteſt, ut inter harum linguarum numeros, in quavis grammatica, videri poteſt.

De adjectivis *qualis* & *talis*. Adjectivum latinum *qualis* juxta ſenſus qualitatem quam ſecum trahit, juxta eam in turciſmo, ſuum habet ſignificatum : ſi apud Latinos, convenit pronomini relativo interrogativo *quis, quæ, quid* vel *quod* ? plerunque pronomen relativum نه in uſu eſt, ut : پس امدي نافيلة اعتماد ايدوب قالمش نمازلري حساب ايليوب قضا ايلمين بو حديثك مرادي نه ايدوكين انكلادي *Cum ergo rei ſpontaneæ confidit, & omiſſarum precum computum facit, qui non decernit, qualis* vel *quis ſit ſenſus hujus ſententiæ, intellexit, &c.* Dicunt & per نه كيسه v.g. سن نه كيسه اولدڭكه كلوب حالمي صورمغه عار ايتدڭ *Tu qualis es*, vel *quis es, quod venire, & ſtatum meum interrogare te puduerit.* De mir. mund. Et per قنغي exprimi ſolet. v.g. قنغي سوزدن كفر لازم كلدوكين نظر ايليه كوره كه قلبنده ايمان ديوب اوزرينه چورلدوكي اصل ايمانڭ قنغي دايره سندهدر *Obſervet, videatquè, quod dicat, fides in corde ejus, cauſa quæ ſuper eam ſe vertit, in quali*, vel *in quo circulo eſt.*

eſt. Col. Islam. نه autem magis propriè eſt pronomen relativum interrogativum *quis ? quæ ?* & قنغي magis propriè *qualis* de rei ſeu ſubjecti diſtinctione interrogans.

In uſu eſt etiam نا صل vulgo, ſed doctè نه آصل ex arabico أصل *radix, principium, origo, genus, cauſa,* dicunt ſeu ſcribunt نه آصل *cujus radicis, cujus principii, cujus originis, cujus generis, cujus cauſæ.* Id eſt: qualis نه آصل حركتدر *cujus originis motus eſt.* Id eſt: *Qualis motus eſt,* & نه شكل *cujus forma,* cum repetitione rei de qua quæritur, v. g. بو ديوار نه شكل ديواردر *hic murus cujus forma murus eſt.* Id eſt: *Qualis murus eſt.* Item يوز à *facies* cum poſtpoſitione دن *à, ab,* ut: نه يوزدن *à qua facie,* ſeu ut nos Latini dicere ſolemus *cujusmodi,* quod differt, *à cujus forma* termino, ut: نه يوزدن جواب ويرمشدر *à qua facie,* ſeu *cujusmodi reſponſum dedit,* id eſt: *Quale reſponſum dedit.* Et نتكي كبي pro نه تكي كبي dici ſolet, v. g. نتكي كبي آشخاصدر *quales perſonæ ſunt.* de mir. mund. ex his exemplis patet, quomodo circumſtantiarum ratione, Latinum adjectivum *qualis*, ad turciſmum ſit transferendum.

Sed & ſubinde arabizant, v. g. من وجه آدمدر ad verbum: *quæ facies homo eſt* : ſed Turcis ; *Qualis homo eſt.* Chur. ef.

Adje-

Adjectivum *talis*, continens sub se Latinorum phrases *hujusmodi*, *istiusmodi*, *ejusmodi*, sensuum diversitati se pariter accommodat, & quia multum de pronominis demonstrativi, sive propinqui, sive remoti qualitate in se continet, ejus loco, sæpissimè tale pronomen demonstrativum stare poterit, sic بو demonstr. propinqui & اول demonstrativum remoti, v. g. بر كسنه بر ديوار دبنده اوتورركن ديوارا اوزرنده بر شخص كولكه سي اوكونه دوشربش (اوكشيه) شول دتلو علم يقيني حاصل اولور كه ديوار اوزرنده بر كسنه وار كولكه سنده استدلال ايدر كه اول كسنه انسان در *Cum aliquis ad muri alicujus basim sedet, & supra murum alicujus personæ umbra coram illo cadit* vel *incidit* vel *apparet*, *persona*, seu *tali personæ*, *tantæ certitudinis scientia obtingit*, *quod aliquis supra murum sit*, *& per umbram arguit*, *ille aliquis*, seu *ille talis*, *est homo.* Col. Islam.

Subinde & شو demonstrativum propinqui *hic, iste* & شول demonstrativum remoti *ille*, eandem vim sibi vendicant, v. g. (شو) اوسلوب ايله كه كوكدن بر تمير طوبي صالي ويرسك بش يوز ييلده بر يوزينه ايته *Hoc modô* seu *tali modô*, *quod si de cælo ferreum globum demitteremus*, *quingentis annis*, *ad faciem terræ descenderet.* Col. Islam. جبل قاف شول طاغدر كه بر يوزيني جملة احاطة ايلمشدر *Mons Kaf ille mons est*, seu potiùs

talis ſeu *ille mons eſt , qui ſuperficiem terræ totaliter circum-dedit.* شول كمسنه لر كه *tales quidam qui.* Can. Ottom. Subinde ſola vox كمسنه id ipſum ſignificare poreſt. پس عاقل اولان اول كمسنه دركه دنيا آني ترك اتمدن اول دنيايي ترك ايده *Itaq; qui ſapit , ille talis eſt, qui priusquam illum mundus derelinquat, ille mundum derelinquit.* de mir. mund. Item cum nominalı & adverbiali modo ſignificandi , ut : عمان آنا معاربديو تسميه اولنور (شو وجهله) زمان اقدمده آنك پادشاهينك اسمنه معارب ديرلر ايمش *Umman illi Muareb nomen dantes*, *tali modô* vel *taliter appellata fuit priſcis temporibus* (regio vel Urbs عمان ſub intelligitur) *ejus enim Regis nomini , Muareb dicebant.* De mir. mund. Sic & per شول, v. g. عدن بو دخي بر لطيف زيبا شهردر و بونك اشتهار و اعتباري (شول وجهله) دركه دريانك اسكله سيدر *Aaden hac eſt elegans & ornata civitas , ejus fama & exiſtimatio* *tali modô* vel *taliter eſt* , *ut ſit Emporium maritimum.* De mir. mund. His pronominibus ſi نسنه poſtponatur, uſus neutralis habetur, v.g. بو, vel شو نسنه, vel شول نسنه, veluti شول نسنه كه رسول صلي الله عليه وسلم جانب حقدن كتورمش *tale quid*, *quod Apoſtolus DEI (ſupra quem ſit pax & benedictio) ex parte DEI attulit.*

Aſt

Ast *talis* cum de vi pronominis non participat, per بوْيلّة & شوْيلّة enuntiatur, qui termini tam adjectivè quàm adverbialiter stare possunt. v. g. بَني سبزْلة سَبَبْدَنْ بوْيلّة عذَابة كرْفتارْ ايتدْ وكزْ *Vos me [illegible] de causa tali tormento capistis.* Col. Isl. صُلحة رعايتْ بوْيلّة اولورمي *pacine talis* vel *taliter veneratio exhibetur?* vel *paci, veneratio, erinè taliter?* شوْيلّة روايتْ اولنورْ *talis traditio fit.*

Latinorum pronominibus demonstrativis, tàm propinqui quàm remoti, *hujusmodi*, *istiusmodi* hîc sequentia correspondere solent. Pro demonstrativo propinqui بوْ نْجلينْ ex بوْ adjecto ن euphoniæ causa, & subsequente جلينْ, per se nihil significante. Item شوْ نْجلينْ ex شوْ adjecto ن euphoniæ causa, & sub sequente جلينْ, se ad instar latinorum particulam *modi* v. g. in *hujusmodi* habent: Genitivis pronominum demonstrativorum pariter, particula كبي *sicut* vel *ad instar* significans, postponitur, E. g. آنْكْ كبي، بونْكْ كبي، شونْكْ كبي, veluti: دنْيادة بوْ نْجلينْ نعمتلرْ واريمشْ *In orbe, hujusmodi beneficia fuerant.* Item: پسْ چنْكي قولْ بوْ مقامة يتشوبْ بونْكْ كبي عظيمْ الشّانْ پادشاهكْ عظمتي وهمّتي قلبنة طولْمشْ *Cum igitur servus ad hunc locum pervenisset, hujusmodi Regis, seu*

Regis tam magnæ dignitatis, magnitudinem & Majestatem ad cor suum attraxit, seu *Cor suum, Regis tàm magnæ dignitatis, magnitudine & Majestate replevit.* Item : سَنُكْكَ بَاشْكَه شُونُشْلِبِي سَرْكَذَشْتْ كَچْمِشْ *Capiti tuo hujusmodi casus advenit*, cui correspondet بُو دُنْيَا نُكْكَ اَنْ بِيُوكْ دَوْلَتِي ، شُونْجِلَيِنْ veluti پَادِشَاهْلِكْدُرْ آخِرَتُكْكَ دَخِي حَالِي شُونْجِلَيِنْ اُولُورْ *Hujus mundi summa felicitas est, regnum, alterius vitæ status hujusmodi est.* De illum. ment. & pro demonstrativo remoti آنْجِلَيِنْ veluti عَجَبْمِيدُرْ كه آنْجِلَيِنْ چُوقْ وَاقِعْ اُولْمِشْدُرْ *Mirumne est, quod multa talia acciderint*, dicitur & شُونْجِلَيِنْ quin immo & in ejusdem pluralis genitivo, آنْلَرُكْكِبِي, quod in latinitate in usu non est, v. g. آنْلَرُكْ كِبِيلَرُكْ شَاهِدْلَرِينْ آنْدَه سِزْ كَنْدُو نَفْسُكُزْ ايلَه شَرْعِ شَرِيفْ مُقْتَضَاسِنْجَه اِسْتِمَاعْ ايدَه سِزْ *Illorum modorum* (si juxta turcismum dicere liceret) *Hujusmodi testes, ibidem vos ipsi in persona, juxta Juris nobilis exigentiam percipietis.* Ex Can. Ottom.

Verùm hac in parte, per has particulas چِلَيِنْ & كِبِي ejusmodi loquendi modi incidunt, qui simul utramque vocem latinam *qualis* & *talis* in se continent, idque præcipuè fit, dum cum pronominibus primitivis concurrunt, ut : بَنْ *ego*, سَنْ *tu*, بِزْ

بز *nos*, سز *vos*, اول *ille*, *&c.* & illis postponi debent, v. g. سن بنچلين دكلسن *Tu non es talis qualis ego*, vel *tu non es sicut ego.* سن دخي بنچلين اولورسن *Tu etiam talis eris* بن سنچلين دكلم *Ego non sum talis qualis tu*, vel *non sum sicut tu* سن اولچلين دكلسن *tu non es talis qualis ille*, *non es sicut ille*: ita & per كبي veluti سن بن كبي دكلسن *tu non es sicut ego*: بن سن كبي دكلم *ego non sum talis qualis tu*, سن اول كبي دكلسن *tu non es talis qualis ille*, *&c.* Continuat hæc ipsa loquendi modalitas & in possessivis, sed per solum كبي v. g. كتابم كتابك كبي دكلدر *Meus liber non est talis qualis tuus liber est*, vel *non est sicut liber tuus.*

Aliquando à voce يوز *facies* seu potiùs pro hac circumstantia *modus* postpositis postpositionibus جه *juxta*, *secundum*, *ad* vel دن *a*, *ab*, *ex*, v.g. اول يوزجه شروا ايله *ad hunc modum mendacii*, id est: *talibus vel hujusmodi mendaciis*, Col.Islam. بو يوزدن جواب ويردي *tale* vel *hujusmodi responsum dedit*. Gem. Hist.

Dicunt & شورسمه vel بورسمه *ad hoc signum*, *ad hoc vestigium*, ut: حجر الماس يتلكي شورسمه درکه برتمور اورس اوزره

اوزرنده قيوب اوزرندن مطرقه ايله اورسه‌لر اورس ايچنه غوص ايدر شكست اولماز *Lapidis adamantis durities ad hoc signum* (talis) *eſt*, *ut ſi ad quandam ferream incudem ponant, & ſuper eam malleo percutiant, in incudem immerſionem faciet, & non rumpetur.* De mir. mund.

Latinorum adjectivum *ceterus* Turcis eſt كرو قلان vel كرو قالان *retro manens*, ut: آخر زمان پيغمبري محمد مصطفى صلى الله عليه و سلم آنكچون جمله‌دن افضلدر كه بو درجه‌لرك و مقاماتك تكميلني تحصيل ايدويدررديي كرو قالان پيغمبرلر دخي حاللو حاللرنجه مرتبه‌لري قطع درجات ايتدوكلرينه كوره‌دور *Ultimi temporis Propheta Muhammed Muſtapha* (electus) [*ſupra quem pax & benedictio DEI*] *hac de cauſa omnium præſtantior fuit, quod horum graduum dignitatumq́ ſummam adeptus fuerit. Ceteri Prophetæ etiam ſuos* (habent) *gradus, pretium graduum beatitudinis, eſt cum reſpectu ad ea quæ ſunt operati.* De int.ment.

Reliquus ſeu *Reſiduus* eſt باقي قالمق ab arabicæ radicis بقا *reliquus & ſuperſtes fuit*, participio, & verbo turcico قالمق *manere*, ita, ut verbaliter ad uſum cadat. vide exemplum ſecundum ſupra in hoc capite ad هب.

Adjectivum *Quantus* & hinc derivata, nonnunquam cum adverbiis commiſcentur, eave juxta circumſtantiarum qualitatem diverſimodè, enuntiari ſolent, ut ex hic ſubjectis exemplis deſume.

sumetur : si sub sensu comparationis incidat, voce دَنْلُو uti videntur, illudque ad quod quid conferri debet, præponunt, & adjectivum دَنْلُو, illi postponunt, v. g. اُولْ وِيرْدُوكِي مَعْنَي (دَنْلُو) قَالِنْ كِتَابْ اَيْلَمِشْ *Quantus erat sensus quem dedit, crassum librum fecit.* Advertendum autem est, quod in hoc ipso sensu, latere possit modus loquendi Latinorum. v. g. *Quantus erat sensus quem dedit, tantus erat liber quem fecit.* Item: عَرْشِ عَظِيمْكْ اُولُولُغِي آنْجَقْ دَنْلُو دِلَه كَلُوبْ *Throni magni altitudo vix ad linguam venit quanta sit.* Dicitur item : نَدَنْلُو vel نَدَنْلُو v.g. وَنَه دَنْلُو مُحَبَّتِنِي كُوكْلُوكَه قُويْمَاقْ كَرَكْدِي *Et amorem ejus, quantum ad cor tuum ponere opus fuisset.* De int. ment. Item ibidem : اُولْ مَالْكْ جَمْعِنَه نَدَنْلُو سَعْي اِيتْمَكْ كَرَكْ *Ad harum divitiarum collectionem, quantam diligentiam facere oportet.* Et taliter etiam ponitur pro *Quantumcunque*, v. g. زِيرَا كِه نَدَنْلُو كَامِلْ اُولْدُكْسَه دَه اِعْتِبَارْ خَتَنِيدَرْ *Quoniam Quantumcunque perfectus evaseris, trutinatio*, vel *computus, terminabilis est.* Col. Isl. Hujus usus etiam est, ubi rei quantitas exprimenda est, هَرْ سَنْجَاقْدَه نَدَنْلُو زَعَامَتْ وَتِيمَارْ وَارِيسَه آنْلَرِي تَفْصِيلْ اِيدَرْ *In quolibet Vexilliferatu, quantæ sint nobiliores & ordinariæ Coloniæ, illas exponit.* Can. Ottom. Ponitur item pro Latino *In quantum*, v.g. هَرْ نَسْنَه كِه طَبِيعَتِي آرْزُو اَيْلَيَه مُمْكِنْ اُولْدُوغِي

اولدوغي (دكلو) احتمام و پرهيز لازم ولابد در *Omne quod natura ejus expetit*, in quantum *possibile est, sollicitudo & temperantia, omnino necessaria est*. Col. Islam.

Hoc ipsum دكلو nonnunquam vim substantivi *quantitatem* significantis, habere videtur. v.g. اما اكر صحت بدن منقطع اولوب فوت اولاسن لازم دركه و صيتك ايده سن اشبو (دكلو) نمازم و اوروجم قالیشدر *Ast si corporis sanitas defecerit, & morieris, attestaberis, hac* Quantitas *orationis meæ & jejunii mei, emansit*. Col. Islam.

Id ipsum adjectivum *quantus*, sæpe etiam per قدر *mensura, pondus* significans, enuntiatur, ut: عرشك اوجيوز آلتمش اوچ ديركي وار ديركك بيوكلكي آلتمش بيك بوندا (قدر) در *Columnæ throni sunt ter centum & sexaginta tres, Magnitudo columnæ, mille sexagies, quantus hic Orbis est*. Col. Islam.

Vox arabica قدر *quantitas*, si ei arabica præpositio ب præfigatur, & juxta regulam arabicam *Quotiescunque* construatur, *juxta quantitatem*, seu etiam adverbialiter *in quantum* significabit, ut: بقدر الطاقت *ad quantitatem potentiæ*, vel *in quantum esse potest*.

Si antedictæ voci قدر, præfigatur ن fathatum pro نه, ut: نقدر, eodem modo *quantus* significabit, v.g. نقدر زكاتدن تكلوم و صدقه دن سويلملوم پس كرو قالان صدقه لر نافله در و الحاصل

ٱلْحَاصِلْ نَقَدْرْ مَالْ صَدَقَة دِيوُ آللّٰهْ يـوُلِنَة اِنْفَاقْ اَيْلَسَكْ زَكَاتَه نِيَّتْ اِنْتِيجَة زَكَاتْ اُودَنْمَزْ *Veniamus & de eleemosyna ex lege debita & de eleemosyna spontanea loquamur. Id quod remanet, sunt eleemosynæ spontaneæ seu extra obligationem, denique* Quanta *substantia, eleemosyna spontanea appellatur, si eam in viam* DEI (propter DEUM) *expendamus, nisi fiat intentio eleemosynæ ex lege debitæ, non persolvitur eleemosyna ex lege debita.* De int. ment. Item: هَرْ بِرْ رَكْدَنْ بِرْ بِرْ رَكْعَة وَارْنَجة نَقَدْرْ ايد وُكِن آنِي لِسْنَة وَصْفْ اَيْلَمَزْ آلْحَقْ آللّٰهْ بِلُورْ *De columna usque ad columnam,* Quantum *sit, id nullus exprimere potest,* DEUS *solummodo scit.* Col. Islam.

نَبِقْدَارْ pro نَه مِقْدَارْ pari modo pro adjectivo *Quantus* sumitur, quod substantivè, quasi *quæ mensura* significat. v. g. قَافْ طَاغِنِكْ يُوكْسَكْلِكِي بَشْ يُوزْ يِيللِكْ يُولْدُرْ بُولِي نَبِقْدَارْدُرْ آللّٰهْ بِلُورْ *Montis Kaf celsitudo, est via, seu iter quingentorum annorum, & amplitudo ejus quanta sit,* DEUS *novit.* Col. Islam. Item: بُونْلَرِكْ يَاغْلَرِي نَه مِقْدَارْ اُولُورْ *Horum adeps quantus erit?* Ponitur & pro *quantuscunque*, ut: عُشْرِمَاهِي قَيدْ اُولُنْدِي نَه مِقْدَارْ اُولُنُورْ اِيسَة عُشْرِينْ آلَالَرْ زِيَادَه تَعَدّي اَيْلَمَيَلَرْ *Decimæ piscium inscripta sunt, quantacunque fuerint, decimas eorum accipiant, & injuriam*

M

juriam majorem vel ulteriorem non faciant. Can. Ottom. Subinde dicitur مقدارنجه *juxta quantitatem* & idem est ac *quantus* صراط كوپروسي اوزرنده كناه مقدارنجه حس ايدرلر *Supra viam* (quâ transitur ad alteram vitam) *pontem, quantum est peccatum, sentiunt*, vel *juxta quantitatem peccati, sentiunt.* Col. Isl. نه مرتبه *Quis gradus* etiam pro adjectivo *quantus* stare posse videtur, ut: (نه مرتبه) تعبيت و اقدام ايله يوروديكمز *Quantâ cum diligentia & conatu fuerit progressus noster*, seu *id quod ambulavimus.* Ex lit.

Adjectivum autem *Quot* apud Turcas, subinde per قاچ vel قچ exprimitur, ut: بر اولو پيغمبر كوندردي كه خاتم النبيين دركه آنك سوكوسنه بو وارلق وجوده كلمشدر وعده سي اوزره كوندردي كه آنك ديني قيامته دكين منسوخ اولنماز كه آنك ايله اولو عظيم كلامني قرآني كوندردي كه اصلا قيامته دكين بر نقطه سنه دخي خلل ايريشدرميه لر هر بر حرفي حسابلانمشدر و هر بري نقطه سي و هر بر كلمه سي (قاچ) ايدوكني و هر برنده نه حكمتلر و نه نكات عاليه لر كيزلودرم علماء ربانيلر آنككيمي قومايوب طاقتلو طاقتلري نجه كشف ايدوب بيان ايلمشلردر *Magnum quendam Prophetam mi-*

misit, qui Coronis & ultimus Prophetarum est, ob cujus amorem, hac rerum essentia prodiit, & juxta promissionem suam misit, de cujus fide usque ad judicii diem nihil derogabitur, cum quo excelsum magnumvè verbum suum, Coranum misit, ut nullô modô usq; ad extremum Judicii diem, punctum ejus corruptione affici possit, quævis litera enumerata est, & quodlibet punctum ejus, & quodlibet verbum ejus quot sint, *& in quocunque quid sapientiarum & quid subtilium & sublimium sensuum lateat, sapientes Dominici* (DEI) *nullum defectum permiserunt, juxta validas suas potentias, aperuerunt & explicuerunt.* De int. ment.

Adjectivum demum Latinum *Quotquot* per ندتلو explicari solet, ut: وندخي ير يوزنده ندتلو كونش طولانورسه آنكَ ساغشنجه ثواب بوله ندتلو ير يوزنده مؤمن ومؤمنه عورت واريسه جمعسنك ثواب مقداري ثواب ويره *Et etiam supra superficiem terræ quantumcumq; sol circumeat, juxta, computum suum, mercedem inveniet:* Quotquot *supra superficiem terræ Musulmani & Musulmanæ sunt, juxta omnium merita, mercedem dat.* Col. Isl.

Et his ipsis viribus gaudet vox نقدر ut: آلتون وكمش وجواهر نقدر واريسه بوجانبه ارسال ايلسون *Aurum argentum & gemmæ,* quotquot *sunt, ad hanc partem transmittat.* Ex Lit. Quamvis apud Latinos *quot* & *aliquot* cum plurali construantur, apud Turcas, & cum singulari, & cum plurali costrui posse, exempla allegata demonstrant.

Tantus adjectivum, sæpe per بونتلو exprimi solet, ut:

اِشْبُو عَالَمِ مَلَكْ بُودَکْلُو عَظَمَتِلَه عَالَمِ مَلَكُوتْ قَاتِنْدَه بَرِيَا قَاتِنْدَه دَاخِي قَطْرَه كِبِي دُرْ *Hic mundus subsistentia locus*, seu *Hic mundus possessionis* (quia cum ut homines, adhuc in vivis existentes, ut locum subsistentiæ nostræ possidemus) *tanta cum magnitudine, coram mundo, seu cælo Angelorum, est etiam veluti gutta, coram mari.* Col.Islam. وَبُودَکْلُو تَفْصِيلَه اِحْتِيَاجْدُرْ *Et ad tantam distinctionem necessitas est.* Item بِرْ بَقَرَه دَنْ بُو دَکْلُو سُدْ حَاصِلْ اُولُورْ *Ex una vacca tantum lac obtinetur.* بُودَکْلُو نَسْنَمْ ضَايِعْ اُولْدِي *Meum tantum quid deperditum est.* De int. ment. بُودَکْلُو مَعْرِفَتِلَه *tanta cum cognitione.* Aliquando cum plurali arabico junctum videtur بِنُمْ بُودَکْلُو اَوْقَاتُمْ ضَايِعْ اُولَه *Tanta mea tempora perdantur.* Hum, nam. Et hoc ipsum adjectivum per بُوقَدَرْ enuntiatur, ut: بُوقَدَرْ زَمَانْدَنْ صُكْرَه اُولْ كُتُبُ اللّٰهِ آرَادَنْ كُوتُرِلُوبْ *Cum post tantum tempus, illi libri DEI, è medio sublati fuissent.* De int. ment. عَسْكَرِيمُزْ جُمْلَه سَرْخُوشْ اِيدِي اُولْ اَجِلْدَنْ (بُوقَدَرْ) عَسْكَرِ اِسْلَامُكْ اُوزَرِينَه وَارْمِشْلَرْ *Exercitus noster totus Ebrius fuit, hac de causa, contra tantum exercitum Islamismi progressus est.* Gem. Hist. Item: (بُوقَدَرْ) نَسْنَه اَلُومَه كِرْدِي *tantum quid ad manum meam ingressum est.* De int. ment.

ment. Idem fit & per اولدقلو veluti : پس (اولدقلو) زمان سنده طوردي *Ergo* tanto *tempore apud te stetit.* Idemque & per اولقدر fieri potest, ut : (اولقدر) دنيا قزنمغچون دوريشمك كناه دكلدر *Ad lucranda* tanta *bona temporalia, allaborare, peccatum non est.* De int. ment. Nonnunquam pro اولقدر dicunt اوقدر, v.g. سنده (اوقدر) حقم يوقمي *Mihi apud te nunquid* tanta *est merces?* & loco اولدقلو etiam اودقلو, &c. In usu etiam est شولقدر, v.g. سخاوتدن شولقدر افراط ايدردي *Ex munificentia* tantum *excessum commiserat.* Col. Islam. (شولقدر) فايده قلمز tanta *utilitas, non prodit.* Dicitur etiam اشبودقلو quasi *& ecce tantum*, ad exprimendam rei quantitatem ad amussim, ut : اما اكر صحتن بدن منقطع اولوب فوت اولاسن لازمدركه وصيتك ايده سن (اشبودقلو) نمازم واوروجم قالمشدر *Ast si sanitas corporis defecerit & morieris, necesse est, ut testamento fatearis; & ecce tanta oratio mea, & jejunium meum remansit.* Id est : *Neglexi tantam orationem & tantum jejunium.* Dicitur etiam شولدقلو & شودقلو ut : شودقلو vel شولدقلو بوكشيه پس

عِلْمْ يَقِينِي حَاصِلْ اُولُورْكِهْ بِيوَارْ اُوزَرِنْدَه بِرْ كِمْسَه وَارْ كُولْكَه سِنْدَه اِسْتِدْلَالْ اِيدَرْكِه اُولْ كِمْسَنَه اِنْسَانْدُرْ *Tali ergo personæ*, **tantæ** *certitudinis scientia obtinget, quod aliquis supra murum sit, & per umbram arguat, ille aliquis*, seu *ille talis est homo.* Col. Islam. Hæc significandi vis, latet pariter & in مِقْدَارْ, *quantitas, mensura*, ut: بُو خُصُوصْدَه دَاخِي زِيَادَه كُوزَلْ حَدِيثْلَرْ وَارْدُرْ وَ لَطِيفْ حِكَايَتْلَرْ وَارْدُرْ جَمِيعِسِنْ بُو كِتَابَه يَازْمَقْ لَازِمْ دَكِلْ بُو (مِقْدَارْ) اِيلَه اِكْتِفَا اِيدُوبْ بِزْكِرُو اَوَّلْكِي مَقَالَاتْمِزَه كَلْدُكْ *Et in hoc particulari, adhuc plures pulchræ sententiæ & amænæ historiæ sunt, omnes ad hunc librum scribere, non est necessè, cum hæc* **quantitas** (latinè *tantum* dici potest) *sufficiat, Nos ad primos discursus redivimus.* Col. Islam. Item: بُو (مِقْدَارْ) جَزَاءِ وَصْفْ اِيلَمَكَه **tantam** *retributionem encomiis celebrare* : & per شُولْ مَرْتَبَه, id est : *talis gradus*, ut: شُولْ مَرْتَبَه عِزَّتْ وَاِكْرَامْ قِلُورْلَرْ اِيدِي *Talem gradum honoris & reverentiæ exhibuit.* Id est : *Tantum honorem, tantamue reverentiam exhibuit.* De int. ment.

Interdum per voculas شُو رَسْمَه *ad hoc signum*, seu *ad hanc descriptionem*, hoc adjectivum *tantus* exprimere solent, v. g. بُونْدَه آلْتُونْ

آلتونْ چوقْ اولورْ حتّي شومرتبه دُرْكه كلاب بيننكْ طوق وزنجيرلري جملة آلتوندن دُر *Hic multum auri est, ad illud usque signum* (tantum) *ut canum collaria & catenæ totaliter ex auro sint.* De mir. mund.

Tot adjectivum Latinum, apud Turcas, ab adjectivo *tantus* differre non videtur, ut: بو دقلو چوربجيلردن آلتمش دورت آدم دوشدي *De tot Ciorbagis* (Capitanei seu Colonelli Jenitscherorum) *sexaginta quatuor viri ceciderunt*, (occubuerunt) Ex lit. de Obsid. Babyloniæ.

Quantus & *tantus* adjectiva, si ad actiones referantur; per separatas voces enuntiantur, v.g. نه دقلو *quantus*, اولدقلو *tantus*, ut: اول مالك جمعنه نه دقلو سعي جميلري اولورسه اولدقلو مثوبات عظمي لري واردر *Harum divitiarum collectioni, quanta fuerit diligentia, onus in se suscipientium, tantæ erunt eorum magnæ mercedes.* De int. ment. Item per نه مقدار *quæ quantitas*, id est: *quantus*, & اول مقدار *ea quantitas*, id est: *tantus*, ut: اوشنده اولان يبراغه ينوب اول آلتنده غي يبراغه نه مقدار آنك آلتنده ياتديسه ينه اول اوشنده كي يبراق اول مقدار آنك آلتنده ياته *Cum conscenderit superiorem frondem, in quantum inferiori frondi, infra jacuerit, in tantum superior illa frons, sub ea jacebit.* De illum. ment. Quod si autem inserviant ad ex-

expreſſionem proportionis rei cum re, per تقديرجه *juxta diſpoſitionem*, aut *menſuram* enuntiantur, ut: زيرا دنيا آرتورمغه دوريشن زحمت چكر حق تعالي قوللوغندن قالور زحمتندن صكره آكا فايده اولماز فايدهسي اولدوغي تقديرجه حسرت و پشيمانلق اولور *Quia, qui bona temporalia augere nititur, moleſtiam patitur, & à DEI excelſi ſervitio recedit, & poſt moleſtiam, nulla ibi eſt utilitas*, *juxta diſpoſitionem*, aut *menſuram* *utilitatis quam habet, ſuſpirium & pœnitentia eſt*, id eſt: *Quanta eſt utilitas, tanta eſt lamentatio & pœnitentia.* De int. ment. Suggerente ſenſu, idem, enuntiatur per مرتبه & آنجلين in una eademque periodo, ut: نفس شول بر ممهدن كسلوم اوغلانجق كبي در كه اول ممهدن كسلدوكنده نه مرتبهده و نجه مشقت چكرسه اول داخي هوالرندن كسلدكده آنجلين مشقت چكر *Cupiditas carnis, eſt ad inſtar infantis qui ab ubere arcetur, qui cum ab ubere illo arcetur, in quo gradu, & quomodo afflictionem patitur* (id eſt: *Quantam* afflictionem patitur) *Illa etiam cum à concupiſcentia arcetur, ejuſmodi* (*tantam*) *afflictionem patitur.* De int. ment.

Tantus quantus Latinorum adjectiva, cum adverbiorum ſignificatis *tantum quantum* facile ſe miſcent, pari modo & apud Turcas, uniusque partis oratio ab altera, non niſi ſenſu ſubdiſtingui poteſt, inter latinitatem attamen & turciſmum hæc eſt diffe-

differentia, quod latini hos terminos adjectivè & Turcæ ſubſtantivè ſumant. Turcæ hac in circumſtantia, ad ſequentes loquendi modos attendere videntur, nempe ad combinationem quantitatis cum quantitate, cum aliquali ſimilitudine rei ad rem, item ad comparationem quantitatis cum quantitate, & ad quendam loquendi modum in quo implicitè quantitatis ſuppoſitum continetur, & ad phraſem quandam ad adverbia tranſeuntem, & tandem ad relationem aliquam rei ad rem per æqualitatem.

Subſtantiva turcica & arabica, reſpicientia ad combinationem quantitatis cum quantitate, cum aliquali ſimilitudine rei ad rem, ex turciſmo, eſt دكلو *menſura, qualitas*, pro hac ſolum circumſtantia, & non in aliis, in oratione ſimpliciter ſine declinabilitate, ſine affixis, aut poſtpoſitionibus ad inſtar ſubſtantivi reperitur, quod exemplis exhibetur. v. g. فندق دكلو بر دانه *Granum quoddam, tantum quanta eſt nux avellana*, de mir. mund. Item بن آنك قلبنده ذره دكلو دنیا محبتن كورم *ſi in ejus corde, tantum amorem bonorum temporalium, quantus eſt atomus videro.* de int. ment. ناكهاني بونده بر افعي موزي پيدا اولدي كه اوزنلوغي اون قارشدن زياده و قالنلغي طغرجق دكلو ايدي. *Ex improviſo hic ſerpens quidam formidabilis prodiit, cujus longitudo, erat plus decem Spithamis, Craſſities fuit tanta, quanta eſt pera.* De mir. mund.

قدر terminus arabicus *menſura, quantitas*, ut: دكلو ſine declinabilitate, affixo & ſine poſtpoſitione, pro hac circumſtantia, v. g. ذره قدر زهره سي يوق *Ejus bilis non eſt quantitas atomi,*

Latinis; *Is tantam bilem non habet, quantus est atomus.* Ex lit. دِرَكْ بيُوكْلِيكِي آلتْمِشْ بيكْ بُو دُنيا قَدَرْدُرْ *Columnæ magnitudo, sexagies mille tanta est, quantus est mundus.* Col. Isl. Item: بُو چُوقَه‌نُكْ اُوزُونْلِكِي يَصْلِغِي قَدَرْ دُرْ *Hujus panni longitudo tanta est quanta latitudo.* Ast pro hac ipsa circumstantia مِقْدَارْ idem significans, id habet specialitatis, quod cum respectu ad regulam annexionis, seu ut modo à nobis intellecto dicam: per regulam *Quotiescunque* turcicè cum genitivo occulto sumptam, ad sensum cadat, ut: وَ بحيرِه دَكْزدَنْ بِرْ ايرْمَقْ مِقْدَارِي صُو چِقُوبْ سَدُومْ دَكْزِنَه قارِشُورْ. *Et è lacu maris, aqua tanta, quantus est amnis exit, seq. Sodomæ æquori immiscet.* de mir. mund. apparet, quomodo مِقْدَارْ affixum tertiæ personæ pleonasticum ي, assumat, arguens quod se præcedens substantivum ايرْمَقْ sit genitivi casus. Item: حَجَرُ الْحَيّه بيُوكْ يِلانْلَرْ باشْلَرِي اُوزَرِينَه بِرْ طَاشْ بُولُنُورْ كِيچَرَكْ فُنْدُقْ مِقْدَارِي اُولُورْ *Lapis serpentis. Supra capita magnorum serpentum, lapis quidam reperitur, quantitas ejus, nuce avellana minor est*, id est: *Tantus, quanta nux avellana minor.* De mir. mund. Par ratio ut in superiori exemplo.

Comparationem quantitatis cum quantitate respicientia substantiva, sunt præcedentia substantiva قَدَرْ & مِقْدَارْ cum affixo pleonastico turcico tertiæ personæ, supponente regulam *Quotiescunque* Turcarum cum genitivo aperto vel occulto, & tandem post-

postpositio جه sub significato *juxta*, eritque قدرنجه & مقدارنجه

sic dicetur, v.g. cum praecedente aperto genitivo turcico, وجمله عالم خلقيننك قدرنجه اوروج طوتسه ad verbum : *Si juxta mensuram* vel *quantitatem totius orbis Creaturarum jejunium observaret.* Latinorum phrase diceretur : *Si tantum jejunium observaret, quantum totius orbis Creaturae observant.* de int. ment. Item : جنت ميوه سنه بكزر نه قابي وار و نه چكرديكي اولدخي بر لقمه قدرنجه در *Paradisi fructui similis* (ficus scilicet) *nec corticem habet, nec ossiculum, juxta unius boli quantitatem est.* De mir. mund. Latini dicerent : *Tantus est, quantus unus bolus est*, hic est regula *Quotiescunque* Turcarum cum genitivo occulto, Item: شمسك بيوكلكي يوز آلتمش يدي بر مقدارنجه در *Solis magnitudo, centum & sexaginta tribus vicibus, juxta terrae quantitatem est.* Latini dicerent: *Tantus est, quanta terra.*

Loquendi vero modus in quo implicitè quantitatis suppositum continetur, fit per solam paticulam جه *juxta*, quae substantivo significanti rem cui quid comparatur, juxta regulam *Quotiescunque* turcismi, ad casum qui genitivi non est, affixum pleonasticum assumentem, adjicitur, ut ex exemplo clarè desumetur. v.g. يا احمد اكر بر قولوم جمله كوكلرك و يرلرك اهلنجه نماز قلسه juxta modum loquendi turcicum *O Ahmed* (nomen Pseudophrophetae) *si quidam servus meus, juxta caelorum & terrarum incolas preces persolveret.* Latini dicerent : *Si quidam servorum meorum, tantas preces persolveret quantas caelorum & terrarum Incolae persolvunt* : in constructione juxta modum lo-

quendi turcicè videtur regula *Quotiescunque* cum genitivo aperto, petente in se sequente nomine, affixum tertiæ personæ pleonasticum, & ex exemplo juxta syntaxim latinam, adjectiva quantitatis, quæ in turcica constructione implicitè continentur.

Si Latinorum adjectiva *tantus* & *quantus* in adverbia Latinorum *tam* & *sicut* vel in *ad instar* converti possunt, tunc absque reflexione ad ullam regulam *Quotiescunque*, جه *juxta*, substantivo significanti rem cui quid comparatur, adjicitur, ut: هر كيم بو دعاء اوقسه ويا كتورسه اكر طاغلرجه و طاشلرجه و دكزلرجه و قوملرجه قولنك كناهي اولسه حق سبحانه و تعالى كناهلرين عفو ايده juxta Turcarum loquendi modum: *Quisquis hanc orationem legerit vel portaverit, etsi servi peccata, essent juxta montes juxta lapides, juxta maria & juxta arenas, DEUS Gloriosus & Excelsus ei peccata remittet.* prec. lib. Latinorum phrasis quod hîc implicitè continetur, manifestat: *Quisquis hanc orationem legerit vel portaverit, etsi servi peccata tanta essent, quanta est montium magnitudo, tanta quanta est lapidum durities, tanta quanta est marium vastitas & tanta quanta sunt arenæ, DEUS Gloriosus & Excelsus, ei peccata condonabit.* Per adverbium prædictum attamen, convenientius ad Latinitatem transferentur, v. g. *Etsi servi peccata essent. Ad instar montium, ad instar lapidum, ad instar marium, & arenarum ad instar.* Sed si per *tam* & *sicut* explicaretur, epitheton aliquod addi deberet, v. g. *Etsi servi peccata essent tam magna sicut montes, tam dura sicut lapides, tam vasta sicut maria, numero tam ampla sicut arena, &c.* sed & per solum *sicut* dici posset: *Etsi servi peccata essent sicut montes, sicut lapides, sicut maria & sicut arena, &c.* & taliter ad turcismi phrasem magis acceditur & جه pro *sicut* caperetur.

Po-

Poteſt etiam huc trahi regula ſyntactica. *Dativus poſt nomen*, ubi de adjectivis æqualitatis per بر numericum agitur, dicitur enim, v. g. شول عالم رباني اول بلميان جاهلله برميدر ad verbum : *An Ille divinâ ſapientiâ imbutus cum illo inerte unus eſt*. de int. ment. Juxta phraſem Latinorum *Tantusne erit* aut *eſt iners ille, quantus ille, qui divinâ ſapientiâ eſt imbutus.*

Vide ſyntaxim ad conſtructionem participiorum in دوق vel دوكى in tit. *Ad exprimendam quantitatem, ſive in re, ſive in poſſe.*

Notandum eſt tandem, quod Turcæ, Latinorum adjectiva quibusdam in circumſtantiis, ſubſtantivè ſumant, eæ autem circumſtantiæ ſunt, cum & ipſorum Latinorum adjectivum præpoſitionum adminiculo, ſe ſubſtantivè capi ſinit, v. g *Structura Domuum illorum, ſunt valdè firma & amæna*, mutatâ ſyntaxi dici poterit : *Cum firmitate & amænitate extructæ ſunt, illorum Domus.* Et quamvis iſte ſecundus modus loquendi apud Latinos ſit minus uſitatus, apud Turcas erit elegantior & magis uſitatus, v. g. بونلرك اولرينك بنالري غايتده استحكام و لطافت اوزرينەدر ad verbum eſt : *Horum* (populorum ſcilicet) *Domuum ædificia, ſunt valdè ſupra firmitatem & amænitatem*. de mir. mund.

Quin immo multa ſubſtantiva & maſdara arabica & perſica, purè & metaphoricè ſumpta, apud Latinos, adjectivè, vel ut nomen Actoris potiùs quàm ſubſtantivè capientur, ut : سپاه نصرت انتباه *Exercitus mundi vigilantia*, id eſt : *Exercitus mundo invigilans.*

N 3 سپاه

سپاه ظفر پناه *Exercitus victoriæ refugium*, id eſt : *Exercitus victorias reportans.* Hiſt. Suleim.

ADDITAMENTUM.

Qualiter terminus perſicus هيچ *teſte Caſtello* nullus, nihil, *orationi turcicæ ſe communicet.*

Hic terminus perſicus, apud Turcas ſubinde ut ſub ſtantivum in uſum cadit, & convenit cum latino termino *nihilum*, v.g. مطلع اولدوغمی هیچه صیدك *quod informatus fuerim pro nihilo cenſuiſti.* Col. Islam. هیچ ایله هیچ اولماز *Per nihilum* ſeu *ex nihilo nihil fit.*

Ad adjectivi ſignificatum trahitur, quando adjectiva aſſertionem perſonæ vel rei ſignificantia, una ſimul cum verbis negativis, de aſſertione ad negationem, adjectivorum more trahit, quod exemplo explico, v.g. Latinorum adjectiva *unus*, *aliquis*, *aliquid*, *quispiam*, *quæpiam*, *quidpiam*, *quodpiam*, *&c.* ſunt adjectiva aſſertionem perſonæ vel rei ſignificantia, quæ turcicè, شی برشی کمسنه برکمسنه کسنه برکسنه احد براحد کمسه برکمسه ſignificant his adjectivis, apud Latinos, oppoſita ſunt, v. g *Nemo*, *nullus*, *ullus*, *&c.* Turcæ, pro his adjectivis exprimendis, ſingulares terminos non habent, ſed ad adjectiva aſſertionem ſignificantia, hunc negativum terminum هیچ & verbum negativum adhuc in ſuper adjiciunt, & terminum negantem, per hanc combinationem obtinent, & perſona vel res ad quod adjectivum negans verbumque negans refertur, in oratione eſſe debet, v.g. حق تعالی

جل

جَلَّ شَانُهُ و عَلَا رَسُولِنَه آنده نيچه اسْرَارْ وحَي آيلَه دِيكه هيچ بِرْ

پيغمبره آني بِلْدُرْمَدي *DEUS excelsus (majestas ejus eminuit sublimisq; fuit) ibidem Apostolo suo , mysteria revelavit , quæ nulli Prophetæ indicavit.* de illum. ment. هيچ بِرْ *nemo* est adjectivum negans بِلْدُرْمَدي *non indicavit*, verbum negans, & پيغمبر *Propheta* persona. Item ibid. آللهڭ مخلوقندن هيچ كمسنه انجتميه *Creaturarum DEI*, seu *de Creaturis DEI nullam affligito* exemplum per se patet. Quod si persona aut res in oratione non sit , sufficit si sit in supposito , aut si subintelligatur , ut : بِرْ نِدَا ايرِشَه كه اِراقدن ياقندن هيچ آحد قلميه جُمْلَه سي ايشده *Clamor quidam adveniet , qui eminus & cominus , Nullus remanebit , omnes audient.* Col. Isl. Item : هيچ كمسه آنا التفات ايتمز *Nullus* (scilicet hominum) *illum existimat.* Chur. ef.

Si persona aut res ad quas referatur adsit , possunt sub hac ipsa formalitate ad verbum negativuum poni, & adverbii negativi vim obtinebunt, & suô modô; etiam vim adjectivè significandi habebunt , v. g. آللهدن غيري هيچ نسنه كورنمز *Præter DEUM nihil videtur*, vel *præter DEUM nulla res videtur.* De illum. ment. Item ibid. هيچ نسنه يه ميلي يوقدر *propensionem suam ad nihil*, vel *ad nullam rem habet.*

Sub

Sub hac ipsa formalitate, ad verba affirmativa in interrogatione, per particulam turcicam مي *ne*, *an*, posita, accedere possunt, & adjectivi & adverbii vim obtinebunt, & utraque negatio pro latino adverbio *nunquid* stare poterit, ut: هيچ بر دوست بر دوستي آنارمي Adjectivè *Amicus aliquis, amicumne commemorat?* aut si lubet per interrogandi adverbia *Amicus Amicumne commemorat?* vel, *an amicus amicum commemorat?* vel, *nunquid amicus amicum commemorat?*

Si solus persicus terminus هيچ ad substantivum aliquod, subsequente verbo negativo collocetur, pro adjectivo *nullus* stare posse videtur, ut: اول دخي صرف فساددر هيچ خير يوقدر *Hæc etiam perversitatis techna est, nullum bonum est.* De illum. ment. Item ibid. بو مرتبلره هيچ هوس ايتمزميسن *Ad hos gradus nullamne ambitionem facis?* Item: مسجدده هيچ صنعت اشلمية *In oratorio nullam artem operetur.*

Si hic solus persicus terminus هيچ, solis verbis negativis adjiciatur, adverbii negativi *nihil* vim obtinebit, ut: هيچ بلمم *nihil scio*, هيچ سومز *nihil amat.* & negatio in verbo nihil operatur.

Si verbo affirmativo interrogationem مي habenti, hic terminus solus adjiciatur, vis adjectivi affirmativi obtinebitur, هيچ اوقورمي *aliquidne legit.* هيچ يازارمي *aliquidne scribit.*

Tan-

Tandem notandum est, quod, quædam ex his adjectivis respectu latinitatis, se & adjectivè & adverbialiter habere possint, sed in turcismo, tantum adjectivè subsistere posse videntur, ut: شَيْ vel بِرْشَيْ *aliqua res*, vel *aliquid* نَسْنَه vel بِرْنَسْنَه v. g. ex fabulis Æsopi à Churem Efendi de arabismo in turcismum translatis, بِرْ آرسْلَانْ پِيرْ وَ ضَعِيفْ اُولُوبْ وُحوُشْدَنْ بِرْ شَيْ صَيدْ ايتْمكَه قدرتي قالْمدي *Leo senex & debilis factus, ut de feris aliquid venaretur, ei potentia non mansit.* Currente latinitate diceretur, *Leo senex & debilis factus, nihil ferarum*, vel *nullam ferarum capere potuit.* Item ex lex. چَالِشُورْ امَّا نَسْنَه حَاصِلْ ايدَمَزْ *Laborat, sed nullum lucrum facit*, phrasis Latina, *laborat sed nullum emolumentum facit*, vel *laborat & nihil lucratur.*

CAPUT NONUM.

Quæ ratio esse possit, quod Turcæ subinde in nominibus origine arabicis, articulo اَلْ *utantur, & subinde non?*

Dubium non est, quin Turcæ ab Arabibus perplures loquendi formas, cum quibus simul & articulum اَلْ secum traxerunt, obtinuerint, veluti اَلْحَمْدُ لِلّٰه *Laus sit DEO* عَلَي اَلْخُصُوصْ *præcipuè*, فِي اَلْحَالْ *in statu*, id est: *statim, cito*, فِي اَلْجُمْلَة *summatim*, هَذِهِ اَلْحَالَةْ *hic est status rei*, vel لَطِيفَه دَنْ قَطِع نَظَرْ مَا هُوَ اَلْوَاقِعْ دُرْ *A joco scissio attentionis*,

id quod contigit eſt, nos juxta phraſem latinam *præſcinditur à joco*, *id eſt quod contigit*. Chur. Ef. Et ſi quæ ſunt aliæ, quæ uſus vulgaris facile ſuggeret: præterea ſunt aliæ voces, quæ ut origine arabicæ, Arabum more ſibi articulum vendicant, ex eo, quia à ſcriptoribus in hunc finem in orationem trahuntur, ut illis ea vis inſit, quæ illis in arabiſmo ob certam rationem ineſt, quæ illi nec à perſiſmo, nec à turciſmo ſubminiſtrari pòteſt; eſt ergo articulus arabicus (ut in Grammatica noſtra arabica ad hunc locum ex Martelotto colligendum) accidens illud nominis, quod nomen, quod nudô ſuô ſignificatô vagum & intederminatum eſt, per ſui acceſſum, notum & determinatum reddit, cum autem nomini tam perſico quam turcico hæc natura non inſit, illique tam præſtantem modum voces ſuas proprias ad determinationem trahendi non habeant, fugiunt vocem perſicam aut turcicam, eidemque arabicam cum articulo ſubſtituunt, ut intentam determinationem obtinere poſſint, ſi enim Turca in terminis ſuæ linguæ diceret, v. g. صوڭ و سنور اوزره سوينجي اولديلر *Supra terminum & metam læti fuerunt*, id eſt: *ſupra modum*, ſeu *valdè læti fuerunt.* dubium non eſt, quin hæc ex meris turcicis vocibus compoſita conſtructio, ſit bona, ad nauſeam attamen ob inconcinnum & durum fluxum, hiulca eſt, qua de cauſa, tali in circumſtantia, ſcriptoribus, ad Arabum loquendi modos, per ipſas voces & terminos arabicos, recurrendum eſt, ut determinationem nominum, aliàs vagorum, obtineant, qua de cauſa, hîc adnotata turcica conſtructio, eleganter ita prodibit فوق الحدّ و الغمة مسرور اولديلر

ſic etiam bene dicetur turcicè, v.g. آدملر آراسنده استعمالي غالب اولدي *Inter homines uſus prævalùit*, juxta arabiſmum attamen melius fluet, ſi cum articulo dicetur: بين الناس استعمالي غالب اولدي;

اولدي; quia id quod in turciſmo vagum eſſe videtur, per arabiſmum fit determinatum. Item: اثباتدن صكره تنفيذ ايلمك *poſt probationem, penetrare facere*, id eſt: *transmittere*, v.g. *ad Aulam*. Per arabiſmum autem multò elegantius cadit بعد الثبوت تنفيذ ايلمك ſic etiam bene turcicè dicetur; بغيلان ير درلو درلو چچكلردن آيدنلي ايدي *Locus ille qui aſpicitur, variis, diverſiſque floribus lucidus fuit.* Sed per nomen loci ex arabiſmo petiti, præfixo articulo, ſubſiſtendo & in cæteris in arabiſmo, elegantiſſimum orationis membrum evadit. Fitque المنظر انواع ازهار ايله منور ايدي.

Familiaris eſt etiam Turcis uſus regulæ *Quotiescunque* arabicæ, cujus occaſione, arabicus articulus, ad turciſmum cadit. v. g. دار الفنادن دار البقاية رحلت ايلمشدر *Migravit de domo corruptionis ad æternam domum.*

Imitantur item Arabes in uſu articuli, cum ſubſtantivum & & adjectivum concurrit in vocibus arabicis, v.g. زيتون آغاجي طويل العمر و مديد الزمان ثابت درختي اوچ بيك يل يشار *Olea eſt longæ vitæ & extenſi temporis, eſt conſtans*, ſeu *firma, ſiquidem tribus millibus annis durat* de mir. mund. Hic ergo aliqualis doctrina exhibita eſt quomodo articulus arabicus أل ſe turciſmo participet, quod illi regulæ loco deſerviet, qui ſe de turciſmo in arabizationem immittere volet, nihilque eſt in trac. 3. cap. 1.

O 2 meæ

meæ Grammaticæ arabicæ, adnotationum, quod non & huc trahi debeat.

CAPUT DECIMUM.

De translatione nominum arabicorum & persicorum ex suo themate ad turcismum.

NOtanter dico, de translatione ex suo themate, quia ut visuri sumus, obliquorum casuum, alia erit ratio.

Primò: Dictiones arabicæ, quæ in hamza terminantur, hamzam rejiciunt, non rejectione perpetuâ, sed arbitrariâ, qui enim doctiori calamo uti solent, illud ponunt, rejecto attamen tanvino, ut: سَمَاءٌ *cælum*, Turcæ scribent سَمَا & سَمَاء.

Secundò: tanvinus arabicus, tàm rafei seu nominativi, quàm Chafdsi seu giarri, id est: genitivi, vix reperibilis: tanvinus autem Nasbi, in specificationibus, Arabum more, sæpissimè permanet, ut: قَرْضًا بو يلانلرك كثرة وفرتندن اهاليسي جلاي وطن ايلمشلردر *Omnino* seu *planè ob multitudinem & copiam horum serpentum Incolæ ejus* (Insulæ) *è patria migraverunt.* De mir. mund. Item ibid. وبو خط ياجوج ماجوج ناحيهسي بلغار ولايتنه وارض صقالبهدن (قياسًا) قرق مرحلهدر *Et hac linea tractûs Jagog & Magog ad Bulgarorum regionem, & ex Sclavorum terra*, (*opinanter*) *quadraginta dierum iter est.* Item ibid. مغرب ايله چين ولايتنك مابيني (كلّيًا) معموردر *Quod inter Occidentem & regionem Chinæ est*, *totum excultum est.*

Tertiò: ة fæmininum arabicum, nunc in ت, nunc in ه quiescens mutatur: in ت plerumque substantiva laudis, affectuum, ho-

honoris, commodi, mutari solent, ut: عزة *honor* عزت idem, مرحمة *clementia, misericordia* مرحمت idem, محبة *amor* محبت idem, مودة *benevolentia* مودت idem, سلامة *pax* سلامت idem, سهولة *facilitas* سهولت idem, سلاسة *facilitas* سلاست idem, اجازة *facultas* اجازت idem, اجرة *merces* اجرت idem, ولاية vel مملكة *provincia, regio* مملكت ولايت idem, sic plurima sunt in ة quiescens, ut: شبهة *dubium* شبهة idem, فايدة *utilitas* فايدة idem, علوفة *salarium* علوفة idem, جريمة *solutio pœnalis, mulcta,* جريمة idem, صحيفة *pagina* صحيفة idem, ساية *umbra* ساية idem, علم المراية *Optica scientia*, علم المراية idem. صفة *Scamnum discubitorium*, seu *theatrulum*, pro sedendo in Oriente usitatum صفه idem, & infinita alia in utroque modo.

Si fœminini substantivi intuitu, adjectivum ab arabismo mutuetur, adjectivum semper in ه quiescet, etsi substantivum in ت resolvatur, ut: عزت عظيمه *honor magnus*, بو حكمت غريبه درکه هرکز يرداخي صقالري آغارمز *Mysterium peregrinum, hoc est: nunquam demum, eorum barbæ, canescunt.* De mir. mundi. Item ibid بوشجرك خاصهء عظيمه سي وار ييش

Hujus arboris proprietas magna erat. Item ibid. بو مكان لطيفه ايكي طاغك آراسنده در *Iste locus amanus inter duos montes est.* De mir. mund.

Quartò, si ultima dictionis litera, sive in arabicis, sive in persicis, sive in turcicis, teschdid patiatur, adveniente syllaba لق vel لكْ teschdid perit, ut: مُسْتَحَقّ *dignus*, مُسْتَحَقْلِقْ *dignitas.*

Quintò, Masdaris arabicis trium literarum, quorum prima fathata & secunda gezmata est, cum Turcis serviunt, subinde loco gezmæ, chesram assumunt, sed prima, fathata sit oportet in ipso arabismo, ut: وَضْعٌ *positio, actio.* وَضِع idem نَزْعٌ *evulsio* نَزِع idem سِحْرٌ *præstigium* سِحِر idem, quod ideo contingere videtur, quia ultima dictionis vocalis Arabum, apud Turcas rejicitur, & nimia vocalium rejectio, pronuntiationis vim tolleret, attamen ad id, quod usu receptum est, attendere convenit.

Sextò, Masdara & participia, & nomina instrumenti, loci & temporis & his similia, promanantia ex arabico verbo tertia radicali infirma non passiva, quæ sive in simplici radice, sive in structuris tertiam radicalem sub tanvino giarri, continent, ad Turcas translata, tanvinum in ي kesratum vertunt, ut: قاضٍ *Judicans* seu *Judex* participium, fiet قاضي & تعدٍّ *actus inimicitiæ* seu *hostilitas*, تعدّي *hostilitas.* Masdarum quartæ structuræ radicis عدا *hostis fuit.* تعدّي وَاضْرَارْ اِيتْمَكْ *hostilitatem & damna facere.*

Septi-

Septimò, participia & his similia, ex arabico verbo tertiâ radicali iufirmâ passiva, quæ sive in simplici radice, sive in structuris, tertiam radicalem sub tanvino nasbi cum ي continent, ad Turcas translata tanvinum in ا fathatum vertunt, ut: مُحَرًّى arabicè, & مُحَرًّا cum ad Turcas transit, v. g. بِرْ تَاوغي اُونْ بَشْ آق صُوغَانِلَه وَ بِرْ آوجْ مَقْش سِمْسِمْ اِيلَه مُحَرًّا اُولُنْجَه قَيْنَادُوبْ يِسَهْ لَرْ *Si Gallinam cum quindecim albis capis & uno pugillo sesami, donec effervescat bulliendo, comederit.* De mir. mund. Si post tanvinum nasbi sequetur ا in arabismo, Turcæ vel sic relinquunt vel tanvinum in fatham mutant: vide in Adverbiis, de cætero substantiva & adjectiva persica, talia quália sunt, turcismo deservire solent.

CAPUT UNDECIMUM.

De varia substantivorum forma & qualitate.

Quemadmodum in adjectivis, ita & in substantivis, nulla forma aut qualitas substantivorum in arabismo vel persismo est reperibilis, quæ se turcismo non communicet, sive substantiva simplicia, sive composita, sive masdara, sive nomina loci, temporis, instrumenti, vicis, vasis, copiæ & abundantiæ sint, qua de causa, quidquid in arabica & persica Grammatica in tractatu de nomine dictum est, hinc excludi non potest, quod veritatem demonstrandi, & studioso materiem investigandi ergo, exemplis hîc annexis, exhibeo. نَاقُوسْ كَاهْلَرِي مَادَنَهء دِينْ طَيْلَسَالَرِي مَسَاجِدْ مُسْلِمِينْ قِلِنُوبْ hæc omnia, unitim per syntaxim mixtam, significant: *Campanæ* (campanarum) *loca*, (turres) *turris* è quâ

(è quâ Muhammedani, populum acutissimâ voce ad preces vocant) *Religionis, Ecclesiæ eorum, Oratoria Muslimorum evadentes.* Hist. Sult. Suleimani. Item ibid. سراسر جهان سحاب دود ايمش *Ab uno termino ad alium, mundi nubes, fumus fuit.* Item ibid. آفتاب جهانتاب افق بحردن طلوع ايدوب *Sol mundi lux, ab horizonte maris ascendebat.* Item ibid. جملة كافرستانه اضطراب دوشوب فرنكستانه خوف و آشوب اولاشمشدي *In omnem regionem Infidelium anxietas incidit, & in Italiam timor & angor pervenit.* Item ibid. شيران كارزار نهنكان لجهء بيكار بربر هجوم ايدوب خندقه دكلديلر *Prælii, Leones campestres, & Cocodrili abyssi, sigillatim incursionem facientes, ad fossas diffundebantur.* Item ibid. بردن مسلمانلر ايجرودن كافرلر رو برو اولوب قتال شديد اولدي *Ex adverso Muslimani, ab intro, Infideles, de facie ad faciem existentes, cooccisio* (pugna) *vehemens facta est.* Ad substantivorum rationem pertinent pariter præterita participiorum passivorum Arabum, quæ à Turcis persæpe ut substantiva, orationi commiscentur, ut: خاطر فتورو قلب مسكور *mentis torpor & animi hebetudo.* De mir. mund. His prænotatis, de cætero, substantiva indistinctè, sive arabica, sive persica, sive turcica sint origine, vel sunt primitiva, vel à verbis emanantia, primitiva non ita strictè sumimus, ut sumenda essent in ipsis arabicis fontibus, cum relatione ad radicem, sed juxta eam reflexionem, juxta quam in turcismo reperiuntur, & à turcismo, aliquam adjectionem turcicam suscipere possunt, ob

ob quam, respectu turcismi, derivata dici possint, licet sine adjectione illa turcica, respectu arabismi, absque hoc derivata essent, hoc modô pariter, de persicis ratiocinandum est, præscindendo ergo ab arabismo & persimo, dicemus, v. g. قحط *sterilitas anni*, جهنم *infernus*, arabicas voces: چفتك *villa*, دامن *fimbria*, seu *lacinia vestis*, aut *sinus* voces persicas, esse nomina primitiva respectu turcismi. Substantiva perplura propriè turcica, per se sunt primitiva, ut: باش *caput*, كوز *oculus*, آغز *os*, *oris*. Et ex verbis, Infinitivorum themata, primitiva, appellari possunt, ut: سومك *amare*, ديمك *dicere*, *&c.* Ut autem derivatorum diversitas fundamentaliter cognoscatur, de iis, sequentibus capitibus agendum duxi.

CAPUT DUODECIMUM.

De vi syllabæ لق *vel* لك.

PArticula hæc, substantivis & adjectivis, tum arabicis tum persicis tum turcicis, nominaliter aut verbaliter sumptis, item & verborum turcicorum infinitivis adjici solet, & semper substantivi vim obtinet. Varia autem vis illi inest, aut de abstracto ad concretum, aut de concreto ad abstractum transiens, aut planè pleonastica est, aut significato vim aliquam addit, ut è sequentibus manifestè patebit. De vigore, لق syllaba, in duriorem literam & لك in molliorem literam terminantibus adjicitur, sed hanc regulam, non adeò strictè servant.

De vi hujus syllabæ penes substantiva.

HÆc syllaba, jungi potest substantivis arabicis, persicis & turcicis, subinde pleonasticè, ita ut ad vim significandi nihil addat aut demat, uti قحطْ *sterilitas anni* قحطلق idem significat, ut : يوسفْ عزيزْ مصرْ اولدقده اولْ (قحطلق) بهانه سي ايله آتاسني يعقوبي اولْ قرنداشلريله بله هبْ مصره كوچوردي *Postquam Joseph Gloriosus Ægypti evasisset, prætextu sterilitatis anni, Patrem suum Jacobum, una cum suis illis fratribus, omnes, in Ægyptum transire fecit.* De int. ment. hoc loco, قحطلق, ob adjectam syllabam لق, nihil plus significat quam in arabismo. قحطْ.

Nonnunquam vim significandi variat, sine sensus intenti corruptione, ut : چوروكْ ايپنه يا پيشدورسه لا جرمْ چوروكْ اوزلورْ اللرنده قالورْ ابدي قورتلمقْ يوقْ جهنملكْ اولورلار *Si ad suum putrefactum funem accesserit, dubio procul, putridum recidet, in ejus manibus permanebit, nunquam erit eliberatio, pertinentia inferni* (incolæ inferni) *erunt.* De int. ment. hoc loco جهنملكْ est ab Hebraico-arabico جهنمْ teste Golio ad hanc radicem, *Vallis Hinnon*, ubi vivi comburio, liberos immolabant idolo Molochi, quod pro *gehenna* seu *inferno* sumitur. Et جهنملكْ est id quod pertinet ad infernum, ita ut in vi significandi recedat à suo primitivo جهنمْ Item : فلانْ كسه جنتلكي جهنملكيمدرْ

جهنّميلكميدر كيمسة بلمز *An talis quidem ad Cœlum vel ad infernum sit pertinens, nemo scit*. Col.Isl. Sic & in persicis, v.g. سنكستان *locus lapidibus abundans.* سنكستانلق idem significat, ut: لكن قطور سنّتي زيادة ضربلق و سنكستانلق اولمغلة *Verùm Kuthuri* (Italis *Cattaro*, Urbs Dalmatiæ) *semitæ* seu *viæ cum sint asperæ & loca lapidibis abundantia* سنكستانلق nihil plus significat quam سنكستان in ipso persismo: *Per incidens autem, hic etiam notandum est, quod etsi hæ duæ voces* ضربلق & سنكستانلق *in* لق *terminentur, & hoc ipso se se nomina substantiva esse declarent, persuaderent forsan ad hanc interpretationem latinam; Verùm Kuthuri semitæ* seu *viæ cum sint asperitas & locus abundantiæ lapidum, certum equidem est, hunc esse turcismi sonum, quia modus iste loquendi, linguæ phrasi conformis est, sed nihilominus, resolutio horum substantivorum in adjectiva, ad latinam phrasem exprimendam, magis conformis est.* Item: چفت significat teste Castello. *Duo boves sub eodem jugo*, ad turcismum assumptâ syllabâ لق transiens, villam significabit, diceturque چفتلك *villa*, quia in villa, boves pro arandis agris conservantur:

tur : اكر چفتلكندن زياده ير طوتسه *Si plus loci quam sua villa sit, obtineat.* Can. Ottom. Item ملكي بونكك ير جميلة خوب صورت سيرت قرقرنداشي وار كه فلكك بونكك مثل و مانندة روزكاره كتورمز (كوزلكده) و پاكك (دامن لكده) نظيري يوغيدي *Illius est quædam formosa, pulchra forma, Angelica indolis, soror, cui similem & æqualem tempori, non fert orbis sphara, in pulchritudine & in puro sinu (in incontaminatione) parem non habuit.* De mir. mundi. دامن *fimbria, lacinia, sinus* & دامن لكك idem significat. Sic & in Turcismo, حتي فرعون زماني اولدي و اول تكر يلكك دعواسن ايدردي *Donec Pharaonis tempus factum esset* (advenisset) *& ille fecit expetitionem* seu *pratentionem Deitatis.* De int. ment. تكري *DEUS* nomen concretum تكريلك *Deitas* nomen abstractum. Item : خاصكي سلطانه اولدركه خنكاره اوغول طوغورمش اوله قيز طوغورسه قادين ديرلرو (اوطه لق) ديرلر *Sultana propria seu specialis, illa est, quæ, Sultano filium pepererit, si filiam pepererit, Matronam,* vel *ad cubiculum pertinentem appellant.* Chur. Lex. Et hic adjecto modo, rei ad cujus quantitatē quid requiritur, v.g. كوملكلك *indusionem*, بز كوملكلك tantum telæ quantum

ad

ad indusium opus est. بر كوملكلك بزدن بر آقچه آلنه *De tela quantum ad unum indusium sufficit, danarius unus accipiatur.* Can. Ottom. Item : قفتانلق, &c. quantum sufficit pro veste aliqua superiori.

Cum arabicæ linguæ fœcunditas, per sua Masdara, videatur substantiva in abstracto significantia suggerere, exempla nihilominus reperiuntur, ubi syllaba hæc adjecta videtur, quasi per hanc speciale quid intenderetur, v. g. آيتي موجبنجه اولان هلاكلكلر آنلره واقع اولمغه لايق اولمايدي *Ut interitus* seu *perditiones quæ sunt juxta necessitatem textûs, illis obtingerent, haud erat dignum* seu *conveniens.* هلاك *interitus, perditio* est masdarum radicis هلك *interiit*, cui syllaba لك in vi significandi, nec addit, nec demit.

Quo cum valore, hæc syllaba, adjectivis, adjiciatur.

HÆc syllaba pariter tum arabicis è quacunque demum radice emanent, tum persicis, tum turcicis adjectivis, sive affirmativè sive negativè sumptis, jungi solet, & abstracti significatum ad concretum trahit, v. g. ex arabismo ذليل *vilis* adjectivum arabicum formæ فعيل, ذليللك *vilitas*, خيف بزوم ذليللكله كچن عمرومزه ديرلر *Vitam nostram cum vilitatē transeuntem, metum appellant.* Col. Isl. Sic آمين *securus* آمينلك *secu-*

securitas وَ يُولْ اَمِينْلِكِي سَخِي شَرْطْدُرْ *Et securitas viæ, lex seu conditio est.* De int. ment. Ita & ex persismo زِيَانْكَارْ *damnum inferens* زِيَانْكَارْلِكْ *damni illatio* اُولُورْ يُوتْدَنْ اُولَانَهْ عَقْلِي پَسْ زِيَانْكَارْلِكْ نَجِهْ اُولَا *Ast prudenti, hinc, damni illatio quomodo erit?* De int. ment. Item: پَسَنْدْ *complacens* seu *gratus* پَسَنْدْلِكْ *complacentia*, seu *id quod gratum est* وَ خُوِنْ رَايِلْقْ خُونْ (پَسَنْدْلِقْ) ظُلْمَاتِنْدَنْ قُورْتُولَهْ *E proprii consilii, propriave complacentiæ tenebris, eliberetur.* Ita & in Turcismo اُوزُونْ *longus*, اُوزُونْلُوقْ aut juxta quorumdam usum اُوزُونْلُقْ *longitudo*, وَ بُو شَهْرِكْ كُوپْرُوسِي غَايِتْ لَطِيفْ كَارْكِيرْ بِنَادُرْ (اُوزُونْلُوغِي) اُوچْ يُوزْ زِرَاعْ *Hujus Urbis pons, valdè amænus, & lapidea ædificia, ædificium est, ejus longitudo trecentarum Orgyarum est.* De mir. mund. Item ibid. چُوقْ *multus* & چُوقْلُقْ *multitudo*, ut: چُوقْلُقْ خَلْقِي وَارْ كِهْ حِسَابَهْ كَلْمَزْ *Multitudo populi est, quæ in computum non cadit.* حَرَامْزَادَهْ *nequam, vafer* حَرَامْزَادَهْ لِقْ *nequitia, vafrities.*

Notandum hoc loco, quod adjectiva promantia à substantivis per syllabam لُو, subinde substantivi loco ponantur, ut: عُمْرْ *ætas*

atas, عُمْرلو *atate preditus* & *atas*, ut: خَلْقْلَكْ اوزون عُمْرلوسي اولْ كِمْسَهْ دُرْكه عِلْمي جَمْعْ ايتْدي وَ كَنْدودَنْ صُكْرَهْ كَلَنْلَرْ اَنْتَلَهْ فايِدَهْ لَنَهْ لَرْ *Homines longioris atatis sunt, illi, qui scientiam colligunt, ut qui post eos veniunt, eâ proficiant.* De mir. mund.

In adjectivis negativis de quibus supra cap. 5. dictum est, notandum est, quod si adjectivum, ex aliquo masdaro arabico componatur, cui particula negativa, sive arabica, sive persica præfigitur, quod hujusmodi negativa, syllabæ لِقْ vel لِكْ, vix fiunt capacia, cum Masdarum arabicum, ex natura sua, eandem vim in se contineat, ideoque etiam ex participiis arabum, sive verborum radicalium sive structurarum transitivæ aut intransitivæ formæ (idem & de participiis Persarum intelliges, licet pro adjectivis sumerentur) non videntur hanc syllabam لِقْ seu لِكْ assumere posse, cum eorundem Masdara (quæ & ipsis Persis in usu sunt) vim hanc in se contineant, quod si adjectiva negativa, componantur ex adjectivo, vel tertia persone Modsareorum, sive arabicorum, sive persicorum, sive turcicorum, quæ adjectivi loco stare solent, præposita illis particula negativa, hanc syllabam assumere possunt, v. g. لايَمُوتْ *non moritur* vel *immortalis* لايَموتْلِكْ *immortalitas*, quod si adjectivum sit formæ participii فاعِلْ, hæc syllaba illi non bene convenire videtur, v. g. غَيْرِكامِلْ *imperfectus* non bene sonare videtur غَيْرِكامِلْلِكْ. Id ipsum in particulis negativis persicis observandum est, solum enim illud adjectivum ne-

negativum persicum quod adjectivis, & non participiis talibus, ut hîc paulo ante dictum est, præponitur, capax est hujus syllabæ لق v. g. ex arabismo نااهل *incapax*, نااهللك *incapacitas* ex persismo ناپاك *impurus* ناپاكلك *impuritas*.

Per turcismum autem, ob postpositionis vim, quæ non adjectivis, sed solis substantivis, ut adjectivi significatum in negativa forma acquirant, postponi solet, videntur masdara & substantiva tam arabica quam persica ad assumptionem syllabæ لق vel لك trahi posse, v. g. عزت *honorificentia*, dicent Turcæ عزتسز *inhonorificus* & عزتسزلك *inhonorificentia* sic ادب *civilitas*, *humanitas*, ادبسز *incivilis*, *inhumanus* ادبسزلك *incivilitas*, *inhumanitas*, v. g. شكرلر ایده سن كه سنی اوقودی خواننه لایق كوردی اولمیاكه ادبسزلك ایدوب كوكلوكی طاغدوب امرو نهیك مخاطبسی اولان قلبكی هریكا صالندرب غافر قلوب كرو قالان اعضالركله كه كوكلك خذمتكارلری در تكرینك نعمتنی خورلیاسن *Laudes dicas, quod te vocaverit, & suâ vocatione dignum censuerit, absit ut inhumanitatem committendo, cor tuum dissipes, ne mens tua quæ est jussionum & prohibitionum ejus enuntiatrix, hinc inde agitata, animum tuum negligentem reddat, & retromanentibus membris tuis, quæ animo tuo ministerium exhibent, beneficia DEI vilipendas.* De int. ment.

Ast

Aſt Turcæ ſuorum verborum infinitivis, cuiuscunque demum formæ aut ſtructuræ ſint, item tertiis perſonis Modſareorum ſuorum in verbis negativis, quæ ut demonſtratum eſt, adjectivi vel participii loco ſtare poſſunt, hanc ſyllabam لِقْ vel لِكْ adjicere ſolent, cum vi in abſtracto ſignificandi, ut: بُولْمَقْ *invenire* بُولْمَقْلِقْ *inventio*, اُولْمَقْ *eſſe*, اُولْمَقْلِقْ *eſſentia*, ſeu potius, *illud eſſe in eſſe*, ut: اُولْ اَزْمِشْ وَ يَاوُقْلِنْمِشْ حَالْمُوزِي (بُولْمَقْلِغِچُونْ) قُولَاُوزْلِغَهْ وَ هَمْ اَللّٰه ايلَهْ بِيزُومْ آرَامِزْدَهْ كِهْ حَقْ جَلَّ وَعَلَا بِيزِي عَقْلِمُوزِيلَهْ اِكْتِفَا قِلْمَايُوبْ بُونِي دَاخِي خَبَرْجِي كُونْدَرْدِي *Ad inventionem* (ad inveniendum) *illius deteriorati & deperditi ſtatûs noſtri, Ductorem, & Ut inter Deum & nos ſit Mediator: DEUS excelſus & magnificatus, nos per intellectum contentos reddens, Eum etiam Nuntium miſit.* De int. ment. Item: پَسْ اِسْكَنْدَرْ بُونْلَرَهْ سَلَامْ وِيرْدِي بُونْلَرْ دَاخِي تَكْرِيمْ ايلَهْ وَكَمَالْ تَعْظِيمْ ايلَهْ رَدّ سَلَامْ ايدُوبْ اَيْتْدِيلَرْ صَغَا كَلْدُكْ كَلْمَكْلِكْ مُبَارَكْ اُولْسُونْ *Alexander ergo illos ſalutavit, illi cum reverentia perfectave cum magnificentia ſalutem reddiderunt, dixeruntq; in columiter adveneris, venitio* (adventus) *ſit felix.* De mir. mund. Item: اُورُوجْ هَمَانْ يِمَكْدَنْ اِيچْمَكْدَنْ جِمَاعْدَنْ اِمْسَاكْ اُولْمَغْلِهْ اُولْمَازْ *Jejunium, niſi ſit abſtinentia ab eſu à potu & à concubitu, non eſt.* De int.

int. ment. كوسترمكك صورتن (بلمزلكك) قصدا *Studio ignorantiæ imaginem, seu formam* (simulationem) *ostendere*. Chur. ef. بلمز *ignorat*, seu *ignorans*, بلمزلكك *ignorantia, inscitia*. Item ibid. بعض فعل قبيحي كوررسة ناخي (كورمزلكك) اورمق كرك *Si malam aliquam actionem viderit, etiam non visionem percutere necesse est*: gentis phrasis; id est: *simulare se non vidisse*. كورمز *non videt*, seu *non videns*, كورمزلكك *non visio*.

Participio passivo radicis simplicis, transitivæ, hanc syllabam adjectam vidi, ut: محدود *limitatus*, محدودلق *limitatio*, ut: بو (محدودلغمز) ايلة نيجه آني بولوب واصل اولمغة نيلمكك كرك *Per nostram hanc limitationem, eum, ut inveniemus, ad perveniendum ad eum, quid facere oportet*. De int. ment.

Tempus significantia nomina, لق vel لكك syllabam assumunt, cum per ea mensura seu terminus temporum exprimitur, quem modum loquendi, Latini per genitivum expedire solent, ut: يول (بيلق) بيكك هربريسي يرلرك اولنان ذكر بو *Quisquis hic commemoratorum locorum, mille annorum via est*. De mir. mund. Item ibid. ولايتكك طولي درت آيلق وعرضي ناخي اوج يولدر (ايلق) *Regionis longitudo, est quatuor Mensium, & latitudo etiam, trium Mensium via*, seu *iter est*. Item ibid.

جزيره

جزيرهٔ قبرص غايت عظيم جزيرهدر آلتي (كوناك) يولدر
Insula Cypri, valdè magna Insula est, sex dierum *iter est.*

Nomina Muniorum & Officiorum, ut de concreto ad abstractum transeant, hanc ipsam syllabam sibi vendicant, ut: پيغمبر *Propheta*, پيغمبرلك *munus Prophetæ*, seu *prophetia*, عيسى عليه الصلوة والسلامك پيغمبرلكنه اقرار ايلدي *JESU* (*super quem sit salus & benedictio*) *prophetiam confessus est.* De mir. mund. پادشاه *Rex*, پادشاهلك *Regimen*, *imperium*, *&c.* فنكيف كه سكا پادشاهلغكه نظر ايدهم *Ut est, quod tibi & regimini tuo attendam.* De mir. mund. Sic وزير *Vizirius*, وزيرلك *Viziratus.* بيك *Begus*, بيكلك *Begatus*, seu *munus Begi.* پاشا *Bassa*, پاشالق *Bassatus.* چورباجي *Caput turmarum*, چورباجيلك *Munus capitis turmarum.* سپاه *Miles equestris*, سپاهلك *Munus militis equestris.* كمي ريس *Præfectus navis*, كمي ريسلك *Perfectura navis*, *&c.* Huc accedunt & nomina actoris composita juxta turcismi regulam in جي veluti كسيجي *latro qui in publica via itinerantes invadit* كسيجيلك ejus modi latrocinium, ut: فلان كمسه يول كسيجيلكي ايدر: *talis quidam*

 via-

viarum latrocinium committit. Chur. Ef. Item & ad formandum abstractum à nomine conditionis sub qua quis versatur, ut: رَعِيَّتْ nomen collectivum *Grex, subditus* رَعِيَّتْلِكْ quis aut quidquid ad conditionem *Gregis* seu *subditi* pertinet وَ رَعِيَّتْلِكْ يِرْلَرْ جُمْلَهسِنْدَنْ چِقْمِشْ اوُلاَ *Loca ad subjectionem seu subditos pertinentia, si extra computum suum exiverint.* Can. Ottom.

Nomina Actoris arabicè aut persicè sumpta, hanc syllabam etiam admittunt, arabicè, v. g. صَحَّافْ, *Bibliopola*, صَحَّافْلِقْ *Bibliopolæ negotiationem exercens* persicè بَازِرْگَانْ *Mercator*, بَازِرْگَانْلِقْ *mercatura.*

Subinde locale nomen alicujus rei, per hanc ipsam syllabam enuntiatur, ut: طَاوُقْ *Gallina*, طَاوُقْلِقْ *Cavea gallinarum.* طُوڭُزْ *porcus*, طُوڭُزْلِكْ *porcile, &c.* اِكْنَه *acus*, اِكْنَهلِكْ *acuum capsula, &c.*

Turcæ, horum substantivorum in لِقْ terminatione relictâ, sæpius Masdaris aut substantivis Arabum idem significantibus inhærent, sic v. g. loco turcici substantivi بِرْلِكْ *unitas* utentur arabico substantiuo وَحْدَانِيَّتْ dicitur v. g. aliquando اي پَادِشَاهْ آللَّهْ تَعَالِىْنُكْ بِرْلِكِنَهْ ايمَانْ كَتُورْ *O Rex, DEI excelsi unitati fidem fer* (tribue) De mir. mundi. & ibidem hoc loco dicitur حَقْ

حَق تَعالى حَضرتِنْكْ وَاحَدانِيتنه اِعتِرافْ ايدُوبْ *Cum confessus esset unitatem DEI excelsi ejusdem Majestatis.* Sic اِنْسانْ *homo* non اِنْسانْلِكْ sed potiùs اِنْسانِيَّتْ *humanitas* dicetur. Item آدَمْ *homo* non آدَمْلِكْ sed potiùs آدَميَّتْ dicetur, & sic de multis aliis, origine arabicis, quibus subinde ob minus elegantem orationis cursum, syllaba لِق non bene convenit, rejici solent, eorumque loco adjectiva arabica مَنْسُوبْ dicta, id est, derivata, substituuntur, & ad genus fæmininum collocantur, de quibus in mea grammatica arabica, tract. 3. cap. 8. pag. 408. ad rubricam; *De adjectivis quæ à nomine derivantur.* actum est, v. g. sit turcicè تَكْري *DEUS*, si nomen abstractum inde formandum est, تَكْريلِق dici debebit, & erit bene dictum, sed si orationis fluxus per usum hujus vocis minus elegans evaderet, dicetur arabicè إِلَهٌ *DEUS*, formabitur inde adjectivum مَنْسُوبْ derivatum إِلَهِيٌّ *Divinus*, hinc orietur fæmininum إِلَهِيَّةٌ & Turcis enuntiabitur إِلَهِيَّه & habebitur nomen abstractum, sic & آدَمْ *homo*, daret آدَمْلِكْ *humanitas*, si fluxui orationis attendetur, accipietur arabicum بَشَرٌ *homo*, inde adjectivum مَنْسُوبْ seu derivatum بَشَرِيٌّ *humanus* fæmininum بَشَرِيَّةٌ *humana* & *humanitas*.

Hoc etiam contingere solet, ut loco infinitivi turcici cum syllaba لغْ, si orationis fluxus id admittat, masdarum arabicum accipiatur: bene diceretur, v.g. turcicè تَعْسُكْ تاسه‌لنْدُرْ مُقْلغيله وَ اَنْجيمْكلكيله اَدَا اولنور *Cum afflictione & labore seu defatigatione spiritûs persolvitur*, sed quia usus arabismi, orationem elegantiorem reddit, illi adhærent, exempli gratia, hîc dictum exemplum, in cursu periodi per arabismum exhibeamus, وَ اَلْحَاصِلْ حَقّ تَعَالَي بُو بيش عِبَادَتي كه ظاهِرْ بيزه فَرض اَيْلَيشْدُرْ كيمي نَفْسيَّه وَ كيمي مَاليَّه‌دُرْ وَ كيمي هَمْ نَفْسيَّه هَمْ مَاليَّه‌دُر ايمَانْ وَنَمَازْ وَ اُورُوجْ عِبَادَاتْ نَفْسيَّه‌دُرْ كه تَعْسُكْ مَشَقَّتيله وَ تَعبيله اَدَا اولنور. *Tandem DEUS excelsus, has quinque servitutes, quas certè nobis demandavit, quædam spirituales sunt, & quadam facultates* (bona quæ in facultate nostra sunt) *respicientes, & quadam simul spirituales & simul facultates respicientes, fides, oratio, jejunium, sunt servitutes spirituales quia cum afflictione & labore* seu *defatigatione spiritûs persolvuntur.* De int. ment. Patet ergo quod loco تاسه‌لنْدُرْمُقْلِقْ sit مَشَقَّتْ & loco اَنْجيمْكلكْ sit تَعَبْ & hæc de syllaba لغْ vel لِكْ Quid virium hæc ipsa syllaba in *numeris* habeat, ibidem videbis. Hoc loco id specialiter notandum est, quod etsi pronomina primitiva بَنْ *ego*, سَنْ *tu*, & possessiva بنمْ *meus*, سنْكْ *tuus*, آنْكْ *suus*, بيزمْ.

بِزِمْ *noster*, سِزِكْ *vester*, آنْلَرِكْ *eorum*, ex natura sua in concreto significent; Gentis more attamen, adjectâ syllabâ لِكْ ad vim abstracti trahuntur, diciturq; بَنْلِكْ & سَنْلِكْ si latinè dicere liceret: *Egoeitas, Tueitas*, ut: حَقْ تَعَالَى جَلَّ عَنِ ٱلنَّظِيرِ وَعَلَا اوُلْ وَقْتْ كِمْ بُو نَفْسْ يَرَاتْدِي نَفْسَهْ سُؤَالْ ايدُوبْ دِيدِكِمْ اي نَفْسْ هِيچْ بِلْدُكْمِي بَنْ كِيمِيمْ وَ سَنْ كِيمسَنْ نَفْسْ دَخِي حَقْ جَلَّ وَ عَلَايَهْ جَوَابْ ايدُوبْ دِمِشْكِمْ سَنْ سَنْ وَ بَنْ بَنْ دِيدِي پَسْ اِمْدِي چُونْكِمْ بُو نَفْسْ حَقْ تَعَالَى عَزَّ شَانُهُ وَ عَلَا قَتِنْدَهْ سَنْلِكْ وَ بَنْلِكْ دَعَوَاسِنْ اَيْلَدِي *DEUS excelsus magnificatus fuit absq; pari & exaltatus, tempore illo, quo hanc animam creavit, animam interrogavit & dixit: num nescis quis ego sim, & tu quæ sis, anima etiam excelso magnificato & exaltato reposuit & dixit, tu, tu, & ego, ego: siquidem hæc anima coram DEO excelso (honorificata est ejus dignitas & exaltata) litem tueitatis & egoeitatis movit.* De int. ment. Si latinè dicere liceret *meitas* سَنْلِكْ *tueitas*, آنْلِكْ *sueitas*, بِزِمْلِكْ *nostreitas*, سِزُكْلِكْ *vestreitas*, quæ à Latinis neutraliter enuntiantur, ut; *propter meum & tuum lis est.* Quod Turcis est بَنْلِكْ وَسَنْلِكْ ايچُونْ دَعْوَادِرْ, *&c.*

Ali-

Aliquando, sed id rarissime contingere crediderim, adjectivis formatis per syllabam لو, accedit unum ق, & demum substantivi naturam induunt, ut: راحت *quies*, راحتلو *quietus*, & راحتلوق *quies*, demum, ita in Col. Islam. آلله تعالى حضرت بنم اهلمه خير عوضلر ويرسون كه بني بونكبي راحتلوغه يتورديلر *Majestas DEI Excelsi, recompenset meis domesticis, quod me ad hujusmodi quietem pervenire fecerint.* An modus hic sit imitabilis etiam in aliis, dubius hæreo.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De cæteris substantivis á verbis promanantibus.

CÆtera substantiva à verbis originem suam trahentia, non ita latè patentia sunt ut substantiva quæ in لق vel لك syllabam terminantur, quæ, ut visum est, extra verborum sphæram progrediuntur. Ipsum ergo omnium verborum infinitivi præsens, in concreto sumptum, nominis substantivi loco stare potest, majori adhuc cum efficacia quàm apud nos Germanos sive Italos **das lieben / das lesen /** *l'amare, il leggere*, quia plerumque declinatur, aut aliquâ postpositione cum vi significandi in concreto, nititur, ut: محبت (كورمكدن) طغر *amor à visione oritur.* Item بو طرفدن عسكرلرينه ذخيره وجبه خانه چوق كيدر وآدملري واروب تلمكده در *Ex hac parte, militibus eorum. & annona, & munitio multa provenit, & eorum homines eun-*

euntes in adventu sunt, id est: *sunt in eundo & veniendo*, seu *continuo abeunt & veniunt.* Gem. Hist. Item ibid. مكانلرنده قلمق اوزره قرار ويرلدي *supra permansionem in eorundem locis, ratificatum est.* Circa hunc ipsum Infinitivum, alia scitu digna supersunt, quæ ubi de Infinitivo agetur tractabuntur.

Substantivum aliud quod ab Infinitivo sive transitivi, sive passivi, sive intransitivi verbi derivatur, est illud ubi à terminantibus in مق, abjectâ litera ق, substituitur ا, vel etiam ut nonnulli faciunt ه quiescens loco ا v. g. صقلامق *conservare* fiet صقلاما *conservatio*, قلمق *persolvere* قلمه *persolutio*: à terminantibus in مك abjectâ literâ ك, substituitur ه quiescens, ut: كلمك *venire*, كلمه si dicere licet, *venitio.* De his nominibus autem dici potest, quod sint infinitivi, continentes in se verbale significatum, cum vi involuente tempus futuritionis, post se verbum aliud à quo regi possint, desiderantes, quorum usus est, cum latini, adminiculo particularium causalium *quod* & *ut*, tempus futuri exprimunt, talique infinitivo, Turcæ, affixa adjicere solent, & in hoc differunt à terminantibus in لق vel لك quod exemplis demonstrare lubet, v. g. و بو قران عظيم كه (حفظ اولنماسي) موعوددر مراد الله اوزره قالور بوكا قلم صوقمغه كمسنه قادر دكلدر حق تعالي بونك صقلاماسن وعده ايلمشدر *Et hic magnus Coranus, qui quod custodietur, promissum est*, vel *cujus custodia promissa est, juxta voluntatem DEI manebit, in eum, calamum intru-*

trudere nemo potest, *DEUS excelsus*, *quod eum custodiet* seu *ejus custodiam promisit*. De int.ment. بو نماز قلنمسون دیمکی دکلدر قلمه‌سی آولیدر *Hæ preces, ne persolvantur, dicere* (dicendum) *non est : persolutio earum, melior est*, id est : *melius est, ut persolvantur*. Colum. Islam. Item خلاص اولمامزه سعی جمیلکز اوله *Ad eliberationem nostram* seu *ut nos liberi evadamus*, *vestra diligentia sit decorosa*, id est : *talem diligentiam adhibete, è qua vobis decor & honor obtingat*. Gem. Hist. Item: بتلن اشتوان دوستکزک تعدی و تجاوزین منع ایتمکه سعی ایتمه‌مز مقرردر *Ad arcendas hostilitates & injurias Stephani Bethlen amici vestri, certa est diligentia nostra*, id est: *certum est, quod omnem diligentiam impendemus*. Ex Lit. Item : ایمدی سز داخی اردللو عسکرین جمیع و کلیت تام ایله بر کون اول حاضر وآماده و اول جانبلره حرکتکز اوزره اولمالکز لازم کلمکله مکتوب مودت مصحوب تحریر ایله ارسال اولنمشدر *Vos igitur cum Transylvanico exercitu omni, cum totalitate perfecta, unâ die citius, promptus & dispositus sitis, cumq; motus vester ad illas partes necessarius sit, epistola cum scriptione associatæ benevolentiæ transmissa est*. Ex Lit. Item: بز رعایا فقراسنکز آسوده اولمالری ایچون

ايچون صلح و صلاحي دنيا فنايه ويرن جنكڭ و جدالدن هر زمان يكي استردك *Nos propter statum tranquillum pauperum subditorum*, id est: *Nos, ideo, ut pauperes subditi in statu tranquillo sint, pacem & tranquillitatem, mundo corruptionem danti pugna & bello, semper meliorem existimavimus.* Ex Lit. Item:

حقيقتني ايله بلمكك استروز ويركو ويران افتخار الامراء الملة المسيحية بتلن اشتوان ختمت عواقبه بالخير نهدنك كبي تعدي و تجاوزدن كندو ملكتيمن و اموال و ارزاقيمن ترك ايدوب سعادتلو و عظمتلو پادشاهمز حضرتلرينك سايه سعادتلرينه ارزو كلمسن اختيار ايلمشدر *cum sinceritate scire volumus, tributum dans, Gloria Procerum populi Christiani, Stephanus Bethlen (finis eidem accidentium, sit cum felici fine) ob quas hostilitates & exorbitantias, regiones, bona & facultates suas derelinquens, desiderium & adventum suum ad umbram felicis & magni Regis Nostri (ejusdem Majestatis) praelegerit*, id est: *Ob quas hostilitates & exorbitantias sibi elegerit, ut desideraret & veniret ad umbram felicis & magni Regis.* Ex Lit. Item: قزاق كلمه سي ايچون برآز تاخير اولنمشدر *Ob Cosaccorum* (Tartarorum) *adventum, mora aliqualis facta est.* Gem. Hist. Ex his exemplis, utique patet, quod hæc substantivi forma, vicem particularum causalium verbo junctarum, assumpto affixo, suppleat, quod si affixum desit (quod rarissimè continget) & adsit postpositio aliqua, tunc infini-

finitivi puri loco, ſtare videtur, ut : اَدَا اِيتْمَدَنَه چوق عِنَادْ ايدَرْ pro اَدَا اِيتْمَكْدَه چُوقْ عِنَادْ اِيدَرْ *In perſolvendo, multam obſtinationem exhibet.* Chur. Ef. جَزَايِرْلِي وَ تُونُوسْلِي وَ طَرَه بلُوسْلِي بِرْكُونْ اَوَّلْ كِيرِيدْ جَزِيرَه سِنَه اِمْدَادْ كَلُوبْ يَتِشْمَكْلَرِيچُونْ فَرْمَانْ صَادِرْ اُولُوبْ *Ut Algerini Tunetani & Tripolini, Inſula Cretæ, una die citius ſuppetias ferant, pro eorundem adventu mandatum emanavit.* Gem. Hiſt. Sed & hic tertia perſona ſub ي poſtpoſitionis latere videtur, & vis verbalis, quæ huic nominaſcenti verbo ineſt, non videtur ſe ad tempus præteritum extendere.

Dantur & alia ſubſtantiva, quæ à verbis abjectâ ſyllabâ مَقْ vel مَكْ, infinitivorum præſentium terminatione formantur, illorumque loco, ſyllabam يِشْ cum vi in concreto ſignificandi aſſumunt, & per hoc differunt ab infinitivo præſente, aſſumentè ſyllabam لِقْ vel لِكْ & in abſtracto ſignificante, nec ita latè patens eſt hæc terminatio, ut præcedentium ſubſtantivorum in لِقْ vel لِكْ terminantium. In formatione autem horum ſubſtantivorum ab Infinitivo præſente, ſequentia ſunt obſervanda.

Si litera ante infinitivi præſentis terminationem مَقْ vel مَكْ fuerit conſonans, vocali deſtituta, abjecto مَقْ vel مَكْ ſyllabam يِشْ

يش assumit, ut : آلمق *accipere*, آليش *acceptio*, ويرمكٔ *dare*, ويريش *datio*, hinc est آليش ويريش *acceptio & datio*, id est: *mercatura*, كلمكٔ *venire*, كليش *adventus*, اورمق *percutere*, اوريش *percussio*, كورمكٔ *aspicere*, باقيش *aspectus*, باقمق *videre*, كوريش *visio*, &c.

Si ante مكٔ Infinitivi terminationem, fuerit ت litera, ea vertitur in د, v. g. كتمكٔ *ire*, كديش *itio*, non item ante مق, ut: باتمق *mergi, immergi*, باتيش *immersio*, آتمق *projicere*, آتيش *projectio*.

In Infinitivis trisyllabis & ultro, ق post م, in غ mutatur, ut: يراقمق *projicere*, يراغيش *projectio*.

Si ante syllabas terminationum infinitivi præsentis مق vel مكٔ, fuerit litera ا, nihil immutatur, ut : آغلامق *flere*, آغلايش *fletus*: Quod si litera و fuerit, rejici solet, ut: قورومق *exsiccare*, قوريش *exsiccatio*, يورومكٔ *cum impetu ire*, يوريش *itio cum impetu*, si ه quiescens ante مق & مكٔ fuerit ي, adhuc unum ي assumere videtur, ut : طويمق *animadvertere*, طوييش *animadversio*,

ſio, صويمق *exuere*, صويش *actus exuendi*, ſeu ſi dicere licet *exuitio*. An verba per auxiliaria verba ſtantia, & ſtructuræ has regulas ſequantur, praxis edocebit.

Nemo autem ſibi perſuadeat, hanc regulam, ſe pro uſu turcico, ad perſiſmum extendere, quamvis enim apud Turcas reperiatur ناليش *fletus*, *lamentatio*, *querela*, videaturque promanare ab infinitivo perſico ناليدن *conqueri*, &c. Item & روش *itio*, quaſi à Modſareo perſico روم infinitivi رفتن *ire*, *ambulare*, neque ideo ſupponendum eſt, id regulariter accidere, nam teſte Caſtello, talia, qualia hic videntur, ex perſiſmo ad turciſmum tranſlata ſunt.

Habent ſubinde Turcæ, modum quendam formationis aliorum ſubſtantivorum ex verbis, notanter dico ſubinde, quia non eſt continuus, ſed potiùs uſu receptus, nec ſe procul extendens, fitque mutatâ terminatione Infinitivi in كو, ut: سومك *amare*, سوكو *amor*, آتمق *projicere*, آتكو *projectio*, بلمك *ſcire*, بلكو *ſcientia*, & قورقمق *timere* dat قورقو *timor*, ut: اون ايو صفتلرك اولكيسي و غايت كركلوسي و مقصود اولاني كشينك كوكلنده تكري تعالي سوكوسي و قورقوسي آرتورمقدر *Decem attributorum primum & ſummè neceſſarium & deſideratum in perſona corde, eſt augere DEI excelſi amorem & timorem*. De int. ment. ويرمك *dare*,

وَنه بكلربكيلرِه ويوده لرِه برآقچه ويرِكو *dare*, ويرِكو *tributum*, ويرمدكلرندن *Ex eo, quia nec Beglerbergis, nec Capitaneis, denarium tributi dederunt.* Gem. Hist. Item demendo ق vel ك ultimam infinitivi præsentis literam, manente م, & si ante مق vel مك fuerit gezma, ejus loco ponendo dsammam, vel subinde etiam fatham, ut ab آتمق *projicere*, آتم *projectio* ايچمك *bibere*, ايچم *potus*, آلمق ويرمك *accipere dare*, آلم ويرم *acceptio datio*, id est, *mercatura*, طوتمق *capere, comprehendere.* طوتم *captio, comprehensio*, برطوتم چچك *comprehensio florum*, id est: *fasciculus florum.*

In verbis compositis mediante arabico masdaro & auxiliari verbo turcico, si ratio postularet, ut talis infinitivus verbi compositi, substantivi loco alteri cuidam verbo jungeretur, terminus auxiliaris turcicus, totaliter abjiceretur, manente solo arabico masdaro cum verbo sequente, v.g. تهيه ايتمك *preparare disponere*, nominasceret & fieret تهيه ايتمكلك sequente alio verbo, ايتمكلك rejicietur, remanente solo arabico masdaro, ut: آيين سلاطين اوزره نقل وتحويل اسبابن تهيه بيوردي *Juxta consuetudinem Sultanorum, transportationis & translationis vestium dispositionem imperavit.* De mir, mund, exemplum per se clarum est.

Item

Item obſervandum eſt : quod participium præteriti tempo. ris,affixis junctum (ut ſuo loco viſuri ſumus) ſignificatum ſubſtan. tivi habeat , ut : بنم بي كناه اولدوغمه بو نال نر كه زياني بو خصوصده لال نر *Meæ ſine crimine exiſtentiæ, hæc eſt fiducia, quod omne ejus damnum, ob hoc particulare, ſit Rucinus.* Hum. nam. Item : فلانكك كلدوكي معلوم اولدي quod ſonat : *Illius cujusdam adventus, innotuit.* aſt & ad verbi ſignificatum trahi po. teſt , nempe : *Quod ille quidam advenerit , innotuit.* Hoc nomi. naſcens verbum, involuit in ſe de vi præteriti unde oritur, quo diſ. ſert à nomine ab infinitivo derivato : ſed horum participiorum vis, in ſyntaxi ad conſtructionem participiorum in دوق vel دوكي, magis & magis penetrabitur.

Simile quid eſt & in participiis futuri temporis in جق vel جكي , ut : عاقللر ايله دانشمبان و مشورت ايتميان صوكنده پشيمان اولاجغي مقرردر *Qui ſapientes non conſulit , & conſilium non capit , in fine , pænitentiæ futuritio , certa eſt.* Ch. Efendi. Taliter nominaſcens verbum, involuit in ſe de vi futuri,ni dicere vellemus, quod اولاجغي (ut viſuri ſumus) verbaliter ſit ſumendum , ſcilicet *quod eum pænitebit in fine.*

In præcedenti capite 12. dictum eſt , quod adjectiva منسوب, id eſt : *derivata* dicta , in genere fæminino numeri ſingularis ſumpta , vim ſubſtantivi obtineant, aſt & id ipſum in participio maſculino & fæminino radicum aut ſtructurarum præſentis tem. poris , ſingularis numeri , contingere poſſe , exemplis per pluribus edo-

edocemur: كورەلم قنغي دياركن حاصليدر *videamus cujus regionis proventus est.* Ex Lex. Certum est, quod حاصل, sit forma participii radicis حصل *provenit, extitit*, ast in hoc exemplo, substantivè sumitur pro *proventus.* Dicitur etiam حاصل كلام *summa orationis* sive *discursûs.* ورعيتلك يرلر جملەسندن چقمش اولا بو اعتبار ايلەخواص جملەسندن اولوب خاصە حكمندەدر *Loca ad subjectionem* seu *subditos pertinentia, si extra computum suum exiuerint, per hanc existimationem, quod sint extra computum* proprietatum, *sunt in jurisdictione* proprietatis. Can. Ottom. fundamenta arabismi possidenti, patet, خاصّە, esse participium fæmininum singularis numeri, à participio masculino خاصّ *peculiaris, proprius*, radicis surdæ خصّ, *proprium & peculiare fecit.* Et è prædicto fæminino singulari, esse plurale خواصّ fæmininum, ita ut hoc exemplo, binis vicibus, rei veritas exhibeatur, subinde idipsum in adjectivis formæ فعيل contingere videtur, ut ex adjectivo قبيل *capax*, fiet substantivum *capacitas, ratio*, ut: قبيلندن اولدوغي اظهار و علان ايلدكندە *Dum id exhiberent & manifestarent, quod fuit ex eorum capacitate & ratione.* Gem. Hist. Id ipsum, & in structuris contingere solet, ut: بو تمازي قلمغە

 جميع

جميع حاجتلرين و مهملرين حاضر ايلردي *Ad perſolvendas has preces, collectionem neceſſitatis & ſolicitudinis ſuæ produxit.* Col. Isl. مهم eſt participium tertiæ ſtructuræ, radicis همّ *cogitavit ſolicito animo, &c.* aſt in hoc exemplo, ſubſtantivè, pro *ſolicitudo* ſumitur, verùm in hîc ſequenti, ut participium بر مهم مصلحت بتورمك الجون *Ad perficiendum grave aliquod negotium.* Col. Islam.

Tertiæ perſonæ Modſareorum ſingularis numeri, de quibus ſupra cap. 3. actum eſt, ſubſtantivi vim obtinere videntur, quamvis ut ſuppono, rariùs, v. g. هيچ كسنه نك اولدوغيچون طوتلور طوتلور دكلدر *Ob mortem alicujus, non eſt obſcuratio.* Col. Islam. Modſareum ab infinitivo paſſivo طوتلمق *obſcurari*, ſed de eclypſi Solis aut Lunæ. Sic & participia paſſiva arabum, ſtant ſubſtantivi loco, ut: عالم يوغيدي عالم آنك مخلوق در *Mundus non fuit, mundus, ejus creatura eſt.* Col. Isl. هله مقصود مزه تكلم *Aſt ad noſtrum propoſitum veniamus.* De int. ment. معروض قوللري بودركه *Exhibitio*, ſeu *id quod ſervi ejus exhibent, hoc eſt.*

Non negamus, Turcas, etiam infinitivorum perſicorum tempus præſens ad ſuorum ſubſtantivorum ordinem referre, verùm id obſervavi, ea in circumſtantia, totam conſtrictionem, ſyntaxi perſicæ, alligatam eſſe, prout id orationis perſicæ fluxus exigit, & admittit, quod exemplis exhibeo

حكايت

حكايت رفتن صدر اعظم از پي كفار *Narratio reditûs supremi Vizirii à vestigio* seu *à tergo Infidelium.* Gem. Hist. رفتن *redire*, infinitivus persicus, & tota constructio persica, ut consideranti patebit. Item ibidem, آمدن ايلچيء نمچه *Adventus Legati Germanici.* Constructio, regulam persicam *Quotiescunque, &c.* respicit. Sed horum Infinitivorum usus, est rarissimus. De cætero cum ut in principio hujus capitis dictum est, hæc substantiva non adeo latè patentia sint, ut nos usui accommodemus oportet.

Observandum est, nonnunquam & ipsa participia persica, vim substantivi assumere posse in turcismo, ut: خاكپاي سعادتلرينة روي عبوديت ماليدة قلندقدنصكرة *Persolutâ depressione vultûs submissionis, ad pulverem pedum felicitatum suarum.* Ex Lit. ماليدة participium persicum, *depressus* significans.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Variorum substantivorum in oratione turcica concursus, variorum accidentium in oratione radix.

HOc maximi momenti caput est, per quod in abstrusos modos loquendi Gentis pervenitur, & arcana linguæ turcicæ literaliter sumptæ, penetrantur, & genuina talium constructionum ad Latinitatem translatio obtinetur.

Primo ergo, Turcæ literales, arabicas voces amplectuntur, juxta regulam *Quotiescunque*, arabicè, aut persicè, aut turcicè sumptam, constructas.

Arabica ſubſtantiva, plerumque ſubſtantivis Arabicis مَدَارْ *locus circuitionis* & مَآبْ *reditus ad locum* junguntur, quæ diverſo reſpectu à nobis Latinis, nunc pro adjectivis, nunc pro ſubſtantivis capi poſſunt, de quibus ſupra in hoc tractat cap. 7. dictum eſt, quod vide.

5 دَارْ *Domus, domicilium* uſui arabico inſiſtendo, ita ut juxta regulam arabicam *Quotiescunque* procedatur, cum aliud ſubſtantivum arabicum ſequitur, conjunctim & in primo loco cum tali ſubſtantivo juxta regulæ exigentiam (quæ in hoc capite, & in ſyntaxi mea arabica de conſtructione nominis, videri poteſt) poſitum, facit ſubſtantivum compoſitum, ut: دَارُ ٱلسَّلَامْ *Domus ſalutis*, id eſt: *Paradiſus*, دَارُ ٱلسَّعَادَتْ *domus felicitatis*, id eſt: *Clauſura Concubinarum Sultani*, دَارُ ٱلسَّعَادَتْ آغاسي *Clauſura Concubinarum ſupremus Eunuchus.* دَارُ ٱلْعَدَالَتْ *Domus æquitatis*, id eſt: *Aula Regis.* دَارُ ٱلْإسْلَامْ *Domus Islamiſmi*, id eſt: *Regiones Muhammediſmum ſectantes* دَارُ ٱلْبَقَا *Domus permanſionis*, id eſt: *locus ubi quis poſt hanc vitam morabitur.* دَارُ ٱلْفَنَا *Domus corruptionis*, id eſt: *Mundus caducus.* دَارُ ٱلضَّرْبْ *Domus percuſſionis*, id eſt: *Monetaria officina* دَارُ ٱلْحُزْنْ *Domus triſtitiæ*, id eſt: *Carcer*, ſeu *infernus* دَارُ ٱلْمِحْنَتْ *Domus tribulationis*, id eſt: *infernus.* دَارُ ٱلْبَوَارْ *Domus exitii*, id eſt: *Locus ubi quis periclitari poteſt.* دَارُ ٱلْفَنَادَنْ

دَارُ ٱلْبَقَايَهْ

دَارُ ٱلْبَقَايَهَ رِحْلَتْ اَيْلَمِشْدُرْ *De doma corruptionis, ad domum permansionis, migrationem fecit*, id eſt: *mortuus eſt.*

Hoc ipſum arabicum ſubſtantivum دَارْ, junctum cum aliis ſubſtantivis arabicis, ad regulam perſicam *Quotiescunque* tranſire poteſt, ut: دَارِشِفَا *Domus ſanationis*, id eſt: *Noſocomium* دَارِنَعِيمْ *Domus commoditatis*, id eſt: *Paradiſus*, دَارِصِينِي vulgò دَارْجِينْ *Cinnamomum*, quaſi *Sinenſe domicilium*, ex ſuppoſito quod è Sinis adferatur. اوُلْ دَارِ مُكَافَاتْدَهْ *in illo Domicilio gratitudinum*. Lexic. Sed ad alia compoſita arabica, juxta arabicam regulam *Quotiescunque* progrediendum eſt.

Compoſita ſubſtantiva, purè arabica juxta arabicam regulam *Quotiescunque*.

أَمِيرُ ٱلْأُمَرَاءِ *Princeps Principum* طَرِيقُ ٱلْجِهَادْ *regula belli ſacri*. قَنَادِيلُ ٱلرَّشَادْ *Lucernæ viæ rectæ* يَوْمُ ٱلْحَشْرْ *dies reſuſcitationis* شَمْسُ ٱلدِّينْ *Polus fidei*, نُورُ ٱلدِّينْ *Lux fidei*, قُطْبُ ٱلدِّينْ *Sol fidei.*

Examen compoſitorum ſubſtantivorum, juxta regulam perſieam *Quotiescunquee*

NOtandum, quod hi per metaphoras & allegorias loquendi modi, apud Turcas, à modis loquendi Latinorum & aliarum linguarum Europæarum ſint valdè alieni, ſenſus ſenſui attamen, accommodabilis. Scriptores Turcarum ordinis excellentioris, ſimilibus metaphoris & allegoriis, hiſtorias ſuas adim-

 plent,

plent, ſtylus ut plurimum, regulæ perſicæ *Quotiescunque* alligatus, quæ perſæpe, rei aut qualitatis Poſſeſſorem, actionem & paſſionem, aut rei qualitatem ſimpliciter indicat, aut modos noſtros loquendi per pronomina relativa in ſe continent. Duorum ſubſtantivorum rerum diverſarum concurſus, indiſtinctè, more perſico, ex duplici capite contingere poteſt, vel quia regula *Quotiescunque* id exigit, vel quia nomen compoſitum eſt: cum autem in manuſcriptis, vocalibus deſtitutis, perſæpe dubium incidere poſſit, an talis ſubſtantivorum concurſus, ex ratione *Quotiescunque* vel an ex ratione compoſiti contingat? in dubiis, quod veriſimiliùs eſt, ſequendum eſt, veriſimilius autem eſt, regulam *Quotiescunque* latiùs patere quàm nomina compoſita, ergo regula *Quotiescunque* magis inſpicienda erit, per conſequens, ejusdem qualitas etiam in ipſis compoſitis cognoſci poterit, qua de cauſa, ſciendum eſt; præter illam communiter notam regulam *Quotiescunque* Perſarum, de qua in grammacica mea perſica tract. 2. cap. 6. & in ejusdem linguæ ſyntaxi mea. *De conſtructione nominis*, pag. 475. actum eſt, dari adhuc apud Perſas aliam regulam *Quotiescunque*, poſitione ي literæ, keſræ aut hamzæ ء primæ ſimilem, ſed ordine differentem, quia illud ipſum ſubſtantivum, quod ي literam keſram aut ء aſſumit, eſt ipſiſſimus Genitivi caſus; ita eſſe, colligere debui ex dictionario perſico-latino Golii & Caſtelli, in quo per plurima hujusmodi compoſita, latinè reddita reperi, hinc mihi dubitandi ratio & inquirendi ſtimulus, cum in ſubſtantivis compoſitis à Golio & Caſtello productis, hujusmodi compoſitio reperiatur, ut ſubſtantivum illud quod in genitivi caſu collocatur, literam ي keſram aut ء ſuſcipiat, an non id ipſum etiam pro regula *Quotiescunque* extra rationem compoſiti ſtare poſſit? cum autem manuſcripta ſine vocalibus, ad inquirendum in id, ſint inepta, mihi ad manuſcripta cum vocalibus recurrendum fuerat, ſecurus, quod ſi in iis rem in-

intentam obtinerem, simul & in manuscriptis sine vocalibus eam obtinuerim. Veritatem rei ergo, quod & regula *Quotiescunque*, in adductis compositis, à Golio & Castello similis esse possit, in manuscriptis vocalizatis reperi, quod sequentibus exemplis, clarè demonstro, v. g. قول حق تعالی یه کمال لیاقتله لایق اولماز

قول حق کمال درجه حاصل اولماز primum membrum est, قول حق

تعالی یه *Servus*, *DEO Excelso*, æquè in turcismo, dativi casus, ob verbum لایق اولمق quod dativum regit, membrum alterum est,

کمال لیاقتله quod membrum ad utramque regulam persicam *Quotiescunque* trahi potest, eritque: *Servus*, *DEO excelso*, *perfectione convenientiæ*, vel *perfectionis covenientiâ*, *non convenit*. Membrum tertium est کمال درجه حاصل اولماز, hoc membrum exhibet, quod terminus ille کمال, qui kesram sub ultimâ litera habet, omnino sit ipse genitivus, quia id ipsum ratio sensus exigit, درجه enim *gradus*, terminus alter, nominativus est, حاصل اولماز *non acquiritur*, & hîc est absolutè regula *Quotiescunque* à me observata, & est: *perfectionis gradus*, *non acquiritur* totus sensus est. *Servus*, *DEO Excelso*, *perfectionis convenientiâ*, *non convenit*, *perfectionis gradus non acquiritur*. De int. ment. Item in libro vocalizato اول موعظه زلال ایله انطفا بولمزسه ایکنجی

اول موعظه زلال ایله : primum membrum رکعه کوستره

انطفا بولمزسه regula à me observata, hîc manifestè patet.

Si

Si hujus moniti aquâ lympidâ non extinguetur. موعظه *moniti* omninò eſt ipſe genitivi caſus, repugnaret enim rationi, dicere: *ſi aquæ lympidæ monito non extinguetur.* Quia allegoria eſt, aqua lympida, quæ termino moniti, allegoricè adjicitur, cum v. g. vitium monito ſeu admonitione extinguatur, totus ſenſus eſt: *Si hujus moniti aquâ lymöidâ non extinguetur, ſecundam inclinationem exhibeat.* Col. Islam. Item de int. ment. اهل كتابدن هيچ كيمسه قالماز البته موتندن اول ايمان كتورسه كركي عيسى دكولدكنه اما اول ايمان بأس در مفيد اولماز id eſt: *De Poſſeſſoribus librorum* (veteris & novi Teſtamenti & alCorani) *nemo ſupererit*, aut *remanebit*, *quin non omnino ante mortem ſuam credat oporteat*, *quod non fuerit JESUS* (qui fuit crucifixus) *ſed eſt fidei calamitas, non proderit.* ايمان بأس eſt accurata authoris vocalizatio, *fidei calamitas*: quod ſi quis ultro diſputare vellet, & dicere, quod etiam poſſet dici *fides calamitatis*, en aliud exemplum, quod ita inverti nequit, ex eodem libro داود نبي اوغلي سليمان پيغمبر ايله اول قدس شريفده مسجد اقصاي ياپديلر و قبله كاه اول اولدي David Propheta, cum filio ſuo Suleimano, (Salomone) *Propheta*, *in nobili ſanctuario* (Hieroſolyma) *templi terminos*, ſeu *extremitates*, *ædificaverunt*, *& ille*, *factus eſt meridiei locus.* Annexionis ſeu regula *Quotieſcunque*, eſt, *templi extremitates*, quod ſi quis dicere vellet, *extremitatum templum* & ſenſui & rationi adverſaretur. Si certi ſumus de exemplis in manuſcriptis vocalizatis repertis, quid de manuſcriptis non vocalizatis eſt dubitandum? nulla enim differentia inter manuſcripta vocalizata & non vocalizata quoad ſub-

ſubſtantiam, præciſè accidentalis differentia eſt, quæ rei ſubſtantiali nihil derogat; fundamenta è manuſcriptis vocalizatis deſumpta, pro non vocalizatis ſerviant اينهٔ ضمير منير خسرواني‌ده كه مدار الهامات ربّاني Hiſt. Sul. certum eſt quod ضميرْ, ſit ſubſtantivum, *arcanum. conſcientia*, *animus*, *arcanum mentis*, ſignificans & آيْنه *ſpeculum*, quod ergo آيْنه ſignum ء ſuſcipiat, ratio eſt, quia per hoc ipſum ſignum, inſinuatur, quod ſequens ضمير ſit, genitivi caſus, Item ſubſtantivum اَلْهامَاتْ pluralis arabicus â ſingulari اَلْهامْ *inſpiratio*, habet ante ſe ſubſtantivum arabicum مَدَارْ *locus*, advertitur concurſus duorum ſubſtantivorum rerum diverſarum, ſignum regulæ, nullum videmus, ergo juxta regulam è manuſcriptis vocalizatis hauſtam, procedamus, ſubſtantivum مَدَارْ quod præcedit, ſigno regulæ notetur & legamus مَدَارِ اَلْهامَاتْ & comperiemus اَلْهامَاتْ eſſe caſum genitivi, & abſtrahendo ab aliis obſervationibus quæ in hoc exemplo latent, lectio erit آيْنهٔ ضَميرِ مُنيرْ خُسْرَوَانيْ‌دَه كـــه مَدَارِ اَلْهامَاتِ رَبّانيْ‌دُرْ in hoc exemplo è manuſcripto non vocalizato, binis vicibus regula *Quotieſcunque* perſica nota & ordinaria reperitur, & ſecura interpretatio obtinetur ***In illuſtri & regio ſpeculo arcani mentis, qui eſt locus divinarum inſpirationum.***

Nunc ad regulam obſervationis meæ tranſire lubet, apud

 eun-

eundem Mustapham Ben Gelal reperitur آخر الامر فوز و نصرت نصيب غازيان ظفر حشت واقع اولوب عرابه حصاري بوزلدي Hoc exemplum ritê examinatum, regulam observationis meæ ita manifeste exhibet, ut ejusdem veritas nullô modô negari possit, exempli cum claritudine vocalizatio hæc est. آخِرْ اَلاَمْر فَوزُو نُصْرَتْ نَصِيبِ غَازِيانْ ظَفرِ حَشْتَتْ وَاقِـعْ أُولُوبْ عَرَابَه حِصَارِي بُوزُلْدي *Postremum rei (tandem) Victoria & triumphus bona sors pugnantium, cum Victoriæ assistentia* vel *ira obtigisset, obscœnus sermo illi' muniminis fuit interruptus* ظَفرِ حَشْمَتْ *Victoriæ assistentiæ* ita ut sensus sit, quod per assistentiam Victoriæ, seu per Victoriam, obscœnus sermo muniminis fuerit interruptus. Item ibidem مصر سلطاني قانصو غـوريي خاكي مذلته دشوروب regula *Quotiescunque* in hoc exemplo est, مَذَلّتَه خاكِي meæ observationis, ita ut hoc exemplum ita sit vocalizandum & interpretandum مِصرْ سُلْطَانِي قَانْصُو غَورِيِي خَاكِي مَذَلَّتَه دُ شُرُوبْ *Cum Ægypti Sultanum Kansu Gaurium ad terræ vilitatem redigisset.* Patet ergo quod detur regula *Quotiescunque* persica, meæ observationis.

An inter regulam *Quotiescunque* Persicam notam & meæ obſervationis, differentia aſſignari poſſit.

HÆ duæ regulæ inter ſe differunt, nam regula *Quotiescunque* perſica nota & ordinaria, me magis expertorum ſalvo judicio, videtur minus qualificationem ſed magis ſimplicem relationem rei ad rem exprimere ut: دَارِ شِفَا *dom⁹ ſanationis* دَارِ نَعِيم *Domus commoditatis* دَارِ مُكَافَاة *Domus compenſationis*, & his ſimilia ſimpliciter unum ad alterum refertur. Regula autem meæ obſervationis relationem rei ad rem minus, ſed magis qualificationem rei ad rem ſeu qualiter ſe res habeat reſpicit ut: ظَفَرِ حَشَمَت *Victoria ira*, non quælibet *ira* ſed talis qualem Victoria Victori imprimit خَاكِ مَذَلَّت *terra vilitas* non quælibet *vilitas* ſed talis qualis illa eſſe ſolet, cum præ contemptu res ad terram proiicitur, hanc modalitatem regulæ *Quotiescunque* Latinus ſermo haud admittit, ſed elegantius alia phraſe utitur, dicitque v. g. *cum Victoria imminens Pugnantium animos ad iram concitaſſet*. Item *Ægypti Sultanum extremè confudit & ad nihilum redegit.* Et hæ regulæ *Quotiescuque* ſigna, quia ad ſenſum juvant, *explicativa adjectio* explicant illumque إضَافَة ٱلْبَيَانِيَّة, appellari poſſunt, hæ ſunt differentiæ, quas eſſe debere mihi perſuadeo.

De regula *Quotiescunque* perſica, non ſignis indicatata, ſed abſolutè ſtante.

VIdimus duas qualitates regulæ *Quotiescunque* perſicæ, inter ſe differentes, nunc ad tertiam qualitatemtranſeundum eſt, quę à priorib⁹ in eo diferre videtur quod huj⁹ regulę proprietas ad modos

in abstracto loquendi, referatur, intercedente Latinorum pronomine relativo *quidam quadam* v.g. سعادت ذو جهاني يه باعث علم و عملدر *utriusque mundi felicitati, quadam scientia & operationis causa est* de. int. ment. باعث est *causa*, sub ث kesræ signum esse deberet ut insinuaretur quod علم & عمل sint genitivi casus, & tamen non est. Item ibid & ex manuscriptis non vocalizatis v. g. طبور بغلبوب مارشكل اژدر هيكل نارنم آتش قم طوپلر قور وب *Cum castrorum aciem instruxisset, quandam serpentis figuram, Draconis formam, quendam foci furnum & quoddam ignis os, tormenta disposuit* Hist. sul.

Ad hanc adnotationem, referendi sunt modi illi, quibus Turcæ in suarum literarum præfationibus utuntur. v. g. مصادقت نشان *veracitatis signum* عنوان مخالصت *candoris typus*, qui modi, similes sunt regulę *Quotiescunq;* persicæ meæ observationis, & dicunt, قدوة الامراء الكرام العيسوية عمدة الكبراء الفخام الملة المسيحية مصلح مصالح الطايفة النصرانية مصادقت نشان مخالصت عنوان *Exemplar imperantium generosorum Christianorum, Columna Magnatum gentis Christianæ, Director negotiorum Populi Nazareni, veracitatis signum & candoris typus.* ex lit.

De

De nomine quasi composito.

Turcæ per regulam *Quotiescunque* Persarum in orationem suam Metonymiæ allegoriæ & antonomasiæ tropos eleganter inducunt, quam phrasem, nomen quasi compositum appello, quia terminus quivis singulari suo significato gaudet: nomen quod præcedit nomen quasi compositum juxta regulam *Quotiescunque* Persarum, fere semper meæ observationis, kesra vel ء ultimam suam literam vult notari, ut insinuet, sequens quasi compositum, per hîc dictam regulam *Quotiescunque* resolvi debere. Hujus phrasis fundamentum è Canonibus Ottomanicis (quod est manuscripitum suis vocalibus insignitum,) desumptum est, cujus exempla, se ita habent. آستانهٔ معدلت پناهه ارسال اولنور *Ad Portam æquitatis asylum transmittatur* قوانين جهان بانى *Canones orbis custodia.* In his quasi compositis, reperiuntur loquendi modi Latinorum per verba & pronomina relativa *qui, quæ quod.* Sic hæc exempla resolventur *Ad Portam, quæ est æquitatis asylum transmittatur. Canones qui orbem custodiunt.*

تيغ اجل شربتى *gladius fati potus* سدهٔ سعادت شعار *Porta felicitatis symbolum* براة سعادت آيات *diploma, felicitatis signum* سدهٔ سپهر احتشام *Aula cœlestis orbis pompa* رايات سعادت آيات *vexilla, felicitatis signa* عسكر ظفر رهبر *exercit⁹ Victoriæ Dux.* باشاء ظفر نصاب *Bassa Victoriæ radix, seu origo seu causa seu fundamentum* آيات سعادت غايات *signa felicitatis termini* و ياخود

یاخود عسکر ظفر پیکرم ارسال اولنمق لازم گله *vel si forte necessarium foret ut exertitus meus Victoria vultus mitteretur.* Hist. Sul. شهریار فتح نصاب و ظفر نصیب *Opitulator Civis, expugnationis fundamentum & Victoriæ portio,* کلام مودت ارتسام *verbum amicitiæ designatio*, id est *verbum amicitiam exprimens, designans.* Item عساکر دشمن شکار *Legiones hostis venatio*, auri Latinæ injucunda Metonymia, melius Latinè *Legiones hostis venatrices* seu *quæ hostes venantur.* id est *Legiones hostibus prævalidæ* Item سپاه شیاطین پناه *Miles dæmonum asylum* vel si lubet *dæmones asylum* Latini dicerent potius, *dæmonum præstigiis adhærens miles* sunt item diversi termini hujusmodi, phrasibus speciali quodam modo dedicati, veluti انجام vel فرجام teste Golio & Castello in eorum Dictionario persico-latino *finis, operis extremum*, quorum terminorum significatum, in his loquendi modis Turcarum, Latinis idem erit ac *objectum, causa finalis* v.g. عسکر اسلام ظفر انجام *Exercitus Islamismi pro finali objecto victoriam habens* sic عزیمت ظفر فرجام *adhibitio conatus Victoriæ, finis* juxta Latinos, *Conatus cujus causa finalis, est Victoria* Item عامه عساکر اسلام نصر انجام جمع اولوب *Cum totus exercitus Islamismi cujus causa finalis est auxilium* unitus esset لعین کفر آیین نکبت انجام شیطنت فرجام *Maledictus impietatis consuetudo, afflictionis causa & diabolica Malignitatis fina*

nale objectū seu *anthor, pertinet* seu *refertur*, بُو طَايِفَهٔ شَيَاطِينْ

اِنْتِسَابْ *Hic populus dæmonum pertinentia* id est *populus qui ad dæmones pertinet*, seu *ad dæmones refertur* عَسْكَرِ ظَفَرْ اِنْتِسَابْ *exercitus Victoriæ pertinentia* id est; *exercitus qui ad Victoriam* seu *ad vincendum pertinet* seu *refertur*. رِكَابِ سَعَادَتْ اِنْتِسَابْ *Stapes felicitatis pertinentia, Stapes equi cui Sultanus insidet, ita ut sit, Stapes, qui ad felicitatem refertur*. Ipse enim Sultanus cum literis, aliquem suorum Procerum ad se vocat, mandati stylus est:

سَنْ كه شَامْ بَكْلَربَكِيسِي سَنْ اِيكِي قُوتَاغِي بِرْ اِيدُوبْ آسِتَانَهٔ سَعَادَتْمَه بِرْ كُونْ اَوَّلْ كَلُوبْ رِكَابِمَه يُوزْ سُورَه سَنْ *Tu qui Syriæ Beglerbegus, duo diversoria unum fac, ad limen felicitatis meæ, una die prius veni, & ad stapedes meos faciem inclinabis* Gem. Hist. اِنْتِمَا idem quod hîc præcedens اِنْتِسَابْ ut جَمْهُور

آنَامْدَنْ فَاطِنَانْ سُدَّهٔ سَعَادَتْ اِنْتِمَا *De communitate hominum perspicaces, Portæ felicitatis pertinentia, quæad felicitatem pertinent* كَلَامْ مُوَدَّتْ اِرْتِسَامْ *Verbum amicitiæ præ se latio*, id est *Verbum, quod præ se fert amicitiam* مَرَدهٔ شَيَاطِينْ اِسْتِينَاسْ *Contumaces dæmonum familiaritas* id est *Contumaces dæmonum familiares* خُلَاصَهٔ پَيَامْ مُخَالَصَاتْ *Rei optimæ annuntiationis sinceritas* قَلْعه لَرِينَه رَايَاتِ اِسْلَامْ اَعْلَامِ نُصْرَتْ پَيَامْ نَصْبْ اُولُنْدِي

Ad

Ad eorum arces, vexilla Islamiſmi, ſigna informationis victoriæ, fixa fuerunt سلام سلامت رسان و پیام مصادقت بیان *Salus pacem perferens & annuntiatio candoris manifeſtatio*, id eſt *annuntiatio candorem manifeſtans* ſeu *quæ candorem manifeſtat.* دلاوران شیرکمین بهادران اژدر آیین سپاه ظفرپناه جند مغفر جیش دشمن ستان لشکر حرب آشیان یریر متحرك و جنبان اولدي *Cordati, Leonum inſidiæ, ſtrenui, Draconum conſuetudines, miles Victoriæ refugium, Legiones, caſſis exercitus, hoſtis captor, belligerantium copiæ, belli nidus, ſparſim ſe moventes, mobilesque evaſerunt Hiſt. Sul. ſic* آستان سعادت آشیان *Porta felicitatis nidus.*

Per hos deſcribendi modos formant Turcæ ſuas definitiones conglobatas, quæ nobis Latinis ſunt obſcuræ, exercitij cauſa periodum unam adjungo & explico, حضرت پادشاه فوز نصاب و نصر انتساب خداوندكار كامیاب مالك الرقاب شهنشاه اسكروش ستان و فتح ماب خدیو مبارك غزا و همایون جهاد و سعادت اكتساب خلد الله تعالي ملكه الي یوم الحساب منصور و مظفر اولوب اعلام اسلام نصرت انجام كه قدري فرق فرقدانه ایرشوب بلند و رفیع اولدي

De verbo ad verbum *Majeſtas Regis felicitatis origo, & auxilij re-*

relatio five *Victoriæ derivatio*, *Princeps voti compos*, *Dominus custodiæ*, *Rex Regum*, *Hungarorum captor*, *& locus quò expugnationis est reditus*, *Princeps benedictæ expugnationis bellicæ*, *& Augustus sacri belli*, *felicitatis acquisitio* (*DEUS excelsus regnum ejus usque ad diem rationis perpetuet*) *cum adiutus* [à DEO scilicet] *& victoriosus esset*, *& vexilla*, *Islamismi defensio*, *termini prædestinatio*, *ad verticem duarum stellarum poli pervenissent*, *magnus & altus evasit*. Hist. Suleim. in hac definitione conglobata, figura similiter desinens per se patens est, & obscuritas orationis primà, est *auxilij relatio* seu *Victoriæ derivatio*, rationabile autem est, quod significare debeat, Majestas Regis ad cujus auxilium victoriæ sunt referendæ, seu à cūjus auxilio Victoriæ derivantur, ita ut stante hoc sensu dici possit, *Majestas Regis*, *felicitatis origo & Victoriarum fons*, obscuritas secunda est *Dominus custodiæ* id est *Dominus qui custodit*, videtur intelligi debere *Custos Patriæ* seu *Patriæ conservator*, obscuritas tertia est *locus quò expugnationis est reditus* seu si mavis *locus quò victoriæ est reditus* & hîc id subtilitatis latere potest, quasi Victoriarum causa & origo, Princeps foret, & Victoriæ, adeum, ut ad causam & originem suam redirent, huic subtilitati in latinitate correspondere potest, *Victoriis inclytus*, quarta difficultas esse potest *felicitatis acquisitio* à nobis latinis *fortuna comite* &c. relictis cæteris cujuslibet examini, latinà phrase periodus tota sic exprimenda videtur. *Majestas Regis*, *felicitatis origo & Victoriarum fons*, *Princeps voti compos*, *Populorumque Tutor & Custos*, *Rex Regum*, *Hungarorum Domitor*, *Victoriis inclytus* ; *fortuna Comite*, *expeditionis bellicæ faustus Heros*, *sacri belli Dux Augustus* (*DEUS excelsus à quo ei auxilium & Victoriarum cursus*) *regnum ejus usque ad sæculorum consumationem perpetuum reddat*) *Cum Islamismi vexilla* (*quibus inest vincendi potestas*) *ad verticem stellarum poli pervenissent*, *celsitudinis gloria*, *celebris evasit*.

Hujus autem Gentis phrasis, per has regulas *Quotiescunque* persicas, non exiguam, attentionem studentis requirunt, cum

facile de uno ad alium loquendi modum eleganter evagentur, & facile de quasi composito, ad non composita, & per regulam persicam *Quotiescunque* exprimenda transeant v. g. حصارِ ڭ

دریا جانبنده واقع اولان طوب قابولري آچوب اژدر

نعره نار بهره صاعقه شان رعد نشان آتش فشان سنك

رسان چقلوشغه و سایر طوپلرینه اود ویروب جهانی

پر ظلام و دود ایلدیلر *Ad latus muniminis maris, existentia tormentorum loculamenta, aperuerunt, & Draconum rugitum, ignis partem, fulminis qualitatem, tonitrui signum, ignem spargens, lapides perferens, falconettas* (si germanismo latinizare liceret) *& alia tormenta igne accenderunt, & orbem plenum tenebris & fumo reddiderunt* : Hæc est descriptio tormenti bellici succensi, per meras regulas *Quotiescunque*, & per figuras similiter cadentes, nunc correspondentia masdari arabici ad substantivum persicum, & masdari arabici & substantivi persici cum participio persico, ut examinanti patebit, quam descriptionem Latini per pronomina relativa aut alias phrases v. g. sic formarent. *Tormenta quæ Draconum rugitum imitantur*, aut, *tormenta Draconum rugitum exprimentia, quæ flammas devorantes evomunt, naturam fulminis imitantia, tonitrui fragorem edentia, ignem eijcientia, lapides proijcientia & falconettas igne accenderunt &c.* subinde ad accomodandam orationi hanc figuram, participiis arabicis, pluralis persici terminationem, adiiciunt, ut similis desinentia, participio persico convenire possit. v.g. جیش دریا غازیان سعادت رسان

Exercitus maris qualitas, Pugnatores felicitatis adlatores. Nec nomen actoris arabicum ab ejusmodi phrasibus est excludendum

dum v. g. نقاش زبان كه رسام بدايع *Pictor sermonis qui (est) sculptor eximiarum & de novo productarum rerū.* Aliquando primus terminus est genitivus regulæ *Quotiescunque* cum sequens casus, fit casus participii ut فتوحات عبرت نما *expugnationis exemplum ostendens*, hactenus adducta exempla sunt fere omnia ex Hist. Suleim.

Advertendum attamen, quod terminus آيات, non tam juxta simplex suum significatum, quàm juxta sensum quendam mysticum sit intelligendus, آيات pluralis arabicus, *signa* sed & *Alcorani versiculos* aut si dicere volumus, *oracula Alcorani* significare potest, ut habetur apud Mustapham Ben Gelal in procemio Hist. Suleimani معجزات هدايت آيات *miracula demonstrationis ductûs oracula*, id est, *doctrina Alcorani, quæ ducit ad æternam salutem* juxta Muhammedanorum phantasmata, sed ad rem meam magis facit ipsius Alcorani textus in Surata Locman, cujus Suratæ principiū est : تلك آيات الكتاب الحكيم *Hæc signa* sed est potius. *Hæc oracula libri sapientis.* Ita interpretes Alcorani, qua de causa, ubi vox آيات obvia habetur, attendendum est, num non mysticè potiùs quàm simpliciter sumi debeat, sic رايات سعادت آيات hoc in loco آيات simpliciter *signa* significare videtur, *Vexilla felicitatis signa* sed آيات سعادت غايات

hoc

hoc in loco آيَاتْ videtur mihi, quod *oracula Alcorani* indicare velit, *oracula Alcorani* ut *felicitatis termini*, id est *vivere juxta Alcorani instituta, sunt felicitatis termini*, sed in similibus æquivocationibus sensûs à discursui subjecta materia eliciendus est, sic etiam غُزَاتِ نُصْرَتْ آيَاتْ primo aspectu *Pugnatores, Victoria signa*, diceretur, sed si sensus mysticus consideretur, hæc sententia insinuat oraculum seu versiculum illum Corani cujus titulus est: سُورَةُ ٱلصَّفِّ *Caput aciei* ubi dicitur: إِنَّ ٱللَّهَ يُحِبُّ ٱلَّذِينَ يُقَاتِلُونَ فِي سَبِيلِهِ صَفًّا كَأَنَّهُمْ بُنْيَانٌ مَرْصُوصٌ *Utique DEUS diligit eos, qui pugnant in semita ipsius, acie instructà, ac si ipsi structura compacta*: hoc Alcorani oraculo supposito, interpretatio sic instituenda esse videtur, *Pugnatores, Victoriæ oracula*, id est, *Pugnatores de quibus in oraculis Alcorani* عَسْكَرِ فَوزْ آيَاتْ & in hac phrase sensus mysticus latere videtur, & Alcorani caput 48. سُورَةُ ٱلْفَتْحِ *Caput Victoriæ*, de verbo ad verbum quidem est *Exercitus, Victoriæ signa*, sed sensus consideratus juxta Alcorani ut supponunt oracula, ad hoc caput Victoriæ alludit, quasi diceretur *Exercitus Victoriæ oracula* seu *Exercitus habens se, ut in Victoriæ oraculo continetur* sic & : رَايَاتِ مَيْمَنَتْ آيَاتْ *Vexilla prosperitatis oraculi &c.* & his similia tali observationi, subjecta erunt.

Hujus nominis quasi compositi cursus, per interjectionem membri alicujus, qnod ad parenthesim aliquam reduci potest, impediri

diri posse non videtur v. g. پادشاه ظلّ الله دين پناه خلّدت خلافته حضرتلري اول كون لباس جنگ تلبيس اولوب *Cum Rex, umbra DEI, Religionis asylum, ejusdem Majestatis Imperium perennare faciat, illâ die belli vestibus se induisset* Hist. Sulc.

پادشاه دين پناه est regula *Quotiescunque* per nomen quasi compositum *Rex Religionis asylum*, intercedit autem ظلّ الله *Umbra DEI*, quod regulæ non præjudicat, cum per parenthesim se intrudat.

Ratione etiam assequimur, quod ab hac adnotatione, lectio juxta regulam persicam *Quotiescunque* meæ observatinnis, excludi non possit, v. g. جمال آفتاب احتشام *Pulchritudo Solis pudor*, id est *Pulchritudo quæ Solem pudore afficit* Hist. Suleim. Item ibid شاه ملايك سپاه *Rex Angelorum exercitûs* id est *Rex qui possidet exercitus Angelorum*, quod si similia orationis membra juxta notam & ordinariam regulam persicam *Quotiescunque* legi deberent, nullus inde sensus obtineri posset: nec ratio repugnare videtur, si subinde & in iis quæ similia suut præcedentibus, lectio similis institueretur. v. g. صاحب قران شهنشاه ملايك شان *Heros Rex Regum, Angelorum dignitas*, id est *Rex Regum, qui Angelicam dignitatem possidet* Hist. Sul. non nego autem, quin id, quod usus obtinet, prævalere debeat.

Turcæ nominibus compoſitis per regulas *Quotiescunque* Perſarum, turcicam declinabilitatem tribuunt & orationem ſuam exornant.

IN elegantia orationi ſuæ procuranda, Turcæ omnem conatum impendunt, hinc eſt, quod ad ſuaviloquentiam ſuæ orationi comparandam, innumera nomina compoſita, juxta regulam perſicam *Quoiescunque* ſibi forment, & ea ad orationem, nunc abſoſolutè Perſarum more, nunc aliquid de ſuo, declinabilitatem turcicam ſcilicet, illis addendo, trahant, ut hîc ſequente exemplo demonſtro: كامكار بكلر جوانلر دليرلر شهبازلر بهادرلر هنكامه كيرلر دشمن شكارلر عدو ستانلر كافر كشلر نيزه دستلر آلاي شكستلر زره تنلر جوشن بدنلر تغولغه سرلر توبغون پوشلر ستور دوشلر دريا خروشلر قات بر قات كويا حصار و توقات ايلديلر *Domini voti compotes, Juvenes, Cordati, qui ſunt ad inſtar falconis, Strenui viri, capientes tempus (obſervantes pugnæ tempus) hoſtium venatores, inimicorum captores, qui trahunt infideles, manu haſtas gerentes, acies frangentes, loricata corpora, ferro induti viri, Caſſide munita capita, galeâ, amicti, jumentorum bellicorum tergora, maris vehementes impetus latus ſuper latus veluti ſepimentum, & cuſtodiverunt.* Hiſt. Suleim. de pugna cum Ludovico Rege Hung. ad Mohacz.

De regula *Quotiescunque*, rei qualitatem, ſubſtantivè explicante.

NOn niſi ob fugam ab amphitologia ratione præcedentis regulæ, hæc obſervatio ponenda erat, quia in manuſcriptis ſi-

fine vocalibus, ubi ob fcribendi paritatem conftructionis diverfitas non reperitur, dubij haud daretur refolutio, fubdiftinguendi modalitas è manufcriptis vocalizatis comprehendenda eft, modus procedendi per regulam *Quociescunque* perficam notam & ordinariam, in rerum qualitate fubftantivè exprimenda, in manufcriptis non vocalizatis, eft fimillima præcedenti, in manufcriptis vocalizatis autem, in eo differt, quod cum fequens regula *Quotiescunque* non habeat fe ut adjectivum qualificans, id quod præcedit, nullomodo kefra fed gezma notetur, fequentia autem duo fubftantiva rerum diverfarum juxta notam & ordinariam regulam *Quotiescunque* Perfarum exprimuntur, etfi non notentur: exemplum eft in præcitatis Canonibus Ottomanicis vocalibus infignitis, ut: قَوَاعِدِ عُرْفِيَّهٔ عُثْمَانِيَّكه مَدَارْ صَلَاحِ عَالَمْ *Canones gravaminum Ottomanicorum, quorum circumgyratio eft tranquillitas Orbis*, ad cujus imitationem, legendus eft textus non vocalizatus v. g. أُمِيدْ كُحْلِ مَقْصُودْ *fpes collyrium defiderij.*

Effe poteft ut in uno eodemque orationis membro, utriusque obfervationis lectio reperiatur, ad hoc afferendum, me inducit illud orationis membrum, ut & alia quæ apud Muftapham. Ben Gelal in Hiftoria Suleimani fecundi reperiuntur. v. g. اول مقام بهشت ارام fi hoc orationis membrum juxta primam obfervationem legero, erit أَوَّلْ مَقَامِ بِهِشْتِ آرَامْ & fignificabit, *ille locus qui eft Paradifus quietis*, fi juxta fecundam obfervationem, erit أَوَّلْ مَقَامِ بِهِشْتِ آرَامْ & fignificabit *ille locus Paradifi quies*, lectionis diverfitas eodem fenfu permanente.

Ad-

Advertendum ergo, quanta cum reflexione in legendi rationem ſit inquirendum, ut indubia ſenſuum interpretatio obtineri poſſit.

De regula *Quotiescunque* Turcarum.

FAteor, regulam hanc, ad ſyntaxim potiùs quàm ad Grammaticam pertinere, ſed quia hoc in capite de vario ſubſtantivorum ad orationem Turcarum concurſu agitur, & in hoc concurſu regulæ *Quotiescunque* Arabum Perſarum & Turcarum præcipuam partem habeant, haud minus eſſe poteſt, quin non etiam de regula *Quotiescunque* Turcarum agatur. Duplex eſt igitur hæc Turcarum regula, completa & incompleta, utrique autem in ſolo uſu turcico id proprium eſt, quod Genitivi caſus ſemper primo & caſus qui non eſt genitivi ſecundo loco ſtare debeat. Completa regula *Quociescunque* eſt illa, quæ caſum genitivi expreſsè determinat, ita ut ſit manifeſtus & apertus, incompleta eſt illa cujus genitivus non eſt expreſſus ſed per ſequentem caſum affixum pleonaſticum tertiæ perſonæ (de quo ſuo loco) aſſumentem, talis eſſe arguitur. Genitivus autem ſive manifeſtus ſive occultus ſit, non genitivi caſum, affixo turcico tertiæ perſonæ vult notari, quod affixum poſt conſonatem per ي & ſubinde per keſram, poſt vocalem per سي ſcribi & enuntiari ſolet, & præmiſſa hac obſervatione. Præſcindendo à vocum origine, advertendum eſt, quod in turciſmo, ex ſuppoſito, quod caſus qui genitivus non eſt, affixum pleonaſticum tertiæ perſonæ turcicæ aſſumat, genitivus tunc expreſſè poni videtur, cum id quod in genitivo non eſt, connexione quadam ſpecificâ, ad id ſubſtantivum quod in genitivo eſt, refertur, ſeu à notis nobis linguis ſimilitudine petita : ſi in germaniſmo & Italiſmo per articulorum adminicuulm hæc regula ſtare poſſit, eadem ratio & pro turciſmo ſtare poſſe videtur. ut

دريانڭ

طوزلودر صويي دريانڭ das Meer-Wasser ist gesaltzen/ *L'acqua del mare è salata. Aqua maris salsa est* demir. mund. Item ibid اول طاغڭ يولي ضيق ايدي *La strada del monte era stretta* der Weeg deß Bergs ist eng gewesen *Via montis angusta fuit* شهرڭ اورتاسنده برا ولو ايرمق اولور *In Urbis medio quidam magnus fluvius est.* Col. Isl. Item ibid. بر آخر كسندنڭ اكينين بتسه *si alicujus alterius satum meteret.* ibid كافرلرڭ دعاسي مقبول دكلدر *Infidelium preces non sunt accepta.* At è contra, si substantivum illud quod in genitivo non est, ad substantivum quod in genitivo esse debet, genericè seu in abstracto referatur, affixum pleonasticum prædictum equidem assumet, & quod in genitivo esse deberet, ad genitivum non transibit, sed in suo themate permanebit, seu demum ex prædictis linguis similitudine petita, si Germanus per Ein & Italus per *uno* in hac regula se juvent, genitivi casus non exprimetur, sed in suo themate permanebit, ut لكن آنڭ ايچنده بر بيوك طاش واريدي صندق جثه سي دكلو ايدي *Mà didentro vi era una pietra, quanta è una cassa della statura d'un huomo.* Aber darinnen ist ein grosser Stein gewesen / so groß als ein Küsten der Statur eines Menschen. *Verum in eo magnus quidam lapis erat, quanta est ar-*

ea situs Staturæ humanæ. de mir. mund. Item ibid. قپلان دريسي

دِباغت اولمادين كلي نجسدر *La pelle d'una tigre auanti-*

adjectiva formam adjectivi possessivi præ se ferentia, ad مُعْجِزَاتْ juxta syntacticam regulam arabicam in hîc citato loco ad مُ. *Tertiò, si substantivum pluralis numeri potiùs sub formalitate abstracta & collectiva &c. cum adjectivo seu participio fæminino numeri singularis construitur*, accedant, عُظْمَا adjectivum accedit, juxta regulam hîc præcitatam: *secundò, si nomen substantivum pluralis numeri universalem quandam rerum significatarum collectionem in se non continet, sed præcisè expressio pluralitatis rerum sine collectione intendatur, tunc substantivo sub hac formalitate in plurali existenti, accedit adjectivum pluralis numeri casu concordans*, hoc præcognito, hoc constructionis membrum Latinè benè resoluetur. *Et quæ miracula magna! ad intelligibilitatem & perceptibilitatem pertinentia fuerunt*, & simili cum examine cætera, nempe: *affectibus corporeis, & morbis cordialibus & spiritualibus medela, & mortuis spiritualibus, resuscitatio fuerunt.* Et en mysteria constructionis in hac periodo latentia: Quoad pluralis terminationem in لَرْ, quoad verbum substantivum *sum*, quoad casûs regimen, qui est dativus, syntaxis turcica: quoad ء in finibus dictionum collocati sequente adjectivo possessivo, syntaxis persica: & quoad nominum substantivorum & adjectivorum introducendi modum, & quoad reliquos numeros plurales arabica syntaxis reperitur, sic etiam. هَمْ اُمُورِ شَرْعِيَّهٔ ظَاهِرِيَّه‌يِي

وَهَمْ اُمُورِ طَرِيقِيَّهٔ بَاطِنِيَّه‌يِي نِجَه آيَاتْ وَ آحَادِيثْ

وَ اَدِلَّهٔ عَقْلِيَّه‌لَرْ كَتُورُبْ يُولُومُزِي آچُوبْ نُورْلَانْدِرْمِشْلَرْ

Et res legales externas, res regulares internas, versiculos aliquot, sententias, & argumenta ad intelligibilitatem pertinentia, attulerunt, & viam nostram aperuerunt & lucidam effecerunt. de

ment. ſimili cum reflexione ut ante, hujus etiam periodi myſteria comprehendentur.

Notandum pariter, quod adjectiva Turcarum in لُو vel لى terminantia, de quibus ſupra tract. 2. cap. 1. dictum eſt, ſubinde adjectivi poſſeſſivi vim habere videantur, ut عِزْتلُو وَ سَعَادَتْلُو سُلطَانِمْ *honorificentiam & felicitatem poſſidens Sultane mi* Item adjectiva in كه vel كي huc trahi debere videntur, & utipſa in لُو terminantia ſuis ſubſtantivis præponuntur, ut: اَلِنْدَه‌كي اَنْجِيل *Evangelium quod præ manibus habet.* de int. ment.

Patrium nomen eſt, quod patriam indicat, ut Romanus. Atheničnſis. ita Aluarus, Turcæ hac in circumſtantia, aut arabiſmi aut perſiſmi, aut propriam turcicam phraſim ſequuntur: ſi arabiſmi, adjectivum patrium cum articulo أَلْ ſubſtantivo poſtponitur, ut: اَبُو عَبْدِ اللّٰه اَلْمُحَاسِبي *Ebu aábdi llahi Elmehaſenſis.* de int. ment. Item ibid. شَيْخْ مُحِبُّ اَلطَّبَرَانِي رَحمَةُ اَللّٰه رِوَايَتْ اَيْلَدِي *Doctor Muhibb Taberanienſis cujus miſertus eſt DEUS, narravit.* Item ibid. اَلشَّيْخُ اَلْاِمَامُ اَلْحَافِظُ فَخْرُ اَلدِّين عُثْمَانُ بْنُ مُحَمَّدِ بْنِ عُثْمَانِ اَلتَّبْرِيزِيدَنْ رِوَايَتْ اَولنديكه

أولندیکه کمال الدین الدمیري *De Doctore Antistite Custode Fachr' eddino Othmano filio Muhamedis filij Othmani, Terberizensis, narratur quod Kemal' eddinus Demirensis,* Hæc phrasis equidem in usu est, sed Persarum phrasis usus, frequentior est, fitque per regulam persicam substantivi ante adjectivum v. g. پس ایمه

مذاحب که واردر امام ابو حنیفه و امام شافي و امام احمد حنبلي و امام مالکي و امام محمد غزالي وامام قشیري و ابو طالب مکي *Antistetes Sectarum qui sunt, Antistes Ebu Hanife, Antistes Schafiensis, & Antistes Ahmed Hambeliensis, & Antistes Malikiensis, & Antistes Muhammed Ghazaliensis, & Antistes Kuscharienśis, & Antistes Ebu Talib Mekkiensis.* de int. ment.

Turcarum phrasis autem est, ponere præcisè nomen loci, & facere regulam *Quotiescunque* turcicam, ita ut nomen loci, genitivus occultus euadat, & ut res denominanda affixum assumat, sic in articulis pacis, in Hungaria ad Situatörök editis, habetur:

و عزتلو و عظمتلو پادشاه اسلام حضرتلرینك طرفندن بدونده اولان وزیر سردار محمد پاشا مأمور اولوب بدون مفتیسي اولان مولانا عیسي افندي و بدون ولایتنك دفتر کتخداسي مصطفي افندي و سابقا قنیزه بکلربکیسي اولان یحیي پاشا وآکره بکلربکیسي احمد پاشا

پاشا *Ex parte honorificentissimi & Maximi Regis Islamismi, ejusdem Majestatis delegatus, est, Vizirius & supremus Capitaneus Budensis Mehmed Bassa, & Budensis Muftius Dominus noster Ysa Efendi, & Budensis ditionis substitutus rationum Magister, Mustapha Efendi, & antecedenter Canisiensis Beglerbegus Jahia Bassa, & Agriensis Beglerbegus Ahmed Bassa.* Ab hujus exempli examine quid in re sit, facile colligemus : بدونده اولان وزير *In Buda existens Vizirius* id est : *Budensis Vizirius*, Reliqua sunt juxta prædictam regulam, *Quotiescunque* ut : بدون مفتيسي *Budensis Muftius.* آكره بكلربكيسي قنيژه بكلربكيسي *Canisiensis Beglerbegus Agriensis Beglerbegus* & is modus in discursu continuato uisitatissimus est, ast in responsionibus ad interogationem v.g. نره لي سن *Cujas es?* ad nomen Patriæ لي syllaba adijcietur v. g. قنيژلي , *cujas es?* بودنلي *Budensis*, نره لي سن *Canisiensis* اكره لي *Agriensis.*

Gentile nomen est, quod Gentem vel nationem indicat, ut, Italus, Græcus. Ita Aluarus, De hoc adjectivo in hujus tract. cap. 1. dicitur, quod vide, sed nobis quæstio est, de usu horum adjectivorum ad concursum cum substantivis ; an sit locutio per adjectiva ? an substantivis præ, vel postponantur ? sed horum nihil in usu esse videtur, cum phrasis Turcarum, in iis se potiùs substantivè, & per regulam *Quotiescunque* turcicam habeat quod hoc exemplo exhibetur : فرانچه ايلچيسنك تقرير ايلدوكي ايكي

ایکی ماده در فرانچه پادشاهنڭ زیاده مهمی اولمق
اوزره کلن ایلچییه سپارش ایلدوکی ماده بو درکه
بحر سویسه کیروب سویس اسکله‌سنه هند متاعنی و بهار
کتورمکڭ ایچون فرانچه تجار سفینه‌لرینه کمرکلرین
ویرمکڭ شرطیله اذن ویریله سویس اسکله‌سندن مصر
اسکندریه‌سنه آنجق اوچ قوناقدر هنددن کتوریلان
اشیا آق دکیز یالیسنه نقل و فرانچه سفینه‌لرینه تحمیل
اولنوب آز زمانده بتون فرنکستان ولایتنه کتورلمکله
جمله هند مملکتلرینڭ تجارتی پادشاه اسلام حضرتلرینڭ
اولکه‌سی ایچنده اولوب تحصیل خزینه‌یه سبب اولوب
بو احوالی سویس دریاسندن طشره واقع لیمان جزیره‌سنڭ
حاکمی ایله فرانچه پادشاهنڭ ایلچیلری سویلشدکدن
صکره خصوص مزبوره ایچون عهدلشمشلردر بو صورتده
انکلتره و نددرلانده سفینه‌لری دریا محیطدن دولاشوب
مدت مدیده‌ده هند آشیاسنی نقل ایتمدن قالوب قدیمدن
اولیکلدوکی اوزره جمله هند آشیاسی مصر یولندن
کلمکه‌و

كلمكه و كذلك فرنكستان اشياسي اول يولدن هند
طرفنه كتمكه بشليوب بر قاچ سنه‌دن صكره درت بيك
كيسه مقداري سنه‌ده خزينه‌يه ازديان اولور *Sunt duo articuli* (propofitionss) *quos Gallia Legatus* (Legatus Gallicus) *expofuit, cum Regis Gallia maxima cura fit, funt ha dua propofitiones quas advenienti Legato commifit. Quod fi Gallia* (Gallorum) *mercatorum navibus, in mare Sevis* (noftris Gergraphis Sues, Emporium maris rubri, unde tractus ille maris, qui hoc Emporium allambit, nomen trahit) *ingredientibus, ut India Merces & aromata, fub conditione folvendi portorium, ad Emporium Sues ad ferrent, licentia daretur, diftat quippe Emporium Sues ab Alexandria Ægypti tribus diverforiis, & fi merces qua ex India ad feruntur, ad litora maris Mediterranei transferentur, & ad, naves Gallia* (Gallicas) *imponerentur, brevi tempore, ad omnes Francorum regiones transveherentur. Cum India* (Indorum) *commercia Regi Islamifmi* (Iflamitico) *fint inter prima, erunt Caufa utilitatis fuo ærario, poft quam de hoc ftatu maris Sues Francia Regis legati, cum Infula Liban Principe collocuti funt, ob dictum particulare tranfegerunt. Sub tali formalitate Anglia, & Belgij* (Anglicanæ & Belgicæ) *naves, cum Oceanum circumnavigent, á longi temporis tractu in rebus fuis India* (Indicis) *transportandis defiftent, & prout ab antiquo in ufu fuit, omnes res India* (Indicæ) *per viam Ægypti advenire, ut & omnes res ditionum Francia* (Francicarum) *ad India partes tranfire incipient, & poft aliquot annos, ærarium, annuatim, quatuor millibus burfis* (burfa funt quingenti Impetiales) *cicirter, augebitur.* Propofitio Ottomanicæ Portæ à Rege Galliæ facta.

Quod adjectiva Gentilia formam adjectivi poffeffivi affumere & gentilis nominis loco ftare poffint, res eft indubitata, cum

cum rei qualitas, per nomen gentile extra regulam *Quotiescunq;*, prædictam, est explicanda, v. g. ترك *Turca* تُرْكِي *turcicus*, عَرَب *Arabs* عَرَبِيّ *arabicus* يَهُود *Judæus* يَهُودِيّ *Judaicus*, & tunc substantivis, more persico postponuntur, ut: پَس شِمْدَنْ صُكْرَه اَللّٰهْ تَعَالَى يَه صِغنُوبْ عُمْدَةُ ٱلْاِسْلَامْ تُورْكِيجَه عِبَارَتلَه شَرْحْ اَيْلَمَكْ وَقْتِي كَلْدِي اَكَرْچِه لِسَانِ تُورْكِي عَجَمِي دُرْ لَكِنْ مَعْنَاسِي مَنْزِلِ عَرَبِيدُرْ *Imposterum igitur, cum ad DEUM recursum habuerim, tempus advenit, Columnam Islamismi, phrase turcica explicandi, quamvis lingua turcica barbarica sit, nihilominus ejusdem sensûs meta, arabica* (lingua scilicet) *est*. Col. Isl.

Persarum phrasis per regulam *Quotiescunque* notam & ordinariam, nec non etiam aliæ mixtiones, in nomine Gentili, locum habere posse videntur, ipsum Gentile nomen substantivè in regula *Quotiescunque* nota & ordinaria præponendo, ut: قِلِيجلَرْ اشْلَنُورْكه هِنْدِي قِلِيجَه مُعَادِلْ دُرْ *Gladij construuntur, qui Indiæ gladiis similes sunt* de mir. mund. & eadem nomina Gentilia, adjectivè sumpta, postponuntur, ut: عَرْض اَيْلِيشْدِيكَه طَايِفَهٔ اُنْكُرُوسْ مَنْحُوسْكْ جَنكْ وُ جِدَالْدَه عَادَتْلَرِي *Exhibuerat quod populorum Hungaricorum infeliciũ, in pugna & prælio consuetudines*. Hist. Suleim. regula mixtionis septimæ, & ibid. طَايِفَهٔ اِسْپَانِيَه *Gens Hispana*, طَايِفَهٔ پُورْتُغَالْ *Gens Lusitana*, jũxta regulam *Quotiescunq;* persicam notam & ordinariam.

Ad-

Adjectiva tandem cujuscunque demum ſint originis, ſi ſe ut prædicatum aut ad inſtar ptædicati, reſpectu ſui ſubſtantivi quod eis ſit ut ſubjectum de quo quid prædicatur, habeant, tunc adjectiva ſubſtantivis poſtponuntur, ut : بُو دَخِي حِكْمَةٍ عَجِيبَه وَقُدْرَةٍ غَرِيبَه دُرْ *Hæc etiam ſapientia mira & virtus peregrina eſt*, de mir. mund.

In eadem conſtructione, membrum unum de perſiſmo, alterum de arabiſmo ſapere poterit, ut : اِسْمِي خُوبْ وَقَبِيحُ ٱلْمَعْنِي *Nomen pulchrum & turpis ſenſus.* de mir.. mund.

Utrum regula Perſica de poſtponendo adjectivo ſubſtantivo, ſit infallibilis.

QUidā mordicus volunt, eſſe infallibilem, Ego in perſicis libris vocalizatis, e quibus Turcæ ſua principia extrahunt, inquiſivi, & huic opinioni repugnantia exempla reperi v. g. صَيَّادْ ضَعِيفْرَا مَاهِي قَوِيّ بِدَامْ آنْدَرْ اُفْتَادْ *Ad Piſcatoris debilis rete piſcis quidam robuſtus incidit.* kul. cum vocali. Item ibid. مَرْدُمْ دَانَا رُومْ مِثَالِ زَرِ طِلَاسْتْ *Homo prudens eſt ſimilis auri filo.* ibid. عَالِمْ كِه بِمَنْطِقْ شِيرِينْ *Græcus ſapiens, qui in logica ſuavis &c.* videtur quod in iis exemplis, Perſicis ſubſtantivis, perſica adjectiva poſtponantur, & quod ſubſtantivorum ultima litera, neque litera ي neque keſra neque ِ notentur: ij qui ad amuſſim hanc regulam obſervandam eſſe dicunt, neceſſario hanc vocalizationem falſam

falſam eſſe ſibi perſuadere debent, Ego à rei veritate & falſitate præſcindo, & cum hæc ſubtilitas de ſenſus eſſentia nihil tollat, eam cupidis, ut ſuo tempore, ſe apud Gentem doctioris ordinis inſinuent, conſigno. De adjectivis cum reſpectu ad genus vid infra in cap. 18. ſubſequente.

De adjectivis literam ي keſram aut ِ admittentibus.

DAntur & circumſtantiæ quædam, in quibus, adjectiva ſive nominaliter ſive participialiter ſumpta, non ſecus ac ſubſtantiva literam ي keſram aut ِ exigunt, idque primò, paulo ante in hoc ipſo capite ad ع. *ſed Turcæ Arabum & Perſarum ope &c.* exhibui.

Secundò, ſi adjectivi partitivi ratio, ſupra ipſum adjectivum cadat, eò ipſò adjectivum fit fixum, & ut tale, ſubſtantivi qualitatem obtinet, & ad regulam perſicam *Quotiescunque* notam & ordinariam tranſit, literam ي keſram aut ِ ſuſcipit, arguens, ſequens ſubſtantivum, eſſe caſum genitivi. v. g. اكر عبادته انابت حركتی سندن صادر اولورسه انسان حكمنده اولورسن یعنی مقبول حق اولورسن اكر اولمازیسه یبانلره آتیلورسن مردود حق اولورسن *ſi ob obſequium, reſipiſcentiæ motus à te promanaverit, eris in judicio hominis* (homo judicaberis) *nempe eris acceptus DEI* (DEO) *ſi non erit, inuanum proijcieris, reprobatus DEI* (a DEO) *eris.* De int. ment.

Tertio, Ludovico, de Dieu teſte, notum eſt, literam ي keſram aut ِ ſubinde articulo أَلْ Arabum æquivalere, quod

أَلْ apud Arabes etiam determinandi vim obtinet, quæ vis, etiam á litera ي kesra ِ tolli nequit, & ut nos Latini dicere solemus, *antiquus ille*, *pulcher ille*, tunc etiam adjectivum vagum esse cessat, & ad certum quid determinatur, ut آنْدَه عَزِيز مصرْ اُولْدُقْدَه *Postquam ibi ille Potens Ægypti evasisset.* Item ibid.

إِبْرَاهِيمْ پَيْغَمْبَر بَيْتُ ٱللَّهِ دِيُو يَاپُوبْ وَ قَدِيمِي قِبْلَه اُولُوبْ

وَهَمْ بَيْتُ ٱللَّهِ ٱلْحَرَامْدُرْ دِيُو دَائِمْ مُبَارَكْ يُوزِي كُوكَه

طُوتَارْدِي *Abrahamus Propheta Domum DEI dicens cum ædificasset, antiqua illa Kibla* (Delubrum Meccanum versus meridiei plagas) *evasit, & etiam dicendo Domus DEI venerabilis est, benedictum vultum semper ad cælum tenebat.*

Quod si Persarum more adjectivum substantivo postponatur, tertiæ personæ affixum, suscipere potest, ut كُفَّارِ نَصَارِيدَنْ

كِه دِينِنْدَنْ مُرْتَدْ اُولْمُشْلَرْدُرْ بَعْضِ وَارِيمِشْ كِه اُسْلُوبِ

لُغَاتِ عَرَبِيَّه‌نُكْ بَعْضِ ٱلْفَاظِنْدَنْ ايِشِدُوبْ وَارُوبْ كَافِرِسْتَانْدَه

كَنْدُو زَعْمِ فَاسِدِي اُوزْرَه حَضْرَتِ قُرَانَه ٱلْعِيَاذُ بِٱللَّهِ كَافِرْ

يَعْنِي لَطِينْ دِيلِنْجَه مَعْنَي وِيرْمِشْ *Ex infidelibus Nazarenis* (Christianis) *qui à fide apostatarunt, quidam fuit, qui modum loquelæ arabicæ, e quibusdam enuntiationibus audivit, ivit, & in regionibus Infideliũ, juxta corruptam suam opinionẽ dignitati Alcorani,* (*quod DEUS avertat*) *infideli, Latina scilicet linguá, sensum dedit.* de int. ment.

CA-

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

De comparativis Turcico-Arabico-Persicis.

COmparativorum diversa est ratio, consideranda quippe sunt nunc juxta arabismi, nunc juxta persismi, nunc juxta turcismi principia, cum mixtis reflexionibus ad turcismum: præscindendo igitur ab iis quæ arabismum & persismum respiciunt, ea quæ turcismo propria esse videntur, considerationi primæ subiiciamus.

De gradu comparativi propriè turcico.

A positivo turcico formatur comparativus, si eidem syllaba ركى si terminatio positivi sit mollis enuntiationis, & رق si vox duriùs terminetur, sic كوزل *pulcher* كوزلركى *pulchrior* يكى *bonus* يكركى *melior* آلچاق *humilis* آلچاقرق *humilior* sic dicetur كندو سرن صقلامق يكركدر *secretum suum custodire melius est.* Item ايش بلمكده جملەدن يكركسن *In cognoscendo negotio, quocunque præstantior es.* de mir. mund. اول

نهرك كنارنده بر اولو آغاچ وار سايەسنده بشيوز آدم

كولكەلنەكى ممكندر و بو شجرك اوزرنده بر نوع ميوة

واردر و هر درلو لونلة صيا ويريجيدر و آنك هر ميوەسي

بالدن طتلو و شيرتن لذيذ بر برينە دكرز و بو يمشلر

 ياغدن

يَاغْدَن يُومُشَاقْدُرْ وَ رَايِحَهسِي مِشكْدَنْ خُوشْرَقْدُرْ وَ يَپرَاقْلَرِ حَرِيرْدَنْ مُلاَيِمْقْدُرْ *Penes huius fluminis ripam arbor quædam procera eſt, ſub qua quinque millia hominum umbram captare poſſunt, ſupra hanc arborem quædam fructuum ſpecies eſt quæ variis coloribus lucet, omnis ejus fructus mele dulcior & lacte ſapidior eſt, unus alteri ſimilis non eſt, & hi fructus butyro ſunt teneriores, eorum odor muſco ſuavior, & ejus folia ſerico molliora ſunt.* de mir. mund.

Eſt etiam modus formandi comparativa, ſi poſitivis cujuscunque demum originis ſive arabicæ, ſive perſicæ, ſive turcicæ ſint præponatur conjunctio copulativa دَخي vel دَاخي vel ut vulgus loquitur دَخَا, hac attamen cum conditione, ut rerum duarum aut plurium inter ſe comparatio inſtituatur v. g. فُلاَنْ كِمْسَنَهنُكْ يَازُوسِي كُوزَلْدُرْ أمَّا فُلاَنُكْ دَخي كُوزَلْدُرْ *Talis cujusdam ſcriptio* ſeu *ſcriptura pulchra eſt, aſt illius cujusdam* (ad huc) *pulchrior eſt.*

Datur ſubinde & aliquis comparativus per accidens ad latinitatem ita trahendus, etiamſi in turciſmo de rigore talis non ſit, v. g. اوُكْ بزي de rigore eſt, *ante tela ejus*, nobis Latinis autem magis convenit dicere, *tela anterior* id eſt: *præcinctorium* Item اوُكْ طَرفي de rigore *ante pars ejus* nobis Latinis magis convenit dicere *pars anterior* & ſic de cæteris, quæ obujam haberi poſſent, ad horum ſimilitudinem.

No-

Notandum pariter, omnem gradum positivi, posse esse comparativum, si comparationis terminus, postpositionem دن à, ab, abs, absque, assumet, etsi positivi, arabicæ, persicæ aut turcicæ sint originis نيلڭ لذتي عسلدن لذيذدر *Nili sapor, melle sapidior est.* de mir. mund. لذيذ positivus arabicus *sapidus* evadit comparativus, quia præcedit terminus comparationis عسل vox arabica *mel* significans, conjuncta est postpositio دن Item ibid. نيلڭ رايحهسي دخي مسكدن خوبدر *Nili odor etiam musco præstantior est.* خوب persicus positivus *præstans*, evadit comparativus, quia præcedit terminus comparationis, مسك vox arabica *muscus*, cui juncta est postpositio دن. Item ibid. بو صو قاردن صوقدر *Hæc aqua, nive frigidior est* صوق positivus turcicus *frigidus*, evadit comparativus, quia præcedit terminus comparationis, قار vox turcica *nix* significans, cui juncta est postpositio دن

Ad gradum comparativi turcici trahitur item gradus superlativi Arabum, formalitate, quæ hic dicta est, scilicet præpositâ postpositione دن ut apud ipsos Arabes, per præpositionem من fieri solet, ut in nostra Gram. arab. tract. 3. cap. 8. pag. 407.

407. videri potest. v. g. وبالغلغی چوره‌سی صودن قرارر دوده کیبی اولور آنگی ایله کتابت ایدرلر مرکبدن اعلا واحسن و اسود در *Hujus piscis peripheria ab aqua nigrescit, & ad instar fuliginis quæ in atramentum ponitur, evadit, excellentior, melior, magis approbata, magisve nigra atramento est.* de mir. mund. اما شول کیمسنلر کی مستقل اوچ بیک و یا اوچ بیکدن زیاده و اون بیکدن اقل دین دعوا ایلیه *Ast tales qui specialem debiti litem faciunt, quæ sit trium millium vel plus tribus millibus & decem millibus minus.* Can. Ottom. اقل *minus* superlativus arabicus ob se præcedentem postpositionem دن, in gradu comparativi. اعلا احسن *excellentissimus, optimus* arabici superlativi مرکب *atramentum* eidem juncta postpositio دن, retrahit superlativum ad comparativum.

Si multa ejusdem generis comparantur, superlativi loco, utendum est positivo cum affixo tertiæ personæ, præcedente genitivo, eritque positivus gradus æqualis superlativo in vi significandi v. g. الاثمد سیاه طاشدر اندن کحل ایدرلر آنگی ایوسی دیار اصفهاندن کلور طبیعتده بارد و یابسدر *Stibium, lapis niger est, inde Collyrium faciunt,* hujus optimum *è regione Ishahanensi, venit, in natura frigidus & siccus est.* de mir. mund. آنگی *hujus* est genitivus, ایو est positivus, per affi-

xum

xum tertiæ perſonæ fit ſuperlativus, ſic innumera alia exempla, hujus regulæ ductu, componi poſſunt: ut عُلَمَانْڭْ فَضيلي *ſapientum excellentiſſimus* آغاجلرڭ اُولُوسي *arborũ procerrima* ſic & ſuperlativi arabici conſtrui poſſunt: خَيرْلَرْڭ اُولَسي وَ اُولَيسي بُو خَيرْ دُرْ *Felicitatum Princeps & præſtantiſſima, hæc eſt felicitas.* Col. Iſl. & cum genitivo implicito etiam dici poteſt: v. g. كَرَكْلُوسي بُو دُرْكه *Neceſſariiſſimum hoc eſt* de int. ment.

De gradu comparativi adminiculo arabiſmi

Exprimitur eodem modo comparativus per زِيَادَه, quæ vox ſtrictè ſumpta, juxta arabicum ſuum eſſe, quamvis ſit ſubſtantivum, *augmentum acceſſio*, ſignificans, apud Turcas equidem ſub hoc ipſo ſignificato etiam ſumitur, ut اَبَدًا زِيَادَه وَ نُقْصَانْ اَيلَمَزْ *nunquam, augmentum aut decrementum facit.* de mir. mundi. attamen invaluit, ut ſub diverſa vi ſignificandi accipiatur, v. g. adjectivè *multus, nimius* پادِشاه بُو سُوزْدَنْ زِيَادَه صَفَا اَيلَدي *Rex ex hoc verbo multam lætitiam fecit.* id eſt *multum lætatus eſt.* حَجَرُ الْحَيهَ يِلاَنْ صُوقْدُوغي كِشنْڭ بُويْنِنهَ طَاقْسَهلَرْ زِيَادَه فَايدَه ايدَرْ *lapis ſerpentis, ſi (eum) appenderint ad collum*

lum perſona quam ſerpens ferijt, multam utilitatem faciet. Item ut præpoſitio *ultra* حددن زياده رعايت ايلدي *ultra terminum honorem exhibuit*. de mir. mund. قچان ولايتمزده ياغمور و طمان زياده اولسه شويله كه ناسك مصالحنه مانع اولور *Si in noſtra regione pluuia & caligo nimia eſſet, ita ut hominum negotijs impedimentum adferret.* de mir. mund. ſtat & pro *amplius* ut نيلك صويي زياده كلور *Aqua Nili amplius & etiam plus venit.* de mir. mund. Cadit & adverbiali modo ſub vi comparativi ut تجار زياده كلورلر *Mercatores ſæpius* vel *plu-ries veniunt.* Si aliud adjectivum non ſequitur, ſtabit pro latino comparativo *plus* ſed præcedente poſtpoſitione دن ut زيتون ياغي صودن زياده قاينار *Oleum, aquâ plus bullit.* او سندن زياده بني سور *me plusquam te amat* ſic & latinum *pluris* expeditur. اون بردن زياده صاتميه لر *Pluris undecim non vendant.* Can. Ottom.

Contingit item apud Turcas, idem quod apud Latinos, quod quædam adjectiva non aptè ad formam comparativorum trahantur, hinc eſt, quod adminiculo adverbij *magis*, eis vim comparativè ſignificandi tribuant, ut *proficuus, magis proficuus &c.* Apud Turcas pariter hujus rationis adjectiva, talia eſſe videntur, dequibus ſupra cap. 2. & 5. egi quibus زياده præponere magis con-

convenit permanente eodem modo postpositione دَنْ penes comparationis terminum, ut: آنْدَنْ زِيَادَه آنْلَرْ بُو دُرْ: *Illo plus intelligens hic est*, vel. *Illo magis intelligens hic est.* Item ex Humajun Name. پَنْدِنْدَنْ زِيَادَه بِحُضُورْ اُولْدِي *Ex ejus exemplo magis inquietus evasit.*

In expressione electionis, Turcæ, comparativum per certa superlativa arabica exprimunt, veluti per اَوْلَا aut per اَفْضَلْ aut per اَحْرَي queis correspondet turcicum يَكْ v. g. اُوْيْنَامَقْدَنْ اِيسَه اُوقُومَقْ اَوْلَا دُرْ اُوقُومَقْ اَفْضَلْ دُرْ vel اُوقُومَقْ يَكْدُرْ vel اُوقُومَقْ اَحْرَي دُرْ *Melius est legere quàm ludere* quinemo & per خَيْرْلُو ab arabico خَيْرْ *bonus*, ut: بُوسُوْدَاي خَامْدَنْ وَازْكَلْ وَ فَرَاغَتْ اتْمَكْلِكْسَكَا خَيْرْلُودُرْ *Recede ab appetentia cruda & desistentia tibi melior est* de mir. mund, vide adverbia eligendi.

De gradu comparativi adminiculo persismi.

Amplectuntur Turcæ & ipsum comparativum compositum juxta persismi regulas, quo non obstante, illi postpositionem دَنْ ultrò præponi volunt, sic بَدْ *malus* positivi gradus, بَدْتَرْ *pejor* comparativi gradus, dicetur ergo apud Turcas v. g. فُلَانْ خَسْتَه نُكْ مَرَضِي اَوْلْكِيدَنْ بَدْتَرْ vel ut vulgus loqui-

tur اولدي بتر *Illius cujusdam infirmi morbus pejor est quam prius.*

De gradu Superlativi propriè turcico.

Turcismo propria, primô locô consideranda sunt, præponunt illi positivis sive arabicis sive persicis sive turcicis hos duos turcicos terminos پك *valde* & اك particula excessum indicans, si dicere auderem, apocope ex اوك quod *ante* significat, & junctum substantivo (ut paulo ante in comparativis dixi) *anterior* significat: hæc apocope ergo, positivis præposita, dat illis vim superlativi. Per پك dicitur v. g. صو پك اسيجاقدر *Aqua valdè calida est*, id est: *calidissima*: ast terminus est, potius excessum, quàm superlativum gradum exprimens, correspondetue Latinorum terminis *valdè*, & *summè*. Magis autem de superlativo habet apocope اك v. g. جهانده اك كوزل سنمسي سن *In orbe, tune pulcherrima es?* vel *Tune pulcherrima orbis es?* Item كورك شول يتان كوكلري ديدي هركيكه اول سيرسه اك اول انى يرلر *Videte hac jacentia ossa, dixit; quodcunque prius pinguescet, primissimum illud comedent.* de mir. mund.

De gradu superlativi adminiculo arabismi.

Adminiculo autem terminorum arabicorum, in superlativum gradum sic tenditur: particularum una est, افراط quod ex-

excessus & *nimietas significat* افراطلة حيض قاني آقسه دفع ايدر *si cum excessu fluxio sanguinis menstrui fluat, arcet* de mir. mund. Item ibid. وارلماسي دخي غير ممكندر افراطلة صوقدر *Accessus ad eum est impossibilis ob excessivum frigus.* de mir. mund.

Alius terminus est غايت substantivum arabicum, *extremitas rei, summusque terminus* significans, qui & arabicis & persicis & turcicis positivis præponi potest, sub significato adverbiali *valdè*, ejus autem usus sub diversa modalitate incidit, nunc absolutè, ut: بر كون بونلر ايلة يولده بر يرده قوندق غايت اسي كون ايدي *Quadam die in itinere cum illis in loco quodam, hospitium capimus, calidissimus dies fuit.* de mir. mund. ex hoc exemplo patet, quod اسي *calidus* adjectivum turcicum, ante se terminum غايت habeat, cujus vi in superlativum evadit, & non tam *calidissimus* quàm *valdè calidus* significare posfit. Item ibidem. بو طاش غايت سياهدر *Hic lapis nigerrimus est* vel *valdè niger est*, سياه *niger*, positivus persicus, ob præfixum غايت, evadit superlativus. Item ibidem. حجر اليا قوت غايت محكمدر *Lapis Rubinus* seu *Sapphirus firmissimus* vel *valdè firmus est*. محكم *firmus* positivus arabicus ob præfixum غايت evadit

su-

ſuperlativus. Hoc ipſum غايت ſubinde ſuperlativis arabicis ſine intenſionis vi adjicitur, ut: تبر ديد وكلري آلتون غايت اعلا اولور *Aurum quod tiber dicitur, eſt excellentiſſimum* de mir. mund.

Modalitas altera applicandi terminum غايت ſuperlativo, eſt addere illi poſtpoſitionem ايله *per* ſive *cum* & tunc غايت ſignificabit *cum extremitate* vel *per extremitatem*, ut: غايت ايله چوق اولديلر *cum extremitate* vel *per extremitatem multi fuerunt* id eſt: *plurimi fuerunt*. de int. ment. چوق *multus* eſt poſitivus turcicus, per غايت ايله, in gradu ſuperlativi. v. g. غايت ايله پسند ايدي *cum extremitate* vel *per extremitatem gratus fuit* id eſt: *fuit gratiſſimus*, پسند adjectivum perſicum per غايت ايله in ſuperlativo de mir. mund. Item ibidem غايت ايله عاقل ايدي *cum extremitate* vel *per extremitatem intelligens fuit* id eſt: *fuit intelligentiſſimus* عاقل *intelligens* poſitivus arabicus, per غايت ايله in gradu ſuperlativi.

Tertia modalitas eſt غايتده *in extremitate*. v. g. بو طاش غايتده

طَاشْدُرْ قَتي غَايَتْدهٔ *Hic lapis, in extremitate durus lapis est.* id est: durissimus *lapis est.* de mir. mund. قَتي *durus* positivus turcicus per غَايَتْدهٔ superlativus. Item ibidem زُجَاجْ ايلَهٔ غَايَتْدهٔ خُوبْ ايْلَيشْدُرْ *Per vitrum* seu *vitro in extremitate elegantem* seu *pulchrum fecit.* id est: *elegantissimum* seu *pulcherrimum fecit* خوب *pulcher, elegans* positivus persicus, per غَايَتْدهٔ superlativus. Item اليجُونْ مَصْلَحَتْ مُهِمّ غَايَتْدهٔ *Ob negotium in extremitate grave & magni momenti* id est; *Ob negotium gravissimi & maximi momenti* ex lit. مُهِمّ *gravis & magni momenti* positivus per غَايَتْدهٔ superlativus: hanc vocem غَايَتْدهٔ majoris emphasis gratia, & arabico superlativo junctam vidi lib. de mir. mund. يِرْ يُوزِنْدهٔ اوُلاَنْ دَرِيَالَرْ كِهْ غَايَتْدهٔ اَعْظَمْ بَحْرْ مُحِيطْ *In superficie terræ existentium mariium, in extremitate maximum est, mare circumgirans* id est: *Omnium maximum est, Oceanus.* est enim أَعْظَم per se superlativus arabicus.

Quarta modalitas est غَايَتْ sumptum cum præpositione persica ب dicendo بِغَايَتْ *in extremitate* quæ solis arabicis & persicis positivis, non autem turcicis, præponi solet. v. g. هُنَرمَنْدْ كِهْ

هنرمندك بو وصفي بغايت مطبوع و پسند واقع اولدي *Hæc descriptio virtute præditi, in extremitate naturalis & accepta fuit* id est : *fuit naturalissima & acceptabilissima* de mir. mund. مطبوع *naturalis* arabicus & پسند *acceptus* persicus positivus per بغايت superlativi. Item ex Humajun name: بغايت دانا و عاقل و صنعتده استاد كاملدر *In extremitate sciens & intelligens & in arte Magister fuit.* id est : *scientissimus intelligentissimus fuit.* دانا *sciens* persicus & عاقل *intelligens* arabicus positivus, per بغايت ad gradum superlativi transferuntur.

Dubium non est, quin & زياده ita sensûs ratione exigente superlativi vim in se contineat, v. g. sub tali phrase بو شهرك خلقي جملة صارو شين و بويلري اوزون و لكن عورتلري صاحب جمال لطيف الاعتدال خوب منظر بري پيكر حددن زياده كوزللردر *Hujus urbis populus totaliter flavus & turpis est, & longa statura, verùm eorum feminæ, sunt possidentes formositatem, amani temperamenti, elegantis aspectûs, pulchra faciei, ut sol, & ultra terminos pulchra*, id est; *pulcherrima* de mir. mund.

Tandem & ipse purus superlativus arabicus (vix autem persicus, ni praxis aliud suggerat) persæpe in usu esse solet, sic اسود *nigerrimus* اكبر *altissimus* اكرم *honoratissimus* اقل *minimus*

mus أَعْظَمْ *Maximus* &c. veluti الرُّهَا بُو دَخِي اُولُو شَهْرْ
دُرْ أَطْرَافِي وَاسِعْ وَ دِيَارِي مَعْمُورْ وَ أَطْرَافْ أَكْنَافِي آبَادَانْ
لَكِنْ أَرْضِ جَزَانَه مُتَّصِلْدُرْ وَ آنُكْ خَلْقِي أَكْثَرْ قَوْمْ نَصَارِي
مِلَّتِي اُوزْرَه دُرْ وَ كِلِيسَالَرِي ايكي يُوزْدَنْ زِيَادَه دُرْ
Roha (nobis Latinis, Edeſſa) *hæc etiam magna civitas eſt, partes ejus ſunt extenſæ & regio culta, & partium tractus ſunt habitati; verùm terra Gezanæ contigua eſt, & ejus populi* plurima *gens, ſupra Nazaræorum* (Chriſtianorum) *Religionem eſt, ſunt illis plures quam ducentæ Eccleſiæ* de mir. mund. Item ibidem غَوَّاصْلَرْ دَخِي اِنْتِفَاعِ بَحْرْدَنْ مَحْرُومْ اُولْدُوقْلَرِي أَظْهَرْ دُرْ *Urinatores ab utilitate maris repulſos fuiſſe, res eſt manifeſtiſſima.* Item وَ نَه طَرَفَه وَارِلْمَقْ أَهَمّ اُولَه *Et ad quam partem eundum ſit, ſit ſolicitiſſimus* Gem. Hiſt. رَسُولْ أَكْرَمُكْ جِسْمِ *Propheta venerabiliſſimi corpus* de mir. mnnd. أَصَحّ بُو دُرْ *hoc eſt certiſſimum* أَقَلّ مِنَ ٱلْقَلِيلْدُرْ *minimum de pauco.* De mir. mund.

Notandum eſt, Latinos in uſu ſuperlativorum ſimplicium, eſſe Turcis longè liberaliores, nam eæ planè ſunt obſervationes in materia comparativorum, quas in comparativis arabicis, in mea arabica grammatica allegavi; præterea Turcæ plurima per deſcriptiones & circumſcriptiones, adminiculo poſtpoſitionum, exprimunt, quæ ſuperlativorum loco ſtare poſſunt, ut videre licet ſupra cap. 6. de nominibus compoſitis, adjectivè ſumptis, & aliis

aliis modis, præponendo positivis sive arabibicis, sive persicis, sive turcicis, postpositionum adminiculo. v. g. كمال ايلە *cum perfectione* كمال مرتبەدە *juxta perfectionem* كمال اوزرە *in perfectionis gradu*, veluti كمال ايلە عارف *cum perfectione prudens*, id est: *prudentissimus* كمال اوزرە دانا *juxta perfectionem sciens* id est: *scientissimus* كمال مرتبەدە اوقومش *in gradu perfectionis doctus*, id est: *doctissimus* زيادەسي ايلە كوزل *in excessu pulcher* id est: *pulcherrimus* نهايتدە مهم *ad extremum solicitus* id est: *solicitissimus* & hactenus de comparativis & superlativis.

Expreßio intensionis.

Quomodo intensio alicujus qualitatis in aliqua re exprimatur, paucis verbis ad hunc locum referre non abs re esse credidi آپ *planè* آپ آچوق *planè apertus* id est: *apertissimus* بم *planè* بم بياض *planè albus* vel *albissimus* قپ *planè* يم *planè* يم يام vel *planè niger* id est: *nigerrimus* قپ قره *planè viridis* id est: *viridissimus* بوز *planè* يشيل بوز بتون *planè totus* قوپ *planè* قوپ قوري *planè siccus*, *siccissimus* طوز *planè* طوز طوغرو *planè ruber*, *ruberrimus* قپ قزل *planè recta* & si quæ alia usus suggereret.

CA-

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

De diminutivis substantivorum & adjectivorum.

Diminutiva substantivorum fiunt, nomini diminutionis formam petenti, syllabam جق asperiori terminationi, molliori verò جك adjiciendo, ut: اوغلان *puer* اوغلانجق *puerulus* شهر *civitas* شهرجك *civitatula* سفره *mensa* سفره جك *mensula*. Monosyllaba جغز vel جكز syllabas libentius assumunt, ut: ال *manus* الجغز vel الجكز *manula* باش *caput* باشجغز *capitellum* قز *virgo, puella* قزجغز *virguncula, puellula,* subinde nomina terminantia in ق vel ك, literas has abiiciunt, ut: جق vel جك assumant, ut قلپاق vel قلپق *pileus subductus pellibus* ut Hungari aliique gerunt قلپاجق *pileolus* كوپك *canis* كوبجك *caniculus*: alia autem has literas tenent, & ut credo, pleraque, sic ارمق *fluvius* ارمقجق *fluviolus* اوردك *Anas* اوردكجك *anasula.*

Diminutiva adjectivorum, tum in nominalem tum in adverbialem formam transeunt, dum جه suæ diminutionis sylla-

 bam

bam assumunt, ut: كوزل *pulcher* كوزلجه *pulchellus* & *pulchrè* ايو *bonus* ايوجه *bonulus* & *bene* اراق *remotus* اراقجه *remotulus* & *remotè* : quædam ut ipsa substantiva, ultimum ق aut ك reiiciunt, جك vel جك assumentes, ut: اراق remotus اراجق *remotulus* vel *remotè* بيوك *magnus* بيوجك *magnulus* كوچك *parvus* كوچجك *parvulus* quod non perpetuum esse censeo: *ab* آلچق *humilis, depressus* fit آلچجق si dicere licet *humillulus depressulus*. an diminutiva arabica & persica apud Turcas locum habeant, exempla non habui, usus suggeret.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

De generis ratione & usu, & de non existentia & existentia generis, & de genere imitationis, & sine vi generis concurrente.

Punctum primum.

De non existentia generis.

Ex supposito, quod ad formandam constructionem turcicam triplex syntaxis, turcica nempe, persica & arabica concurrere possit, in quantum turcica & persica syntaxis locum habet, nulla ratio generis haberi potest, ex eo, quia hæ duæ linguæ, terminos suorum nominum substantivorum, nullo generi obstrictos habent, nec ad arabismum generi subjectum respectus habetur, quamdiu solum turcica, aut solum persica, aut ex utraq; lingua mixta syntaxis locum habet, quamvis etiam arabici termi-

mini ad hos construendi modos, concurrerent, quod exemplis clarè demonstro v.g. حق تعالى قاتنده سوكلو عبادت *Coram DEO excelso, dilecta servitus* de int. ment. Item اي سوكلو دستم *O dilecte Amice mi* certum est quod عبادت sit ab arabico عبادة *servitus* generis fœminini & دوست persicus terminus generis masculini, sic & سوكلو قيز *dilecta virgo* قيز turcicus terminus, vel ipsius sexus ratione generis fœminini, cujus rei ratio est, quod constructio sit juxta turcicam syntaxim, in qua generis ratio haberi nequit, cum extra syntaxim, generis ratio etiam non habeatur; & juxta phrasem syntaxis persicæ. برنيچه غلمان خوب رويان *Aliquot pueri pulchrorum vultuum.* Item خوب صورت ملك سيرت قز قرنداشي وار *Pulchra forma & morum Angelum sororē* id est: *angelicis moribus præditam sororem habet.* de mir. mund. constructionis ratio, ut in hîc præcedentib⁹: par ratio & in Arabicis terminis juxta turcicæ seu persicæ syntaxis rationem sumptis, sic juxta rationem turcicæ syntaxis قديم عادت اوزره *juxta consuetudinem antiquam* aut inversô modô juxta syntaxim persicam عادت قديم اوزره Item بو كلام رباني معنى در قديم در *Hic sermo dominicus (DEI) sensus est, antiquus est.* de int. ment. Ex his exemplis clarè colligitur, quod stantibus turcicis, persicis, & etiam arabicis terminis, si

construendi modus, à turcica, sive persica syntaxi desumatur, apud Turcas non datur genus. Quoad assertionem autem illam, quod quidam dicant, Turcas, uti vocibus اَرْ *vir* pro masculino عَوْرَتْ *fœmina* & قِزْ *virgo* pro fœminino in rationalibus ut: اَرْ اُوغلَانْ *puer* قِزْ اُوغلَانْ *virgo, puella* اَرْ قَرِنْدَاشْ *frater* قِزْ قَرِنْدَاشْ *soror* دُولْ اَرْ *viduus* دُولْ عَوْرَتْ *vidua*. Item اَرْكَكْ *mas* دِيشِي *famella* pro irrationabilibus, ut: اَرْكَكْ آرْسلَانْ *Leo* دِيشِي آرْسلَانْ *Leonissa &c.* verum est, sed hic modus in usum cadit, cum non arabizatur, & ubi ob sexus rationem, subdistinguendi est necessitas, sic & per قَرِي *mulier, fœmina*, Actoris Uxorem, per regulam *Quotiescunque* turcicè sumptam denotant ut: اَتْمَكْجِي *pistor* اَتْمَكْجِينِكْ قَرِيسِي *pistrix* قَصَّابْ *Lanio* قَصَّابْكَ قَرِيسِي *Lanionis Uxor. &c.*

Punctum secundum.

De existentia generis.

Substantiva Arabum, quæ tum sexûs tum terminationis ratione genus admittunt, habent & adjectiva generis qualitatem admittentia, quæ adjectiva, possunt substantivis quoad genus concordanter ut adjectiva adiici, & taliter ad orationem turcicam transire solent, tam ad singularem quam ad pluralem numerum, & dualem arabicum, & ad quos vis casus sive arabicos sive persicos sive turcicos, etiam cum affixis & postpositionibus turcicis &

& observationibus persicis, ut sequentibus exmplis (ad ex hibendam studioso miram Gentis phrasiologiam) exhibetur.

Sing.

Pro Nominativo حق سبحانه تعالى حضرتلرينك قدرت عظيمه سي در *Majestatis DEI Excelsi & sublimis, potentia magna est.* de int. ment. & more persico, زكات عبادت ماليه در *Eleemosyna lege debita, est servitus ad facultates pertinens.*

Pro genitivo juxta declinabilitatem arabicam, in turcica oratione قاما غزانيتنه جمع اولنان مال اكر خزينهء عامرهء پادشاهي در واكر ساير غزاة مسلمين كه هر بري حاللو حاللرينه كوره صقلادقلري زخرو قيات و ساير اموال در نيتلري خيردر حق تعالى قاتنده مقبول در و ثوابلر و اجرلر حاصل اولور *Verummodo divitiæ ad belli intentionem collecta (sive sint exculti Regij ærarij) sive aliorum militum Muslimorum, quas quisque status, cum respectu ad suum statum collegit, ut sunt reditus* seu *proventus pro futuro repositi & aliæ divitiæ,* seu *facultates, bona est intentio, & coram DEO Excelso accepta est, merita & mercedes obtinentur.* de int. ment.

Pro genitivo juxta declinabilitatem persicam in oratione turcica بر قم كه عروس جهان جمال دلارامو حسن عالم آراسته

آراسنه زيب و بها ويروب فراش نسيم عنبر شميم بسيط
زيباي زمينه بساط سرورو نشاطي بسط ايتمشيدي يعني
ايام بهار اولوب خطهء محميه قسطنطنيه نمونه باغ برين
ايدي هر طرف شكوفه زار و كلزار هر كوشه نغمت هزار
بلبلان زار يله بهشت آثار اولوب *Quodam tempore, cum sponsus orbis, qui est decor quiescentis cordis & mundi pulchritudo, ornatui suo, decorem & pretium daret, lenis auræ lectus, quæ est extensa venustas ambra odore grata ad terram stratum lætitiæ & hilaritatis expanderat, nempe cum dies Veris essent, Tractus amplus custoditæ Constantinopolis, typus erat amœnissimi tempe, Pars omnis, abundantia florum & rosarum, omnis angulus, cantus, cum copia millenarum philomelarum, vestigia erant Paradisi.* Hist. Sult. Suleim.

Pro genitivo juxta declinabilitatem turcicam, in turcica oratione و امّا شول كفار نصاريدن كه ديندن مرتد اولمشلردر
بعض واريمش كه (اسلوب لغت عربيه نك) بعضي الفاظندن
ايشدوب واروب كافرستانده كندو زعم فاسدي اوزره
حضرت قرانه العياذ بالله كافر يعني لاطين ديلنجه معني
ويرمش *Verummodo de perfidis Christianis qui à fide apostatarunt, quidam fuerunt, qui cum (modum linguæ arabicæ) de quibusdam enuntiationibus percepissent, iverunt & in regione infidelium, juxta suam pravam opinionem, dignitati Corani (quod*

DE-

DEUS *avertat*) *juxta infidelem nempe Latinam linguam, sensum dederunt* de int. ment.

Pro dativo, sola turcica declinabilitas, arabici termini genus in se continere potest, quia apud Arabes Genitivus & dativus sub casu giarri, sub una eademque terminatione comprehenduntur, neque dativus persicus, speciali & sibi propria terminatione gaudet, ideoque solus turcicus dativus, in hac circumstantia locum habet, ut : وَ هَرْ كيمْكِهِ بوني إسْتِبْسَاكْ ايدَرْسَه : اوْلْ دُرْ (سَعَادَتِ اَبَدِيَّهِيَهْ) ايرِشَانْ *Et quisquis hunc* (Alcorani librum nempe) *obtinuerit, ille est, qui pertingit ad vitam æternam.*

Pro Accusativo, sola turcica declinabilitas, arabici termini genus, in se continere videtur, ut : حَقْ سُبْحَانَهُ وُ تَعَالـي اوُلْ بُقْعَهٔ شريفَهٔ بوُ خَاصَهٔ عَظِيمَهْ ايلَهْ مَخْصُوصْ قِلْشَدُرْ DEUS, *sanctificatus & excelsus, hunc tractum terræ nobilem, cum hac magna proprietate, specialem fecit* de mir. mund.

Adjectiva arabica stantia loco fixi, quod ratione sexus est generis fœminini, in oratione, ad genus fœmininum collocari poterit. v. g. بِرْ كيمسَنَهْ كَنْدُونُكْ مُطَلَّقَهسني نِكَاحْ ايتْسَه *si quis se repudiatæ suæ connubio jungat.* Can. Ott. subintelligitur *Uxor repudiata,* quam quis antecedenter repudiavit, illique demum nupsit, juxta Muhammedismi leges.

No.

Nota Genitivus juxta declinabilitatem arabicam, ſimilis eſt accuſativo juxta declinabilitatem turcicam, hinc rem juxta Grammatices præcepta ſubdiſtinguere neſcientibus, magna confuſio, hæc autem diſparitatis eſt ratio, examen ſcilicet componentis orationem, per interrogationes, & ſic inveſtigandum erit, an caſus ſit Giarrus ſeu Genitivus arabicus, reſpiciatur an in oratione ſit verbum activum quod accuſativum petit, ſi eſt: tunc turcicus accuſativus erit, qui à verbo regitur, ſi non adeſt verbum quod accuſativum regeret, interrogatio cujus ? formanda erit, & tunc Giarrus arabicus eſſe comperietur, ut hîc adlata exempla examinanti, patebit.

Dualis.

Turcas quamvis raro dualem arabicum ad ſuam orationem admittere, res ſit manifeſta, dubium non eſt, quin & in hoc numero genus arabicum detegi & noſci poſſit, exemplum autem obvium non habui.

Pluralis.

Turcas, arabicos plurales & ſanos & fractos, ſub eadem formalitate & ſignificandi vi, ad ſuam orationem trahere, res eſt evidentiſſima, ut: بو حالي ازواج مطهرات رسول الله دن حفصية حكايت ايلدي *Hunc ſtatum purarum fœminarum, de DEI propheta, Haſſſia retulit.* de mir. mund.

Turcicis & Perſicis adjectivis, bene intermiſcetur arabicum adjectivum fœmininum, ſi ſubſtantivum ſit arabicum & generis fœminini, ut: بر جميله خوب صورت ملكيا سيرت قز قرنداشي وار *Quandam formoſam & amenæ formæ & moribus Angelicis præditam ſororem habet.* de mir, mund.

Po-

Poteſt arabicum adjectivum unum, ſe generi accommodare, & alterum arabicum adjectivum ad idem ſubſtantivum pertinens Turcarum modo in maſculino permanere. v. g. قارينڭ عاقلة برلطيف قزي واريدي *Fœmina prudentem & quandam affabilem filiam habebat.* de mir. mund. عاقلة *prudens* eſt genus conveniens *filiæ* fœmininum nempe, & لطيف manet in arabico maſculino ſine reflexione ad genus, Turcarum more, & quod in genere fœminino eſt primum adjectivum eſt, in ordine conſtructionis.

Nec dubitaverim, omnes in ſingulari allegatas circumſtantias, & in plurali contingere poſſe, quamvis hac in parte, poſt diligentem inquiſitionem, exempla habere non potuerim.

Punctum tertium.

De genere imitationis.

Datur apud Turcas genus fœmininum imitativè, id eſt: etſi ſubſtantivum non ſit arabicum, ſed purè turcicum, extra rationem ſexûs & generis, imitativè attamen, evadere poteſt fœmininum, ſi in arabiſmo ſubſtantivum idem ſignificans, ſit generis fœminini: juxta ſexum v. g. عورت *fœmina* بر كون بو اعرابية عورته سوال ايدوب *Cum quadam die hanc arabicam campeſtrem fœminam interrogaſſent.* de mir. mund. ex ſubſtantivis v. g. يير vel يرّ *terra* terminus propriè turcicus eſt, &

چفتلك *Villa* terminus compositus è persico جفت *duo boves sub eodem jugo*, cui voci, Turcæ suam syllabam لك adiiciunt, & *villa* significat, hæ voces nullius sunt sexus, nec ullius generis, ex supposito quod turcismus genere careat, quia tamen significata arabica id ipsum significantia, sunt generis fœminini, ad Arabum imitationem, hos turcicos terminos & iis similes, ob significandi similitudinem, adjectivo fœminino arabico junguntur, ut:

سپاهينك خاصه چفتلكي و خاصه يري حكمي اولدر

Sipahi propria villa & propria terra Jus, hoc est: Can. Ottom. Salvo me magis perspicacium judicio, dico, hoc genus incidere, ad imitationem, propter similitudinem, قرية enim arabicus terminus, *villa* est, ة fœmininum habet, quod est signum generis fœm. apud Arabes & أرض *terra* vox arabica, ut è principiis arabicis constat, ast generis fœminini, cum ratio alia assignari non possit, cur Turcæ, genere carentes, his suis vocibus fœmininum adjectivum arabicum addant, dicendum est, quod imitationis causa.

Punctum quartum.

De genere, sine vi generis concurrente.

Genus, sine vi stabiliendi genus, est id, cujus usus est in oratione, ex alia causa quã propter generis determinationem, quod est ex principiis arabicis, nam in mea arabica syntaxi ad titulum *Arabibus propria regulæ cũ Convenientia substantivi adjectivo seu participio* pag. 669. hæc regula habetur: *Tertiò, si substantivum pluralis numeri potius sub formalitate abstracta & collectiva intendatur & ut simplex adjectivum seu epitheton, tunc*

tunc talis pluralis cujuscunque generis demum sit, eleganter cum adjectivo seu participio fœminino numeri singularis construitur Turcæ cum arabizant, hujus regulæ sunt tenacissimi, eandemque orationi suæ, elegantissimè intermiscent & accommodant, ut hîc sequentibus exemplis, clarè demonstratur v. g. خلقلردن

اون اخلاق حميده و اون اخلاق ذميمه . *De moribus, decem mores laudabiles, & decem mores vituperabiles.* de int. ment. Item

پس باطنكي اخلاق ذميمه‌دن پاك و مجلا و معرا و مبرا

ايدوب اخلاق حميده‌لريله مزين و مملا و مجلا قيلوب

بزه‌يه‌سن *A moribus ergo contemptibilibus internum tuum, purgabis, expolies, denudabis, & liberabis, & moribus laudabilibus ornabis, exaltabis, lucidum, comptum, ornatumque reddes.* de int. ment. Sed hæc adjectiva arabica, numeri singularis, fœminini generis, turcici pluralis terminationem persæpe aussumunt, ut: و بو عبادات باطنيه‌لركه واردر چوقدر *Servitutes internæ quæ sunt, multæ sunt.* de int. ment. Item ibid. اول

هوالرڭ صفات ذميمه‌لري و عاقبتنده‌كي اولان ضرر

كليلرني آكدروب نفسكي ايكرندوره‌سن *Illarum voluptatum contemptibilia, attributa & universa damna, quæ ultimò locò sunt, commemores, animamque fac abhorrere.* patet ergo, quomodo adjectivum, fœminino generi alligatum, sine vi generis, ad orationem concurrat.

Accidit non nunquam, ut alicujus substantivi arabici genus,

nobis ex ipſa oratione turcica manifeſtetur, cum genus ab ipſo puro arabiſmo obtineri nequit v. g. اوُلْ قَوْمْ قوُشْ كيِبي آغاچْلَرْدَنْ آغاچْلَرَه اوُچارْلَرْ (بوُ سِرّ عَجيبَة) وَ قُدرَتِ غَرِيبَة دُر *Illa Gens, ut aves, de orbore ad arborem volat, myſterium admirandum, & virtus peregrina eſt.* de mir. mund.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Quomodo turcicis aut Turc-arabicis phraſibus, neutralis loquendi modus Latinorum, exprimatur.

CUm in præcedente capite, quid, quod inter nomina neutrius generis eſſet non fuerit inventum, vix non in his loquendi modis Latinorum aliquid repertum fuiſſet, habet enim id in ſe Latinitas, quod quibuſdam terminis neutraliter ſumptis, ſuos conceptus exprimat, idque nunc in ſingulari, nunc in plurali, qua de cauſa, quæſtio oriri poteſt, Quomodo Turcæ genere carentes, nec illud ab Arabibus mutuo accipere valentes, ſe hoc in particulati gerere debeant? Quæſtio dicet aliquis, facilis reſolutionis, quia non entis non qualitas: Turcæ per ſe non habent genus neutrum, nec ab Arabibus obtinere poſſunt, ergo quæſtionis hujus nulla habenda eſt ratio, ſed currenti ſermoni inhærendum eſt; reſponſio hæc, in apparentia ſua prima, locum debere habere videtur, verum reſolutio hæc ſimpliciter ſumpta, locum non habet: Reſpondeo ergo, quod ſi de ſingulari numero agatur, ſi illud Latinornm neutrum participiale eſt, quod Turcæ puris adjectivis aut participiis arabicis in genere maſculino ſumptis, correſpondeant, adduntque ad participia verborum activorum

rum

rum & intranſitivorum, ſui ſubſtantivi verbi اولمق *eſſe* tempora finita, vel, ejus participium præſens اولان, ſi ſenſûs ratio illud exigat, quod exemplis clarius exhibetur. v. g. *Si hoc ſciſſibile aut ſectibile eſſet.* Per turcicum adjectivum ſine reflexione ad genus dicetur. بو قطع اولنملو اولسه vel بو كسلملو اولسه de mir. mundi. Item per participium præſens arabicum. v. g. *Illud quid valdè conſerva, poſtea neceſſarium erit.* فلان نسنهيي بك چك صقله صكره لازم اولور Chur. cf. Quod ſi pronomen aliquod relativum generis neutrius intercedat, illud in participium præſens turcicum verbi ſubſtantivi اولان reſolvetur v. g. *illud quod lege neceſſum* vel *neceſſarium eſt* واجب اولان *&c.* ſed ſi Latini, neutrum genus, è participii paſſivi præterito perfecto deſumant, participii paſſivi arabici præterito, non ſecus ac ſubſtantivo, cum perſonarum affixis utentur, v. g. مكتوبكز وصول بولوب مفهومي معلوممز اولدي Si rigorosè hoc exemplum conſideretur, tria præterita paſſivi participii arabici reperientur, quorum rigoroſa interpretatio hæc eſt: *Poſtquam perveniſſet ſcriptum veſtrum, intellectum ejus, cognitum noſtrum fuit,* & per neutralem locutionem *Latinorum* videtur eſſe verbalis interpretatio, quæ rigoroſa eſt, juxta ſenſum autem eſt: *Poſtquam perveniſſet Epiſtola veſtra, ſenſus ejus nobis innotuit.* aſt hac in parte cautè procedendum eſt, quia hujuſmodi arabica participia ad hunc ordinem trahere, ab authoritate & uſu, & non ab arbitrio componentis dependet. Sed hîc ſequens doctrina generica

eſt & univerſalis, ſcilicet : ſi talis loquendi modus Latinorum per præterita participiorum paſſivorum, reſolvi poſſit per verbum finitum activæ vocis, interveniente particulâ conditionis *quod* Latinorum, tunc incidit regula ſyntaxeos, quæ ad participiorum conſtructionem pertinet, ad rubricam ; *Quomodo hoc participium cum affixis, ſe particulis conditionis ut & quod communicet, & eas virtualiter in ſe contineat.* v. g. *petitum* ſeu *deſideratum meum hoc eſt* : & juxta illam regulam benedicetur, بنم اسْتَدوكم بو در

At longè alia reflexio facienda eſt pro neutrali modo loquendi Latinorum, in plurali, ubi Turcæ pro convenienti huic loquendi modo phraſe, ad adjectiva aut participia arabica fœminina pluralis ſani recurrere debent, ut : سَفَر مُهِمّاتي *expeditionis bellicæ requiſita* مُهِمّاتْ participium præſens tertiæ ſtructuræ à ſingulari مُهِمّة *requirens* ſeu *magni momenti & urgens*, ſic ab adjectivo arabico خَيْر *bonus à um* خَيْرَة *bona* teſte Golio in plur. ſano خَيْراتْ v. g. بَحْر كَثِير ٱلْخَيْراتْ *mare multorum bonorum* سَفَر لَوازِماتْ *neceſſaria ad expeditionem bellicam* ſic مُقَدَّماتْ *præcedentia* ut سَفَر مُقَدَّماتِنْ تَرْتِيبْ ايدەلم *expeditioni bellicæ præcedentia diſponamus* Item وَ دخي جَمِيعْ شَهْرَدە مَأْكُولاتْ مَشْرُوباتْ وَ مَلبُوسَاتْ وَ حُبُوباتْ كُلّيا وَ تَرازُويَة كَيرُرْ

كيرز دسنكلرة ذرخ وبيرةلر *In omni urbe, esculentis, potulentis, ad vestem pertinentibus, leguminibus, universim & ad pondus pervenientibus, pretium imponatur.* Can. Ottom.

CAPUT VIGESIMUM.

De numero turcico, arabica & persica nomina, non excludente.

Turcis ut Turcis, in nominibus duo sunt numeri, *singularis* scilicet & *pluralis*, sive vox arabicæ sive persicæ sive turcicæ sit originis. Quin immo & pluralis vocis turcicæ cum adjectivo sigulari fœminino arabico construi potest. خاصه كورکلريمدن سراسر قپلو بيركورك *De meis propriis pellivis â capite usque ad finem subductis.* Gem. Hist.

Pluralis numerus, si literæ vocis sint molliores لر quasi *ler* diceres sibi expetit, sic ex arabismo عزت *honor* عزتلر *honores* سبب *causa* سببلر *causæ* ex persismo, خانه *domus cubiculum* خانه لر *domus, cubicula* سك *canis* سكلر *canes* ex turcismo أو *domus* أولر *domus* دل *lingua* دللر *lingua*, دوه *camelus* دوه لر *Cameli* دري *pellis* دريلر *pelles*. Quod si voces sint durioris enuntiationis, aut in ا vel و quiescens terminentur, tunc لر cum sono *Lar* aut expresse لار scribendo, præcipue ad ea quæ in و qui-

NUmerus quædam species nominis est, & quoad cardinales numeros, magis apud Turcas quam apud Latinos, quia de numeris cardinalibus apud Latinos, *unus duo* & *tres* declinantur, ast

aſt apud Turcas, omnis numerus Cardinalis, caſuum eſt capax, exempli gratia ایکی بره غالبدر اوچ ایکییه غالبدر و درت اوچه غالبدر بش درده و آلتی بشه یدی آلتییه سکز یدییه طقوز سکزه غالبدر *Duo prævalent uni, tria prævalent duobus, quatuor prævalent tribus, quinque* (prævalent) *quatuor, ſex* (prævalent) *quinque, ſeptem* (prævalent) *ſex, octo* (prævalet) *ſeptem*, novem (prævalent) *octo*. De num. Cab. Item ibid. ع بیکدر طقوز یوزین طرح ایتدک یوز قلدی یوزک دخی طقسانین طرح ایتدک اون قلدی اونک دخی طقوزین طرح ایتدک بر قلدی id eſt : ع *eſt mille, noningenta ſubtraxiſti, centum remanſerunt, de centum ejus nonaginta ſubtraxiſti, decem remanſerunt, de decem ejus novem ſubtraxiſti, unum remanſit* : habent autem ſe ad ſubſtantiva ut adjectiva, v.g. و بو اون یرامز صفتلرک اولکیسی *Et horum decem malorum attributorum primum*. de int. ment.

Numeri ergo dividuntur in Cardinales, Ordinales, Deſtributivos, Collectivos, Quotientes & Alternantes.

Cardinales ſunt.

1.	۱	ا	بر
2.	۲	ب	ایکی

3.	٣	ج	اوچ
4.	٤	د	درت & دورت
			درد & دورد
5.	٥	ه	بيش & بش
6.	٦	و	آلتي
7.	٧	ز	يدي
8.	٨	ح	سكز
9.	٩	ط	طقوز & طوقوز
10.	١٠	ي	اون
11.	١١	يا	اون بر
12.	١٢	يب	اون ايكي
13.	١٣	يج	اون اوچ
14.	١٤	يد	اون دورت
15.	١٥	يه	اون بش
16.	١٦	يو	اون آلتي
17.	١٧	يز	اون يدي

18. ١٨

18.	١٨	يح	اُونْ سَكِزْ
19.	١٩	يط	اُونْ طُوقُوزْ
20.	٢٠	ك	يِكِرْمِي
21.	٢١	كا	يِكِرْمِي بِرْ
22.	٢٢	كب	يِكِرْمِي ايكِي
30.	٣٠	ل	اُوتُوزْ
40.	٤٠	م	قِرْقْ
50.	٥٠	ن	آللِي
60.	٦٠	س	آلتِمْشْ
70.	٧٠	ع	يَتْمِشْ
80.	٨٠	ف	سَكْسَانْ & سَكْسَنْ
90.	٩٠	ص	طُوقْسانْ
100.	١٠٠	ق	يُوزْ
200.	٢٠٠	ر	ايكِي يُوزْ
300.	٣٠٠	ش	اوچْ يُوزْ
400.	٤٠٠	ت	دُورْتْ يُوزْ

500.	٥٠٠	ث	بش يوز
600.	٦٠٠	خ	آلتي يوز
700.	٧٠٠	ذ	يدي يوز
800.	٨٠٠	ض	سكز يوز
900.	٩٠٠	ظ	طوقوز يوز
1000.	١٠٠٠	غ	بيك
2000.	٢٠٠٠	بغ	ايكي بيك
10000.	١٠٠٠٠	يغ	اون بيك
100000.	١٠٠٠٠٠	قغ	ايوز بيك

Circa numerum cardinalem *unus* id obſervandum eſt, quod ſi particula negativa *nec* ei jungatur, & perſonam denotet, quod Turcarum terminus جان *anima* verbo negativo junctus, locum habeat, v. g. آنلردن جان قورتولمدي *de illis nec unus liber evaſit*, quod ſi modus loquendi Latinorum v. g. ſic invertatur. *Nullus ſanè de illis liber evaſit* Turcæ dicent: آنلردن آصلا جان قورتولمدي

Numeri, cum poſt unitatem, ex natura ſua pluralitatem involuant, apud Turcas attamen, numeratum in ſingulari ſibi jungi volunt, ut: ربابه دورت كشي ملعونلر ويرن آلان وكفيل آولان

اوّلان وَ شاهد اولان *In usura quatuor persona maledicta est* (quatuor personæ maledictæ sunt) *dans*, *accipiens*, *fideiussor &* *testis.* Col. Islam. Sed volenti rem specificativè & emphaticâ aliquâ cum insinuatione exprimere, pluralis in usu esse potest, quod minus frequenter contingere solet, ut: آرکو و کراس بوایکي قرنداشلر درْ *prunum & cerasum, hæc duo fratres sunt.* de mir. mund. *Modus* numerandi subtrahendo, ut *duodevigenti* pro *octodecim* Turcis est incognitus.

Numeri Ordinales.

Numeri ordinales, subsistendo, in turcismo regulariter è cardinalibus formari solent, adjiciendo ad ultimam cardinalium in consonantem terminantium, kesram & adjiciendo literas نجي v. g. بِرْ *unus* بِرِنجي *primus* اوچ *tres* اوچنجي *tertius*, quod si numerus cardinalis in ي terminetur, نجي solummodo addetur, ut ايكي *duo* ايكنجي *secundus* آلتي *sex* آلتنجي *sextus*, &c. aliquando ad cardinales terminantes, in consonantes loco kesræ dsammam vel و ponunt, ut اوچونجي vel اوچنجي *tertius* درت *quatuor* درتونجي vel دردنجي *quartus* De cætero, habent se ut adjectiva, & in paribus circumstantiis, ut adjectiva, sunt casuum capaces.

الك vox turcica propriè, independenter à numeris cardina-

 libus

libus *primus* significat : aliqui ايلكي scribunt, ast quia vox hæc sine vocalibus scripta , pro أَيْلكي *beneficium* legi posset, prior Ortographia præferenda est, ut الكي يازْ *æstas* id est : *tempus veris* seu *ver*, الكي قلعهده خزاينْ موفور هي ياقلوب يقلوبْ احرقْ اولندى *In prima arce, ejusdem copiosi thesauri, accensi, diruti & combusti fuerunt.* Hist. Sulem. regularitater autem procedendo, erit برنجي *primus*, sed rarissimè ut puto, aut nunquam in usum cadit, quia ut paulo post exhibebo, in hoc primo numero ordinali, summoperè arabismo adhærent : in aliis autem numeris denariis, respectu primi, locum habet ut hîc visuri sumus.

الكي	*Primus.*
ايكينجي & اكينجي	*Secundus.*
اوچنجي	*Tertius.*
دوردنجي	*Quartus.*
بشنجي	*Quintus.*
آلتينجي	*Sextus.*
يدينجي	*Septimus.*
سكزنجي	*Octavus.*

طوقوزنجي

طوقوزنجي	*Nonus.*
اوننجي	*Decimus.*

Obſervandum, quod numeri cardinales in ي terminantes, ſuum ي ſæpe perdant, ſupplendo keſrâ & adjiciendo literas نجي ſic ايكنجي آلتنجي & يدنجي ſcribi poterit.

اون برنجي	*Undecimus.*
اون ايكنجي	*Duodecimus.*
اون اوجنجي	*Decimus tertius.*
اون دردنجي	*Decimus quartus.*
اون بشنجي	*Decimus quintus.*
اون آلتنجي	*Decimus ſextus.*
اون يدنجي	*Decimus ſeptimus.*
اون سكزنجي	*Decimus octavus.*
اون طقوزنجي	*Decimus nonus.*
يكرمينجي	*Vigeſimus.*
يكرمي برنجي	*Vigeſimus primus, &c.*

اوتوزنجي	*Trigesimus.*
اوتوزبرنجي	*Trigesimus primus*, &c.
قرقنجي	*Quadragesimus.*
قرق برنجي	*Quadragesimus primus*, &c.
آللينجي	*Quinquagesimus.*
آللي برنجي	*Quinquagesimus primus*, &c.
آلتمشنجي	*Sexagesimus.*
آلتمش برنجي	*Sexagesimus primus*, &c.
يتمشنجي	*Septuagesimus.*
يتمش برنجي	*Septuagesimus primus*, &c.
سكسننجي	*Octogesimus.*
سكسن برنجي	*Octonesimus primus*, &c.
طقساننجي	*Nonagesimus.*
طقسان برنجي	*Nonagesimus primus*, &c.
يوزنجي	*Centesimus.*
يوزبرنجي	*Centesimus primus*, &c.

ايكي يوزنجي

ايكي يوزنجي	*Ducentesimus.*
ايكي يوزبرنجي	*Ducentesimus primus, &c.*
اون يوزنجي	*Decies centesimus.*
بيكنجي	*Millesimus.*
بيك برنجي	*Millesimns primus, &c.*
ايكي بيكنجي	*Bis millesimus.*
ايكي بيك برنجي	*Bis millesimus primus, &c.*
اون بيكنجي	*Decies millesimus.*

ايكنجي فصل آز سويلمكك فايدەسني وچوق سويلمكك

زيانيني بلدرر *Secunda sectio pauciloquii utilitatē & multiloquii damnum explicat.* de rit. Relig. يكرمي ايكنجي كيجه عبد الله ابن اوفي

روايت ايدر *Vigesimâ secundâ nocte Aabd' Ullah filius Eusi narrat*, &c. بر etiam suô modô pro ordinali numero sumi potest, ut in affixis patebit.

Numeri destributivi & pretij.

Numerorum distributivorum & pretij, apud Turcas eadem est ratio, formantur à cardinalibus adjectione literæ ر gezmatæ, præcedente fatha, si cardinalis numerus in consonantem termi-

netur, ut بر *unus* برر fingul. اوچر *ternus* دردر *quaternus* اوتوزر *quinus* سکزر *octenus* طقوزر *novenus* اونر *denus* بیشر *tricenus* قرقر *quadragenus* آلتمشر *sexagenus* یتمشر *septuagenus* ایکیموزر *octogenus* طوقسانر *nonagenus* یوزر *centenus* سکسنر *ducentenus* بیکر *millenus*. Si Cardinales in vocalem terminentur, tunc شر syllaba adjicitur, ut: ایکی *duo* ایکیشر *binus* آلتی *sex* آلتیشر *senus* fing. plur. usitatus *seni* یدیشر *septenus* یکرمیشر *vigenus*. In hoc numero distributivo, hæc habenda est ratio, quod Latinorum more, non repetatur, cum res singularis respicitur, quæ etiam per numeros cardinales benè exprimeretur. v. g.

بتون چفتلودن آلتیشر و نیم چفتلودن اوچر آقچه نخی آلنور *A possessore integra villæ seni, à possessore mediæ villæ terni nummi* sive *aspri accipiuntur.* Can. Ottom. Et eodem loco id ipsum per numeros cardinales exprimitur: بتون چفتلودن یکرمی یدی آقچه سپاهی واوچ آقچه سنجاق بکی واون ایکی آقچه سوباشی آلور *A possessore integra villæ ejus spahus viginti septē, ejus supremus vexillifer, tres, ejus Judex, duodecim nummos* sive *aspros accipit*. Et id ipsũ, si luberet, per numeros distributivos exprimi. Distributivi numeri quos Itali per *a* aut Germ. per ʒu exprimere solent, hoc ipsô modô exprimuntur. v. g. برر ایکیشر اوچر

اوچر كزرلر *passano ad uno a due atre* Sie gehen durch zu Eintzig zu Zwey zu Drey.

Si de ratione singularitatis ad multitudinem receditur, tunc ut apud Latinos repetitio numeri distributivi fieri potest. بيشر بيشر قلعه يه كيرديلر *Quini & quini in munimen ingressi sunt.* Chur. ef.

Quod si ad pretii expressionem ratio habenda sit, numerus distributivus non est repetendus, sed valoris seu pecuniæ nomen ad dativum turcicum cadet, ut: اتلكا كيبي آت اللّيشر سيم غروشه آلنور *Ejusmodi equus quinquaginta* seu *quinquagenis argenti imperialibus emitur.* Chur. Ef.

Sed & Latinorum more, pretii quantitatem, numero cardinali exprimunt, & valoris seu pecuniæ nomen ad nominativum locant, ut: اون بشر آقچه ويرورلر *Quindecim numis* seu *pro quindecim numis dant.* Can. Ottom. Et etiam cum numero distributivo nomen valoris seu pecuniæ ad nominativum ponunt, ut: سنجاغي بكنه ييلده سكسان اوچر آقچه ويرورلر *Suo supremo Vexillifero, per annum, octoginta & tres numos dant.* Can. Ottom.

Notandum est, Turcas particulas disjunctivas inter numeros non ponere, sed numerum absolutum, quem nos disjunctivè sumere & intelligere debemus, ut: بيش آلتي آدم بولندلر

Quinq; (vel) *sex homines hic sunt* : ایکیشر اوچر آقچه آلنور

Emitur pro duobus aut tribus numis.

Numeri collectivi.

Collectivi numeri vis, in eo est, cum id quod distinctum est, collectivè capitur, & hic numerus quia affixum requirit, illi inter affixa, locum dandum esse censui.

Numeri Quotientes.

Numerus quotiens, ob specialem aliquem modum, arabismum respicit, quod ut visuri sumus, & ad turcismum transferri potest ; Turcæ, juxta quid Latinos imitantur dicendo. v. g. Prima pars, secunda pars, tertia pars, &c. Sed quia præter id apud Turcas etiam affixum accedere debet, ut hac de materia inter affixa agatur, magis convenit.

De numero alternante seu alternationis.

Est numerus etiam Arabibus proprius ut in mea Gram. Arab. Tract. 3. Cap. 11. videri potest, tempusve respicit, sed Turcæ circumscriptione utuntur, Arabes dicunt, v. g. ثُلُثًا *tertio quoque anno.* Turcæ dicent هر اوچ ییلده *in omni tertio anno*, seu *tertio quoq; anno* vel etiam sine هر v. g. ایکي كونده بر كره ایچر *quovis secundô die* vel *altera quavis die semel bibit.*

CA-

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

De diverſis tum ſubſtantivis tum adjectivis á numeris turcicis promanantibus.

NUmeri cardinales fiunt ſubſtantiva, ſi illis لِكْ ſyllaba adjiciatur, ut بِرْ *unus* بِرْلِكْ *unitas* ايكي *duo* ايكيلِكْ *dualitas* اوچ *tres* اوچْلِكْ *trinitas*, &c. اونْ *decem* اونْلِكْ *id quod decimum eſt*, ſeu *decenitas* يكرمي *viginti* يكرميلِكْ *vigintei tas* اوتوز *triginta* اوتوزْلِكْ *trigenteitas* قرقْ *quadraginta* قرقْلِكْ *quadraginteitas* يوزْ *centum* يوزْلِكْ *centeitas* بيكْ *mille* بيكْلِكْ *milleitas* ſi apud Latinos ut apud Turcas, hi loquendi modi admitterentur. اي پادشاهْ اللهُكْ بِرْلِكنه ايمانْ كتوره *O Rex! DEI unitati fidem habe*, vel *crede in DEI unitatem* id eſt *crede in unum DEUM.* de mir. mund. Nec numeri Ordinales neque diſtributivi, ſi praxis id admitteret, hanc ſyllabam لِكْ detrectarent. ſi quid in re eſſet, praxis edocebit. De cætero, certum eſt, nunc in una nunc in altera lingua dari ſubſtantiva & adjectiva à numeris promanantia: id attamen quod in una, in altera non contingit: videtur hac in re Latina lingua fæcunda, non item turcica, quæ tamen quoad dualitatem arabicis dualibus ſubinde correſpondere poteſt, huic Latinitatis fæcunditati, quomodo turciſmus correſpondeat (ut per exemplum unum cognoſcatur, quid in aliis obſervare oporteat.) inveſtigabimus, pro exemplo, magis fæcundum nominum La-

tinorum numerum eligemus, v. g. *duo* è numeris cardinalibus. *Duo* ايكي *duodenus* & *duodenarius* اونْ ايكينجيكي & per consequens اونْ اوچنجيكي اونْ دورد ونجيكي &c. si praxis, huic loqnendi modô subscriberet, *simplex*, *duplex*, *triplex*, *quadruplex*, &c. Componuntur ex nomine substantivo قتْ vel قاتْ *plica*, & ex numero cardinali, ut برْقاتْ *una plica* id est: *simplex* ايكي قاتْ *dua plica* id est: *duplex* اوچْ قاتْ *tresplica* id est: *triplex* دورْتْ قاتْ *quatuor plica*, id est: *quadruplex*, & sic in cæteris, &c. hinc adjectiva برقاتلو *id quod se simpliciter habet* ايكي قاتْلو *duplicatus* اوچْ قاتْلو *triplicatus* دورْتْ قاتْلو *quadruplicatus*. Et sic consequenter, &c. Hinc demum verbale substantivum برقات ايتْمكْلكْ *una plicatio* id est: *unum esse simplex* ايكي قاتْ ايتْمكْلكْ *duplicatio* اوچْ قات ايتْمكْلكْ *triplicatio* دورْتْ قاتْ ايتْمكْلكْ *quadruplicatio* vel etiã برقاتْلقْ ايكي قاتْلقْ usus sequendus est. Cum reflexionibus attamen de infinitivo nominascente dictis. Numeri cardinales *duo tres* Latinorum, cum ad adjectivorum formationem transeunt se in *bi* aut *tri* syllabam resoluunt.

Repono, quod si juxta grammaticalem regulam procedendum esset, ad substantivum quod ad adjectivum transit, لو syllaba adjicenda, & numeris cardinalis huic adjectivo præponendus esset,

esset, nisi proprium aliquod daretur, aut aliquid obstaret, aut circumscriptione utendum esset. v. g. *biceps* ايكي باشلو *triceps* اوچ باشلو &c. *bicolor* ايكي رنكلو *trium colorum* اوچ رنكلو &c. *bicornis* ايكي بوينزلو *tricornium* اوچ بوينزلو *bicorpor* ايكي تنلو *tricorpor* اوچ تنلو *bicubitalis* ايكي دراعه متعلق *tricubinalis* اوچ دراعه متعلق *biduum* ايكي كون *biferus* ايكي كره بار ايدن ييلده *bifidus* & *bifidatus* ايكي چتاللو *biforis* ايكي قپويري *biformatus*, *biformis* ايكي چتاللو *bifrons* جبه تين صاحبي *bifurcus* ايكي چتاللو *biga* & *bigæ* ايكي يوز *bigamus* امرتين صاحبي *bigemmis* فرسين عرابه سي *bigeneris* ايكي آت عرابه سي *bijugus* جنسان آصناسي *bilibra* ايكي اوقه لو *bilibris* ايكي اوقه لق آغرلغي *bilinguis* اون يملو *bilix* ايكي قاتلو جه *bilustris* ايكي دل بيلن *bimaris* ايكي دكز اورتاسنده اولان نسنه *bimatus* ايكي آيلو *bimembris* ايكي عضو *bimensis* & *bimestris* ايكي ييللو *bimus* & *bimulus* ايكي ييللو in rebus extra hominis ætatem, quod

quod si hominis ætas intelligatur اوچ یاشْلو ایکي یاشْلو ایکینجي دُورتْ یاشْلو &c. & sic consequenter dicetur. *binarius* ایکینجي *binoctium* ایکي کیجهلو *binomius* & *binomis* ایکي آدْلو صایدهٔ اوُلَانْ *bipalmis* ایکي قارِشهٔ مُتعلّق *bipatens* ایکي *bipedalis* ایکي اوُزُون یرتینْ آچوُقْ *bipedane* & *bipedanus* ایکي آیاقْ *bipennis* ایکي قناتْلو *bipes* ایکي آیاقْلو *biremis* ایکي آیاقْ دریقْ *bisulcus* vide paulo ante *bifidus bicaluis* idem quod paulo ante *bipennis*, *bivius* ایکي یوُلْلو & sic cum cæteris Latinis nominibus, è numeris compositis procedendum est, si cum numerico significato sumantur, dantur enim quædam nomina apud Latinos, quæ è numeris composita videntur, & tamen numerico significato carent. v. g. *bipennis* in quantum ad arma pertinet, ab aliis *securis* appellatur, quæ apud Turcas proprium nomen sive ex se, sive ex arabismo sive ex persismo habent, sic *bipennis* sub hoc significato est تبر vox ex persismo desumpta.

Nota quod particula copulativa *vel*, in subdistinctione numerorum apud Turcas in usu non sit, sed nihil interponendo, numerum enuntiant. v. g. التیمْش یتمشْ آدَمْ *sexaginta* vel *septuaginta homnies* ut jam dictum.

CA-

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM

An? & quomodo Arabum numeri se turcismo commisceant.

VEl qui parumper in turcicis scriptis versatus est, Arabum numeros, in turcismo frequentissimos esse, fatebitur, ita ut nil aliud supersit, quàm ut in modum, quo se turcismo commiscent, investigetur.

Quomodo se communicent Arabum numeri cardinales, turcismo.

Numeri cardinales arabismi, communicant se turcismo, incidentibus arabicis terminis, quibus se jungere possunt, jungunt autem se, vel juxta arabicam, vel juxta turcicam syntaxim: dum se juxta arabicam communicant, habent se ut adjectiva ad sua substantiva, qua de causa, regulas quas in syntaxi meæ arabicæ grammaticæ ad rubricam *Arabibus propriæ regulæ* pag. 667. allegavi, observare oportet; ubi dicitur in altera pagina 668. *secundò, si nomen substantivum pluralis numeri, universalem quandam rerum significatarum collectionem in se non continet, sed præcisè, expressio pluralitatis rerum sine collectione intendatur, tunc substantivo, sub hac formalitate in plurali existenti, accedit adjectivum pluralis numeri casu concordans:* taliter & hoc loco v. g. كُتُب أَرْبَعِينَ ه إِحْيَاءِ عُلُومِ ٱلدِّينِ ه *In quadraginta libris de vivificatione scientiarum fidei.* de int. ment. كُتُب equidem pluralis arabicus est, à singulari كِتَاب *liber*, hîc se collectivè non habet, sed præcisè rei pluralitatem exprimit, hinc constructio juxta hic dictam arabicam regulam. Alia item ibidem regula est,

quæ sic se habet: *Tertiò, si substantivum pluralis numeri potiùs sub formalitate abstracta & collectiva intendatur, & ut simplex adjectivum seu epitheton, tunc talis pluralis, cujuscunq; generis demum sit, eleganter cum adjectivo seu participio fœminino numeri singularis construitur, observatâ solâ casuum convenientiâ.* Hæc ipsa regula in turcismo arabizato observatur, ut: مُكَافَات

حَسَنَاتْدَه عَشْرْ أَمْثَالي ايلة مُجَازَاتْ أَيْلَيَنْ عَادِلْ پَرْوَرْدِكَارْ.

In retributionem beneficiorum, decem ejus paribus, compensationem faciens, Justus Nutritor (DEUS) id est: *Justus DEUS decuplum retribuens est.* Certum est, singularis مَثَل *æquiparatio, similitudo similis, par*: عَشْر autem *decem*, est singularis arabicus (juxta reflexionem ad declinabilitatem numerorum apud hanc gentem, etsi naturaliter plura significet) generis fæminini, & taliter hæc constructio huic regulæ convenit, cum plurale substantivi أَمْثَال sit pluralis arabicus collectivè sumptus, sic أَرْبَعْ عَنَاصِر *quatuor elementa* pluralis collectivus à singulari عُنْصُر *fundamentum, elementum* & sic proceditur in ipso turcismo, cum reflexione ad arabismum; Ast si ad arabismum non respiciunt, cardinali numero arabico masculini generis, ut ipso turcico utuntur, sic, أَوْقَات خَمْسَة *quinque tempora* أَوْقَات enim est plurale fractum à singulari وَقْت *tempus* & خَمْسَة *quinque*, est numerus singularis masculinus Arabum. Item خَوَاصّ خَمْسَه ظَاهِرَه وَ خَوَاصّ خَمْسَه بَاطِنَه

Proprietates quinque manifestæ, & proprietates quinque internæ, quæ decem sunt, quatuor adhuc, sunt quatuor elementa. باطنه كه اوڭ دُر دورت داخي عناصير اربعه دُر de num. cabal. hic apparet quod regula arabica equidem, quoad خواصّ ظاهره & خواصّ باطنه obfervetur, non autem quoad numerum, qui eft fingularis, generis mafculini, ex arabifmo.

Quomodo fe ordinales numeri Arabum, turcifmo communicent.

Numerorum Ordinalium arabicorum curfum, vide in mea arabica grammatica tract. 3. cap. 11. pag. 469. hi numeri fe turcifmo ut nomina adjectiva, & quoad rationem generis, & quoad rationem cafuum communicant, fed folis arabicis dictionibus jungi debent, non item perficis aut turcicis, v. g. بَابِ اَوَّل *Janua prima* illorum modo, loquendo, nobis autem *caput primum* feu *tractatus primus* فَصْلِ اَوَّل *caput primum* feu *fectio prima* فَصْلِ اَوَّل زِنَايَه مُتَعَلِّق جُرْمِي بَيَانْ ايدَرْ *fectio prima, explicat fcortationi affixam pœnam*. Can. Ottom. سُلْطَانَهٔ ثَانِيَه *Sultana fecunda*: hic apparet generis ratio, جَدْوَلِ ثَانِيَه كُرُو نَظَرْ ايتدڭ *Ad tabulam fecundam demum refpexifti* de num. Cabal.

Ex Ordinali numero arabico اَوَّل emanat ordinalis numerus arabico-turcicus اَوَّلكي, quod ab اَوَّل in eo differre videtur

detur, quod أوّل in vi significandi, sit magis latè patens, nam nunc pro numero ordinali *primus* adjectivè, nunc pro substantivo *principium* & *primitiæ*, nunc pro adverbiis ordinis *primò prius*, *antea* poni solet: أوّلكي autem, magis restrictè significat, quia provenit ab أوّل in quantum أوّل pro adverbiali comparativo *prius* sumitur, ita ut أوّلكي, potius significet juxta ea quæ capite quarto hujus tractatus de syllaba كه vel كي dicta sunt, & quatenus hoc significato gaudet, etiam modô suô, pro ordinali numero stare posse videtur, ut: أوّلكي صفت *attributum quod prius est* sive *primum attributum*. de int. ment. etiam pro *præcedens* seu potius *prior* sumi potest, ut: امّا أوّلكي حديثدن فهم اولنان بو در *Verum ex præcedente* seu *priori sententia*, *id quod intelligitur hoc est*. Col. Isl. Hi ipsi numeri ordinales, affixorum sunt capaces, ut suo loco visuri sumus.

Turcæ, subinde numeris illis arabicis, qui in mea Gram. Arab. Tractatûs 3. cap. 11. ad principium paginæ 479. expressi sunt, uti videntur, uti: چرخ ثمانيّدن مدوّردر *Octavô cælô rotundior*. sed أبواب ثلاثيه مشتملدر *capita terna complectens est*. id est: *tria capita complectitur*: ex hoc secundo exemplo autem colligitur, quod correspondeat numeris latinorum, eodem modo ordini diservenientibus, ut est *unus*, *binus*, *ternus*, *quaternus*, &c.

An?

An? & quomodo numeri distributivi Arabum, se turcismo communicent?

Quamvis rarius turcismo mixti reperiantur, accidit attamen, ut subinde aliquid simile reperiatur. v. g. أحاد اوندن چقمدي *non singulus inde exivit* de num. cabal. an sæpiùs in usum cadant, praxis exhibebit; Collectivorum numerorum rationem, ut apud Turcas, apud Arabes non reperi, si quid esset, id ipsum usus suggeret.

An? & quomodo numeri Quotientes Arabum, se turcismo communicent?

Transeunt omnino Arabum numeri etiam ut quotientes ad turcismum, vel sub partiali arabica constructione, vel rejecto tanvino aut vocali, per regulam persicam *Quotiescunque* cum partiali constructione arabica. v. g. *Quotiescunque*, ut: ثلث البول اولان *quæ est tertia pars Urinæ*, vel cum regula *Quotiescunque* persica, ut: پادشاه ربع مسكون *Rex quartæ partis habitati* (Orbis)

De numero alternante, cum exemplum obvium non habuerim, nihil ausim dicere, neque ejus usum studioso persuadere audeo, nisi praxeos testimonio ad simile quid invitaretur, vide paulò ante, quid hac de materia in numeris turcicis dictum sit.

digetalis شَشْسالة *sexennis* شَشْ پَرْ *sex plumarum* id est : *claua sexangularis* هَفْت آوْرَنْگ *cibus ex fabis, uvis passis, prunis, & ciceribus cum syrupo coctis*, ita Castellus هَفْتَخُونْ *septem sanguines* id est : *septem homicidia* هَشْتْ بَهَانْ *Agallochum, lignum aloës* هَشْتْ يَكْ *unus ex octo* نُهْ بَهْرْ *Divisio signi cujusq; Zodiaci in partes novenas, & ad quamque partem stellæ designatio applicatioq;*, ita Castellus. نُهْ طَاقْ *novem testudines*, seu *nomen sphæræ cælestis.* دَهْ پَايِيْ *decempeda* دَهْ سْتَانْ *Qui decimas colligit.* صَدْ پَايَهْ *Teredo, centipeda hirsuta*, صَدْ بَرْگْ *centifolium* ut گُلْ صَدْ بَرْگْ *Rosa centifolium*, هَزَارْ آوَازْ *mille voces* id est : *philomela* هَزَارْ دَانَهْ *mille grana* id est : *spicæ millena grana in se continentes.*

Numeri tum ordinales tum cæteri Persarum, turcismo mixti, vix aut rarò videbuntur; praxis, si quid esset, id ipsum demonstrabit.

Adnotatio ad numeros.

Particula ه پَارَه significatū simplex est, *pars, frustum, portio, buccella, fragmentum*, ast hujus usus videtur aliquid de numerico habere, in re tamen, nihil aliud est, quàm pleonastica vox & Italis & Germanis, nota. v. g. *un-pezzo di terra* ein Stück Acker / ast Turcæ hanc vocem nominibus pagorum Castellorum & Urbium adjiciunt. v. g. بَشْ پَارَه قُرَا vel بَشْ پَارَه كُويْ quinque pagi نيچه پَارَه شَهْرلَرْ v. *Aliquot urbes.*

CA-

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

De numeris, quibus Turcæ epochas suas exprimere solent.

TUrcæ, in suis epochis exprimendis, diem indeterminatè vel determinatè assignant, ad hanc expressionem, nunc puro arabismo, nunc turcismo cum arabismo mixto utuntur, interveniente subinde aliquo termino persico. Indeterminata diei assignatio consistit in eo, quod diei loco, tempus latè patentiùs, vel à prima Lunæ phase vel à Plenilunio, vel ab ultima Lunæ phase seu apparitione, sumant. Quod ut intelligibiliter demonstrem, mensium nomina adduco, & exemplo, hic dicta firmo.

1. مُحَرَّم	7. رَجَب
2. صَفَر	8. شَعْبَان
3. رَبِيعُ ٱلأَوَّل	9. رَمَضَان
4. رَبِيعُ ٱلآخِر	10. شَوَّال
5. جُمَادِي ٱلأَوَّل	11. دي ٱلقَعْدَه & دُو ٱلقَعْدَه
6. جُمَادِي ٱلآخِر	12. دُو ٱلحِجَّه

Cognitis mensium nominibus, Muhammedani æram à die fugæ Pseudoprophetæ Meccâ Medinam incipere solent, scribunt autem Chronologi, quod ea fuga Anno CHRISTI 622. Julii Mensis dicimâ quintâ die, contigerit, hinc initium æræ Muhammedanæ: at priusquam de æra hac plura dicam, phrases, quibus in exprimendis epochis utuntur, præmitto. v. g. de iis quæ diem

tinorum numerum eligemus, v. g. *duo* è numeris cardinalibus. *Duo* ايكي *duodenus* & *duodenarius* اون ايكينجيكي & per consequens اون اوچنجيكي اون دوردنجيكي &c. si praxis, huic loqnendi modô subscriberet, *simplex*, *duplex*, *triplex*, *quadruplex*, &c. Componuntur ex nomine substantivo قتْ vel قاتْ *plica*, & ex numero cardinali, ut برقاتْ *una plica* id est: *simplex* ايكي قاتْ *dua plica* id est: *duplex* اوچ قاتْ *tresplica* id est: *triplex* دورد قاتْ *quatuor plica*, id est: *quadruplex*, & sic in cæteris, &c. hinc adjectiva برقاتلو *id quod se simpliciter habet* ايكي قاتلو *duplicatus* اوچ قاتلو *triplicatus* دورد قاتلو *quadruplicatus*. Et sic consequenter, &c. Hinc demum verbale substantivum برقات ايتمقلكْ *una plicatio* id est: *unum esse simplex* ايكي قاتْ ايتمقلكْ *duplicatio* اوچ قاتْ ايتمقلكْ *triplicatio* دورد قاتْ ايتمقلكْ *quadruplicatio* vel etiã برقاتلق ايكي قاتلق usus sequendus est. Cum reflexionibus attamen de infinitivo nominascente dictis. Numeri cardinales *duo tres* Latinorum, cum ad adjectivorum formationem transeunt se in *bi* aut *tri* syllabam resoluunt.

Repono, quod si juxta grammaticalem regulam procedendum esset, ad substantivum quod ad adjectivum transit, لو sylla-ba adjicenda, & numeris cardinalis huic adjectivo præponendus esset,

esset, nisi proprium aliquod daretur, aut aliquid obstaret, aut circumscriptione utendum esset. v. g. *biceps* ايكي باشلو *triceps* اوچ باشلو &c. *bicolor* ايكي رنكلو *trium colorum* اوچ رنكلو &c. *bicornis* ايكي بوينزلو *tricornium* اوچ بوينزلو *bicorpor* ايكي تنلو *tricorpor* اوچ تنلو *bicubitalis* ايكي دراعة متعلق *tricubinalis* اوچ دراعة متعلق *biduum* ايكي كون *biferus* ايكي كره بار ايدن يميلده *bifidus* & *bifidatus* ايكي چتاللو *biforis* ايكي قپويري *biformatus*, *biformis* ايكي شكللو *bifrons* چتاللو جبهة تمن صاحبي *bifurcus* ايكي چتاللو *biga* & *biga* ايكي يوز *bigamus* امرءتين صاحبي *bigemmis* فرسمن عرابة سي ايكي آت عرابه سي *bigeneris* جنسان *bijugus* اصلي ايكي اوقه لو *bilibra* ايكي اوقه *bilibris* اغرلغي ايكي *bilinguis* اون يملو *bilix* ايكي قاتلو جبه *bilustris* ايكي دل بيلن *bimaris* ايكي دكز اورتاسنده *bimatus* اولان نسنه ايكي آيلو *bimembris* ايكي عضو *bimensis* & *bimestris* ايكي ييللو *bimus* & *bimulus* ايكي ييللو in rebus extra hominis ætatem, quod

quod si hominis ætas intelligatur اوچ يَاشْلُو ايكي يْاشْلُو ايكينجي دُورْدْ يَاشْلُو &c. & sic consequenter dicetur. *binarius* ايكينجي صَايْدَه اوُلاَنْ *binoctium* ايكي كيجَه‌لو *binomius* & *binomis* ايكي آدلو ايكي *bipalmis* ايكي قَارِشَه مُتَعَلِّقْ *bipatens* ايكي يرَنْ آچُوقْ *bipedalis* ايكي آيَاقْ اُوزُونْ *bipedaneus* & *bipedanus* ايكي آيَاقْلُو *bipennis* ايكي قَنَاتْلُو *bipes* ايكي آيَاقْ دُرِيكْ *biremis* ايكي كُوركْ كَميسي *bisulcus* vide paulo ante *bifidus bicaluis* idem quod paulo ante *bipennis, bivius* ايكي يُولْلُو & sic cum cæteris Latinis nominibus, è numeris compositis procedendum est, si cum numerico significato sumantur, dantur enim quædam nomina apud Latinos, quæ è numeris composita videntur, & tamen numerico significato carent. v. g. *bipennis* in quantum ad arma pertinet, ab aliis *securis* appellatur, quæ apud Turcas proprium nomen sive ex se, sive ex arabismo sive ex persismo habent, sic *bipennis* sub hoc significato est تَبَرْ vox ex persismo desumpta.

Nota quod particula copulativa *vel*, in subdistinctione numerorum apud Turcas in usu non sit, sed nihil interponendo, numerum enuntiant. v. g. التمِشْ يَتْمِشْ آدَمْ *sexaginta* vel *septuaginta homnies* ut jam dictum.

CA-

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM

An? & quomodo Arabum numeri se turcismo commisceant.

VEl qui parumper in turcicis scriptis versatus est, Arabum numeros, in turcismo frequentissimos esse, fatebitur, ita ut nil aliud supersit, quàm ut in modum, quo se turcismo commiscent, investigetur.

Quomodo se communicent Arabum numeri cardinales, turcismo.

Numeri cardinales arabismi, communicant se turcismo, incidentibus arabicis terminis, quibus se jungere possunt, jungunt autem se, vel juxta arabicam, vel juxta turcicam syntaxim: dum se juxta arabicam communicant, habent se ut adjectiva ad sua substantiva, qua de causa, regulas quas in syntaxi meæ arabicæ grammaticæ ad rubricam *Arabibus propriæ regulæ* pag. 667. allegavi, observare oportet; ubi dicitur in altera pagina 668. *secundò, si nomen substantivum pluralis numeri, universalem quandam rerum significatarum collectionem in se non continet, sed præcisè, expressio pluralitatis rerum sine collectione intendatur, tunc substantivo, sub hac formalitate in plurali existenti, accedit adjectivum pluralis numeri casu concordans:* taliter & hoc loco v. g. كُتُبْ أَرْبَعِينْ دَه إِحْيَاءِ عُلُومِ ٱلدِّينْ دَه *In quadraginta libris de vivificatione scientiarum fidei.* de int. ment. كُتُبْ equidem pluralis arabicus est, à singulari كِتَابْ *liber*, hîc se collectivè non habet, sed præcisè rei pluralitatem exprimit, hinc constructio juxta hic dictam arabicam regulam. Alia item ibidem regula est,

quæ sic se habet: *Tertiò, si substantivum pluralis numeri potiùs sub formalitate abstracta & collectiva intendatur, & ut simplex adjectivum seu epitheton, tunc talis pluralis, cujuscunq; generis demum sit, eleganter cum adjectivo seu participio fæminino numeri singularis construitur, observatâ solâ casuum convenientiâ.* Hæc ipsa regula in turcismo arabizato observatur, ut: مُكَافَـــاتِ

حَسَنَاتدَه عَشْرَ اَمْثَالِي ايلة مُجَازَاتْ اَيْلَيَنْ عَادِلْ پَرْوَرْدِكَارْ

In retributionem beneficiorum, decem ejus paribus, compensationem faciens, Justus Nutritor (DEUS) id est: *Justus DEUS decuplum retribuens est.* Certum est, singularis مَثَلْ *æquiparatio, similitudo similis, par*: عَشَرْ autem *decem*, est singularis arabicus (juxta reflexionem ad declinabilitatem numerorum apud hanc gentem, etsi naturaliter plura significet) generis fæminini, & taliter hæc constructio huic regulæ convenit, cum plurale substantivi اَمْثَالْ sit pluralis arabicus collectivè sumptus, sic اَرْبَعْ عَنَاصِر *quatuor elementa* pluralis collectivus à singulari عُنْصُرْ *fundamentum, elementum* & sic proceditur in ipso turcismo, cum reflexione ad arabismum; Ast si ad arabismum non respiciunt, cardinali numero arabico masculini generis, ut ipso turcico utuntur, sic, اَوْقَاتِ خَمْسَه *quinque tempora* اَوْقَاتْ enim est plurale fractum à singulari وَقْتْ *tempus* & خَمْسَه *quinque*, est numerus singularis masculinus Arabum. Item خَوَاصّ خَمْسَه ظَاهِرَه وَ خَوَاصّ خَمْسَه بَاطِنَه

نر اربعة عناصير داخي دورت نر اون كه باطنه *Proprietates quinque manifesta, & proprietates quinque interna, quæ decem sunt, quatuor adhuc, sunt quatuor elementa.* de num. cabal. hic apparet quòd regula arabica equidem, quoad خواصّ ظاهره & خواصّ باطنه observetur, non autem quoad numerum, qui est singularis, generis masculini, ex arabismo.

Quomodo se ordinales numeri Arabum, turcismo communicent.

Numerorum Ordinalium arabicorum cursum, vide in mea arabica grammatica tract. 3. cap. 11. pag. 469. hi numeri se turcismo ut nomina adjectiva, & quoad rationem generis, & quoad rationem casuum communicant, sed solis arabicis dictionibus jungi debent, non item persicis aut turcicis, v. g. بابِ اوّل *Janua prima* illorum modo, loquendo, nobis autem *caput primum* seu *tractatus primus* فصلِ اوّل *caput primum* seu *sectio prima* ايدر بيان جرمي متعلّق زنايه فصلِ اوّل *sectio prima, explicat scortationi affixam pœnam.* Can. Ottom. سلطانه ثانيه *Sultana secunda*: hîc apparet generis ratio, جدولِ ثانيه كرو نظر ايتدك *Ad tabulam secundam demum respexisti* de num. Cabal.

Ex Ordinali numero arabico اوّل emanat ordinalis numerus arabico-turcicus اوّلكي, quod ab اوّل in eo differre vi-

detur, quod أوّل in vi significandi, sit magis latè patens, nam nunc pro numero ordinali *primus* adjectivè, nunc pro substantivo *principium* & *primitiæ*, nunc pro adverbiis ordinis *primò prius*, *antea* poni solet: أوّلكي autem, magis restrictè significat, quia provenit ab أوّل in quantum أوّل pro adverbiali comparativo *priùs* sumitur, ita ut أوّلكي, potiùs significet juxta ea quæ capite quarto hujus tractatus de syllaba كه vel كي dicta sunt, & quatenus hoc significato gaudet, etiam modô suô, pro ordinali numero stare posse videtur, ut: أوّلكي صفت *attributum quod prius est* sive *primum attributum*, de int. ment. etiam pro *præcedens* seu potiùs *prior* sumi potest, ut: أمّا أوّلكي حديثدن فهم اولنان بو در *Verum ex præcedente* seu *priori sententia*, *id quod intelligitur hoc est*. Col. Isl. Hi ipsi numeri ordinales, affixorum sunt capaces, ut suo loco visuri sumus.

Turcæ, subinde numeris illis arabicis, qui in mea Gram. Arab. Tractatûs 3. cap. 11. ad principium paginæ 479. expressi sunt, uti videntur, uti: چرخ ثمانيدن مدوّردر *Octavô cælô rotundior.* sed أبواب ثلاثيه مشتملدر *capita terna complectens est*. id est: *tria capita complectitur*: ex hoc secundo exemplo autem colligitur, quod correspondeat numeris latinorum, eodem modo ordini diservenientibus, ut est *unus*, *binus*, *ternus*, *quaternus*, &c.

An?

An? & quomodo numeri distributivi Arabum, se turcismo communicent?

Quamvis rarius turcismo mixti reperiantur, accidit attamen, ut subinde aliquid simile reperiatur. v. g. آحَادٌ أُونْدَنْ چِقْمَدِي *non singulus inde exivit* de num. cabal. an sæpiùs in usum cadant, praxis exhibebit; Collectivorum numerorum rationem, ut apud Turcas, apud Arabes non reperi, si quid esset, id ipsum usus suggeret.

An? & quomodo numeri Quotientes Arabum, se turcismo communicent?

Transeunt omnino Arabum numeri etiam ut quotientes ad turcismum, vel sub partiali arabica constructione, vel rejecto tanvino aut vocali, per regulam persicam *Quotiescunq;* cum partiali constructione arabica. v. g. *Quotiescunq;*, ut: ثُلُثُ ٱلْبَوْلِ أُولَانْ *quæ est tertia pars Urinæ*, vel cum regula *Quotiescunq;* persica, ut: پَادِشَاهِ رُبعِ مَسْكُونْ *Rex quartæ partis habitati* (Orbis)

De numero alternante, cum exemplum obvium non habuerim, nihil ausim dicere, neque ejus usum studioso persuadere audeo, nisi praxeos testimonio ad simile quid invitaretur, vide paulò ante, quid hac de materia in numeris turcicis dictum sit.

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

An? & quomodo Perſarum numeri turciſmo ſe commiſceant?

COmmiſcent ſe omnino turciſmo, ſed non eâ frequentiâ quâ ſe arabici commiſcent, quia ſi perſicæ & turcicæ linguæ principia perpendentur, in primis & magis univerſalibus regulis, magnam habent inter ſe paritatem, licet in aliis multum inter ſe differant, qua de cauſa, ipſa perſica, defectus ſuos, arabiſmo ſupplet ut ipſa turcica.

An? & quomodo cardinales numeri perſici ſe turciſmo communicent?

Simpliciter, & ſine immutatione aliqua, turciſmo ſe commiſcent, minoris quantitatis numeri, rariùs: majoris autem ſæpiùs, exemplum pro minori quantitate, پادِ شاهِ اِسْلامْ وَ شهریارْ هَفت اقلیمْدُرْ *eſt Rex Islammiſmi, & Princeps ſeptem climatum.* H: S. عُمْرْ اَگَرْ هَفْتادْ وَ اَگَرْ هَشْتادْ اولا بِرْ نَفَسْدُرْ هَرْ قَچانْ بَرْبادْ اُولا *Vita etſi fuerit ſeptuaginta vel octoginta* (annorum) *anhelitus quidam eſt, quandocunq; deperdita fuerit.* de mir. mund. In majori autem quantitate plerumque eſt صَدْ *centum* & هَزارْ *mille* & plerumque conjunctim reperiuntur, ſubinde tamen & ſeparatim, ut hic ſequentia exempla demonſtrant, مُبارَكْ خاكپايْ شَريفلرينه هَزارُ و صَدْ هَزارْ تَعْظيمْ وَ اكْراملة رُوي

روي عبوديّت ماليده قيلندقدن صكره اعلام اولنان بو دور كه *Mille & centum millibus magnificentiis & honorificentiis, persolutâ depressione vultûs submissionis, ad pulverem benedictorum pedum suæ nobilitatis, significatur quod*, ex lit. & separatim: هركس كه بو كبي لمن پادشاه ايله مقام خصومتده اوله مرگ و هلاكي هزار كمند ايله كندو جانبنه چكمش اولور *Omnis persona quæ tali cum Rege in statu altercationis fuerit: Mortem & interitum suum, ad partem suam, mille laqueis attraxerit.* Huma. Nam, Item in plurali persico.

هزاران مدحله وارر سلامم
سلام ايله نخي برقاچ كلامم

Cum laudibus mille vadit salutatio mea,
Cum salutatione etiam aliquot verba mea.

Versus quibus se invicem amantes, in sibi scribendis epistolis, honorant. Alias è numeris tam paruæ quàm amplæ quantitatis, diversa nomina composita persica, ad turcismum transferuntur, veluti يكجهت *concors* يكدل *unanimis* دو دل *duo corda* id est: *incertus animus* دو موي *duo crines*, id est: *semicanus*, سه چهار كوشه *tridens* سه پاي *tripus* چهار پا *quadrupes* انكشت *quadrangularis* پنج پهلو *quinquelaterus* پنج انكشت *quinquedigetalis*

digetalis ششساله *sexennis* شش پر *sex plumarum* id est: *claus sexangularis* هفت آورنك *cibus ex fabis, uvis passis, prunis, & ciceribus cum syrupo coctis*, ita Castellus هفتخون *septem sanguines* id est: *septem homicidia* هشت بهان *Agallochum, lignum aloës* هشت يكي *unus ex octo* نهبهر *Divisio signi cujusq; Zodiaci in partes novenas, & ad quamque partem stellæ designatio applicatioq;*, ita Castellus. نه طاق *novem testudines*, seu *nomen sphæræ cælestis.* ده پايي *decempeda* ده ستان *Qui decimas colligit.* صد پايه *Teredo, centipeda hirsuta*, صد برك *centifolium* ut كل صد برك *Rosa centifolium*, هزار آواز *mille voces* id est: *philomela* هزار دانه *mille grana* id est: *spica millena grana in se continentes.*

Numeri tum ordinales tum cæteri Persarum, turcismo mixti, vix aut rarò videbuntur; praxis, si quid esset, id ipsum demonstrabit.

Adnotatio ad numeros.

Particula پاره significatū simplex est, *pars, frustum, portio, buccella, fragmentum*, ast hujus usus videtur aliquid de numerico habere, in re tamen, nihil aliud est, quàm pleonastica vox & Italis & Germanis, nota. v. g. *un-pezzo di terra* ein Stück Acker / ast Turcæ hanc vocem nominibus pagorum Castellorum & Urbium adjiciunt. v. g. بش پاره قرا vel بش پاره كوي quinque pagi نيجه پاره شهرلر *Aliquot urbes.*

CA-

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

De numeris, quibus Turcæ epochas suas exprimere solent.

TUrcæ, in suis epochis exprimendis, diem indeterminatè vel determinatè assignant, ad hanc expressionem, nunc puro arabismo, nunc turcismo cum arabismo mixto utuntur, interveniente subinde aliquo termino persico. Indeterminata diei assignatio consistit in eo, quod diei loco, tempus latè patentiùs, vel à prima Lunæ phase vel à Plenilunio, vel ab ultima Lunæ phase seu apparitione, sumant. Quod ut intelligibiliter demonstrem, mensium nomina adduco, & exemplo, hîc dicta firmo.

1. مُحَرَّم	7. رَجَب
2. صَفَر	8. شَعْبَان
3. رَبِيعُ ٱلْأَوَّل	9. رَمَضَان
4. رَبِيعُ ٱلْآخِر	10. شَوَّال
5. جُمَادِي ٱلْأَوَّل	11. دُو ٱلْقَعْدَه & دي ٱلْقَعْدَه
6. جُمَادِي ٱلْآخِر	12. دُو ٱلْحِجَّه

Cognitis mensium nominibus, Muhammedani æram à die fugæ Pseudoprophetæ Meccâ Medinam incipere solent, scribunt autem Chronologi, quod ea fuga Anno CHRISTI 622. Julii Mensis dicimâ quintâ die, contigerit, hinc initium æræ Muhammedanæ: at priusquam de æra hac plura dicam, phrases, quibus in exprimendis epochis utuntur, præmitto. v. g. de iis quæ diem

indeterminatè notant. تَحْرِيرًا فِي أَوَايِلِ رَبِيعُ ٱلْآخِرْ سَنَه أَحدَى وَ عَشْرِينَ وَ تِسْعَمَايَة *Scriptum in principio Reby el achyr, Annô noningentesimô vigesimô primô* تَحْرِيرًا est casus nasbi regulæ patientis, arabicæ, quasi diceres scripsi scribendo, masdarum enim تَحْرِيرًا adest, etsi verbum foris petendum sit, vel dici posset, quod sit casus specificationis arabicæ, ex hoc exemplo apparet, quod *primis* (scilicet diebus) sit epocha incerta, nam dicere in plurali *primis diebus*, nullam diem est determinare, hinc est, quod dies primi, sint primæ ~~lunæ~~ phasi magis propinqui dies. Item تَحْرِيرًا فِي اوَاسِطِ شَهْرِ جُمَادِي ٱلْأَوَّلْ سَنَه سِتْو سَبعِينْ وَ آلْفْ *Scriptum in mediis* (diebus) *Mensis Giumazi eleuvel, Anno millesimo septuagesimo sexto* id est: in diebus plenilunio magis propinquis, Item تَحْرِيرًا فِي أَوَاخِرْ شَهْرِ ذِي ٱلْحِجَّه شَرِيفَدْنَكْ سَنَه سِتْو أَرْبَعِينْ وَ الْفْ *Scriptum in ultimis* (diebus) *Nobilis mensis Zilhiggiæ Anno millesimo quadragesimo sexto*, id est: diebus, deficienti lunæ magis propinquis, apparet ergo ex his tribus exemplis, qualiter in notanda indeterminatè epocha mensium, procedant, ast hoc advertendum est: menses in tres partes dividi, ita ut novilunio primos decem, plenilunio secundos decem, & deficienti lunæ ultimos decem dies tribuant, qua de causa, sub أَوَايِلْ primi, sub أَوَاسِطْ medii, & sub أَوَاخِرْ ultimi decem dies intelligentur, & in iis plerumque

tota-

totaliter arabismo inhærent, & hæc est ipsa doctrina Turcarum in suis observationibus ita scribentium: إيكي أوّلكي اونْ كونْنة عَشْر اَوَّل آيكڭ اوْرتاسنده اوْلاَن اونْ كوْننة عَشْر اوْسَط آيكڭ آخرنده اوْلاَن اوْن كونْنة عَشْر آخير ديرلر *Primos dies decem mensis* عَشْر اَوَّل *primos decem : medios decem dies* عَشْر اَوْسَط *decem medios: ultimos decem dies* عَشْر آخير *ultimos decem* appellant, lib. Epist. Sed & frequentissimè, determinatam diem epochæ, diversa phrase exhibent, ut è sequentibus exemplis desumi potest, & primò quidem ab ipsa rei natura, sine numeri expressione v. g. per غرّه prima lunæ phasis, seu candor ille primus orientis Lunæ, quæ est prima dies orientis lunæ, تحريراً في غرّه شهر شعبان *Scriptum est in prima phase seu apparitione Luna mensis* شعبان. Cæteri determinati dies, ut plurimum hic sequentibus modis insinuantur. اشبو بيڭ سكسان يـــدي تاريخنده صفر الخيرڭ طقوزنجي كوننده Ad verbum est *In hac, mille octoginta septem æra, felicis Ssafar Nona die*, juxta phrasem Latinam. *Æra millesima octogesima septima, die nona felicis mensis Ssafar.* In hac epocha, numerus omnis, turcicus est, ثلث و اربعين و تسعمايه شوّالنڭ اونْ اوچنجي كوني *Nongenti & quadraginta tres, Schevali decimâ tertiâ die* numeri

Annorum sunt arabici, in casu giarri, quia في subintelligitur, Annus non est expressus, sed supponitur, mensis numerus est turcicus Ordinalis. Item pars una æræ supponitur, altera exprimitur, ut & apud nos contingit. v. g. Anno 693. subintelligitur 1693 cum proportione ad tempus in quo quis versatur, sic dicitur & apud illos: طُقْسَانْ طُقُوزْ دي ٱلْحِجَّهِ سِنُكْ دُوْرْدُنْجِي كُونِي Ad verbum est: *nonaginta novem, Zilhiggai die quarta*, deest Anni nominatio, & numerus major æræ *mille*: Latini dicerent: *nonagesimo nono*. Anno supposito, solius mensis epocham insinuant, ut: آشْبَو رَبِيعُ ٱلْأَوَّلِمُنْكْ يِكِرْمِي سَكِزِنْجِي كُونِي *Hujus Raby elewwel vigesimo octavo die*. Aliquando mensis diei numero, feriæ diem adjungunt: إشْبُو مَاهْ رَجَبْ ٱلْمُرَجَّبُكْ دُوْرْدُنْجِي كُونِي كِه يَوْمْ آلثَّبْتْ *Hujus Mensis Regeb venerabilis quartá die, qua dies Sabbathi est*: Nota quod ٱلثَّبْتْ sit vulgi error, nam سَبْطْ est dies sabbathi, ita ut esse debeat يَوْمْ ٱلسَّبْطْ. Persicum nomen مَاهْ *mensis* sive *luna* sæpe adjiciunt, ut: مَاهْ دي ٱلْقَعْدَه شَرِيفَه نُكْ يِدِنْجِي كُونِي *Mensis* seu *luna Zilkaada nobilis, septimo die*. Addunt aliquando tempus actionis, de die ne, an de nocte, res sit gesta. v. g. إشْبُو مَاهْ دي ٱلْحِجَّه شَرِيفَه نُكْ ٱلْتِنْجِي كِيجَه سِي ثُلُثْ ٱللَّيْلَه *Hujus mensis Zilhig-*

Zilhiggiæ nobilis, ſexta nocte, tertia noctis parte. id eſt : *in tertia parte ſexta noctis menſis Zilhiggiæ.* Item مَاهٔ دي أُلحجّه شَرِيفُكْ ايكنجي جُمْعَه كُوني ! *Menſis nobilis* ſeu *Luna nobilis Zilhiggiæ ſecunda die Veneris* an non : *ſecunda dies menſis quæ fuit dies Veneris?* Ex hactenus allegatis exemplis, quidquid in epochis occurrere poſſet, reſolvetur.

Supereſt nunc, ut in quantum fieri poteſt, ſtudioſo, regula aliqua tradatur, mediante quâ ad CHRISTI æram, æra Pſeudoprophetæ trahi poſſit : Annus CHRISTI ſolaris eſt, Muhamedanorum Lunaris, ideoque reſpectu Anni ſolaris, vagus, quia quovis Anno, epactarum numeri excreſcunt, ratio, cur menſium Muhammedanorum curſus, per totius ſolaris Anni circulum evagetur, eorundemque Annorum initium, nunc in hyeme, nunc in vere, nunc in æſtate, nunc in autumno, incidat. Mihi grammaticam pro linguarum ſtudiis aptam edenti, aſtronomicos diſcurſus aut computus haud propoſui, ſed ſolum quomodo epochæ inter ſe combinandæ ſint, dicendi mihi mens eſt. Joannes Gravius Anglus, vir eruditus, in ſuo Vlug Bego Londini 1650. impreſſo, epochas has pereruditè combinat, qua de cauſa, plura petentem ſtudioſum eo remitto: hoc unicum hîc intendo, ut unius ſæculi curſum, ex hîc dicto authore adnotem, hac cum admonitione, quod combinatio hæc, ad periodum Julianam ſeu ad antiquum ut vulgo dicitur Calendarium Acatholicorum reſpiciat, refertur autem ad Gregorianam correctionem, per receſſum ab epocha diei antiqui Calendarij, novem vel ratione initij phaſis, decem dierum ſequentium, additione, & habetur neomenia juxta noſtrum Romano-Catholicum Calendarium Gregorianum, v. g. Annus Muhammedanus Lunaris, eſt prima dies Lunæ, primi menſis Muhammedanorum Muharram 1105 incipiet hoc Anno noſtro CHRISTI 1693. Auguſti 22. die, ſecundum Calendarium antiquum, hanc ipſam

diem capiemus in nostro Calendaro Gregoriano & ultro numerando, ad 31. Augusti Calendarij Gregoriani, erit neomenia & prima dies Lunæ Muharram, quod est initium Anni Muhammedani, & sic de novilunio ad novilunium procedetur, & habebitur certitudo initii & cursus totius Lunaris Anni Muhammedanorum, quâ observatione mediante, cognoscentur Epochæ Turcarum & cum nostra Gregoriana combinari poterunt.

TABULA

Combinationis æræ Arabicæ seu Muhammedanæ, ad æram CHRISTI per unius sæculi decursum.

Æræ hegiræ seu fugæ Pseudoprophetæ, Meccâ Medinam, quæ sunt epochæ Turcarum & omnium Muhammedanorum.		Adnotatio Æræ CHRISTI, per quam demonstratur Annus, mensis & dies periodi Julianæ, in qua incipit Annus hegiræ seu fugæ.		
1105.	- - - - -	1693.	Aug.	22.
1106.	- - - - -	1694.	Aug.	11.
1107.	- - - - -	1695.	Aug.	1.
1108.	- - - - -	1696.	Jul.	20.
1109.	- - - - -	1697.	Jul.	9.
1110.	- - - - -	1698.	Jun.	29.
1111.	- - - - -	1699.	Jun.	18.
1112.	- - - - -	1700.	Jun.	6.
1113.	- - - - -	1701.	Maj.	27.
1114.	- - - - -	1702.	Maj.	16.
1115.	- - - - -	1703.	Maj.	5.
1116.	- - - - -	1704.	Apr.	24.
1117.	- - - - -	1705.	Apr.	13.
1118.	- - - - -	1706.	Apr.	3.

1119.	- - - -	1707.	Mart.	23.
1120.	- - - -	1708.	Mart.	11.
1121.	- - - -	2709.	Mart.	1:
1122.	- - - -	1710.	Febr.	18.
1123.	- - - -	1711.	Febr.	7.
1124.	- - - -	1712.	Jan.	28.
1125.	- - - -	1013.	Jan.	16.
1126.	- - - -	1714	Jan.	6.
1127.			Decemb.	26.
1128.	- - - -	1715.	Dec.	15.
1129.	- - - -	1716.	Dec.	4.
1130.	- - - -	1717.	Nov.	23.
1131.	- - - -	1718.	Nov.	12.
1132.	- - - -	1719.	Nov.	2.
1133.	- - - -	1720.	Oct.	21.
1134.	- - - -	1721.	Oct.	10.
1135.	- - - -	1722.	Sept.	30.
1136.	- - - -	1723.	Sept.	19.
1137.	- - - -	1724.	Sept.	8.
1138.	- - - -	1725.	Aug.	28.
1139.	- - - -	1726.	Aug.	17.
1140.	- - - -	1727.	Aug.	7.
1141.	- - - -	1728.	Jul.	26.
1142.	- - - -	1729.	Jul.	15.
1143.	- - - -	1730.	Jul.	5.
1144.	- - - -	1731.	Jun.	24.
1145.	- - - -	1732.	Jun.	12.
1146.	- - - -	1733.	Jun.	2.
1147.	- - - -	1734.	Maj.	22.

1148.

1148	1735.	Maj.	12.
1149	1736.	Apr.	30.
1150	1737.	Apr.	19.
1151	1738.	Apr.	9.
1152.	1739.	Mart.	29.
1153.	1740.	Mart.	17.
1154.	1741.	Mart.	7.
1155.	1742.	Febr.	24.
1156.	1743.	Febr.	14.
1157.	1744.	Febr.	3.
1158.	1745.	Jan.	22.
1159.	1746.	Jan.	12.
1160.	1747.	Jan.	1.
1161.	1747.	Dec.	21.
1162.	1748.	Dec.	10.
1263.	1749.	Nov.	29.
1164.	1750.	Nov.	18.
1165.	1751.	Nov.	8.
1166.	1752.	Oct.	27.
1167.	1753.	Oct.	17.
1168.	1754.	Oct.	6.
1169.	1755.	Sept.	25.
1170.	1756.	Sept.	14.
1171.	1757.	Sept.	3.
1172.	1758.	Aug.	23.
1173.	1759.	Aug.	13.
1174.	1760.	Aug.	1.
1175.	1761.	Jul.	21.

1176.	- - - -	1762.	Jul.	11.
1177.	- - - -	1763.	Jun.	30.
1178.	- - - -	1764.	Jun.	19.
1179.	- - - -	1765.	Jun.	8.
1180.	- - - -	1766.	Maj.	28.
1181.	- - - -	1767.	Maj.	18.
1182.	- - - -	1768.	Maj.	6.
1183.	- - - -	1769.	Apr.	25.
1184.	- - - -	1770.	Apr.	15.
1185.	- - - -	1771.	Apr.	4.
1186.	- - - -	1772.	Mart.	24.
1187.	- - - -	1773.	Mart.	13.
1188.	- - - -	1774.	Mart.	2.
1189.	- - - -	1775.	Febr.	20.
1190.	- - - -	1776.	Febr.	9.
1191.	- - - -	1777.	Jan.	28.
1192.	- - - -	1778.	Jan.	18.
1193. }	- - - -	1779. }	Jan.	7.
1194. }			Dec.	27.
1195.	- - - -	1780.	Dec.	16.
1196.	- - - -	1781.	Dec.	5.
1197.	- - - -	1782.	Nov.	25.
1198.	- - - -	1783.	Nov.	14.
1199.	- - - -	1784.	Nov.	2.
1200.	- - - -	1785.	Octob.	23.
1201.	- - - -	1786.	Octob.	12.
1202.	- - - -	1787.	Octob.	1.
1203.	- - - -	1788.	Sept.	20.

1204.	- - - - -	1789.	Sept.	9.
1205.	- - - - -	1790.	Aug.	29.
1206.	- - - - -	1791.	Aug.	19.
1207.	- - - - -	1792.	Aug.	7.
1208.	- - - - -	1793.	Jul.	28.
1209.	- - - - -	1794.	Jul.	17.
1210.	- - - - -	1795.	Jul.	6.
1211.	- - - - -	1796.	Jun.	25.
1212.	- - - - -	1797.	Jun.	14.
1213.	- - - - -	1798.	Jun.	3.
1214.	- - - - -	1799.	Maj.	24.
1215.	- - - - -	1800.	Maj.	12.
1216.	- - - - -	1801.	Maj.	2.
1217.	- - - - -	1802.	Apr.	21.
1218.	- - - - -	1803.	Apr.	10.
1219.	- - - - -	1804.	Mart.	30.
1220.	- - - - -	1805.	Mart.	19.
1221.	- - - - -	1806.	Mart.	8.

Hactenus de æra diſcurſus, nunc de cæteris literarum ſeu epiſtolarum accidentibus, aliquid adnotare lubet.

Subſcriptio, apud Turcas, fit immediatè ad finem epiſtolæ in prima facie, ita neceſſariô, quod etſi epiſtolæ ratio, ſe ultro extendat, ſenſûs curſus interrumpitur, & ad finem faciei, finalem apprecationem adjectâ ærâ faciunt, & parvulis lineolis, corteſiam ſuam ut ita dicam, ſeu dedicationis ſuæ formulam, & nomen, & munus ſuum ſubſcribunt, quod ſi ſenſus interruptus fuerit, eum in margine chartæ proſequuntur: incipiunt autem illi quaſi in medio folij epiſtolam ſcribere, ita ut in ſuperiori parte uſque ad extremum, ubi DEI Excelſi nomen aut laus ejus exaratur, magnum ſpatium remaneat, ad quod Epiſtolæ reſiduum, ſcribi ſolet, & vix aut rariſſimè folij faciē invertunt.

De



Su-

Supponendum, quod quemadmodum inter Christianos Principes, ad subdistinguendas personas alti stemmatis, dignitatis aut meriti, signa quædam constituuntur, v. g. vellus, pro equitibus aurei velleris, sancti Spiritus, pro equitibus sancti Spiritûs, & alia innumera signa equestris ordinis, sub titulo tam civilis, quam militaris rationis, ita & apud Turcas, sub tituli militaris ratione (est enim primarius finis Reipublicæ gubernandæ, apud hos Barbaros, militaris, non stemmatis aut civilis dignitatis) datur distinctionis signum quod توغ appellatur, quod signum est pertica longa, sarissæ ad instar, habens in sublimitate foliolum aliquod ex cupro seu aurichalco, cui phantasti cum aliquod dicterium ex Alcorano incisum est; aliquantulum infra, globus aureus, infra circa globum. Crines equini [illegible] iis coloribus imbuti, dependentes: hujusmodi pertica symbolum est, indicans; Domum Ottomanicam per Alcorani benedictiones (quæ sunt dicteria Alcorani, Orbis Dominam (id indicat globus aureus) evasisse, & suarum virtutum radiis (& hi, crines equini) totũ orbem illustrari, hæc signa, præferuntur illi, cui à Porta distinctionis gratia exhibentur, sic unum signum habens, est signum distinctionis minus nobile, duo signa sunt nobiliora, tria Nobilissima, quatuor, gradum specialis eminentiæ insinuant: hoc supposito, signum quod hic descriptum est توغ appellatur, cum hi, qui hæc honoris signa possident, epistolas aut mandata scribunt, hæc ipsa signa Epistolæ, aut mandatis præfigi volunt, & cum præfiguntur scripto, طغرا vocantur. regulariter hi, qui suprema dignitate gaudent, etsi quatuor توغ possideant, cum pro طغرا illis utuntur, tres tantum lineas trahere faciunt, ut in *aaa* videtur, lineæ volantes sub *bbb* sunt radij, etsi globus non videatur

deatur

deatur صا sub litera *c* est idem ac صح *veritas* arabico idiomate, & est modus, corroborationem rei scriptæ exprimendæ, sed *d* est nomen scribentis; v. g. hîc, est Solymanus Turcarum Sultanus, per giros & tractus, ut apud nos, moderno tempore, in sigillis & curribus exprimi solent, observandum autem est, quod in hoc signo ponendo, quod qui duo توغ possidet, etiam duas lineas, & qui unum possidet tantum unam lineam, deorsum trahere possit, respectuq; in collocando signo observant, nā in medio folio signum collocare, est nota eminentis dignitatis, undè ij qui minoris sunt ordinis ad marginem contra primas lineas ponunt.

De sigillo.

Turcarum sigilla, continent nomen illius, cujus est sigillum, sed cum sensu symboli plerumque expressum, symbola hæc plerumque sunt arabico idiomate composita, nonnunquam etiam persico, symbolum unum, pluribus commnune esse potest, & hæc symbola quia dispersim seu literis hinc inde dispersis & inter ornatûs lineas scripta sunt, lectionis sunt difficillimæ, ita ut pro sigillis ut & pro publicis inscriptionibus legendis, studium speciale requiratur.

In instrumentis legalibus, Judicis & eidem assistentium nomina, ad superius spatium una cum sigilli appressione scribuntur, extra hanc rationem, ad literas, non sigillandi, sed honoris causâ, altioris ordinis Viri, sigillum suum, è regione primarum linearum, ad marginem, Minoris conditionis ad marginem ultimarum linearum, & sequioris rationis homines, folium invertunt, & ad superiorem partem folij, quæ respectu scripturæ superior evadit, sigillum locant, & id apud supplicantes moris est. Literas suas, bursis, ad hunc finem factis, imponunt, & eodem sigillo obsignant.

TRACTATUS TERTIUS

DE PRONOMINIBUS.

PRonomina Turcarum, quæ in abſoluta & affixa ſubdividuntur, Arabum & Perſarum pronomina, phraſe, eloquendi ſubtilitate & elegantiâ, multum ſuperant: eò tamen ordine ut arabica tractanda ſunt, ſed quia ut inſinuo, à phraſium ſubtilitate ſunt magis celebria, tractatum de iis in duas partes ſubdividendum eſſe cenſui, in prima, de pronomine abſoluto, in ſecunda, de affixis tractaturus.

PARS PRIMA.

De pronomine abſoluto.

Pronominum Species tot ſunt, quot in præcedentibus Grammaticis aſſignatæ fuerunt.

CAPUT PRIMUM.

De pronominibus primitivis.

PEr pronomina primitiva, intelligo pronomina primæ & ſecundæ perſonæ, reſervando pronomina tertiæ perſonæ pro demonſtrativis, pronomina ergo primæ perſonæ ſunt بن *Ego* سن *tu*, tertium enim pronomen Latinornm *ſe*, apud Turcas, ab

aliis

aliis absolutè subdistinctum non reperitur, sed pronomini كُنْدُ

vel كَنْدِي quod & ad alia applicabile, inest, de quo suo loco.

Declinatio pronominum primitivorum.

Pronominibus primitivis apud Turcas, non nisi tres casus tribuuntur, Nominativus, Dativus & Accusativus, nam Genitivus ille Latinus, phrase aliâ exprimendus est, ut paulo post patebit.

S. N. بَنْ *Ego*	P. N. بِيزْ & بِزْه *nos*
D. بَكَا *mihi*	D. بِيزَه & بِزَه *nobis*
A. بَنِي *me.*	A. بِيزِي & بِزِي *nos.*
S. N. سَنْ *tu*	P. N. سِيزْ & سِزْ *nos*
D. سَكَا *tibi*	D. سِيزَه & سِزَه *nobis*
A. سَنِي *te.*	A. سِيزِي & سِزِي *vos.*

His ipsis pluralibus adjicitur subinde terminatio pluralis لَرْ ut

بِزْلَرْ & سِزْلَرْ & regulariter inflectuntur, id autem rarissimè contingit, & in iis solum circumstantiis, ubi magno cum respectu scribendum aut loquendum est. v. g. سِزْلَرْ ايلَه بُونْدَه اِيْنْدُوغُمُزْ

دُوسْتْلِق وِلاَيَتَه وَارْدُوغُكُزْ زَمَانْدَه فَرَامُشْ اُولُنْبَقْ لاَيِقْ

دَكُلْدُرْ

...دَتْلدُر *Amicitia quam hic vobiscum incepimus, cum ad regionem vestram perveneritis, conveniens non est, ut oblivioni tradatur.* ex Lit.

CAPUT SECUNDUM.

De pronominibus demonstrativis.

PRonomina demonstrativa, cum pro substantivo seu nomine ponuntur, declinantur, quod si substantivis adjiciantur, quia communiter ultimô loco non ponuntur, non declinantur.

Declinatio pronominis demonstrativi propinqui.

S. N. بُو *hic, iste, is,*	P. N. بُونْلَرْ
G. بُونُكْ	G. بُونْلَرُكْ
D. بُوڭا	D. بُونْلَرَه
A. بُونِي	A. بُونْلَرِي

Sic declinantur شُو *iste*, اِشْبُو *hic ipse idem* & quasi *hicce*, & hæc sunt demonstrativa propinqui.

Declinatio pronominis demonstrativi remoti.

S. N. اوُلْ vel اوُ *ille*	P. N. آنْلَرْ *illi*
G. آنُكْ *vulgo*	G. آنْلَرُكْ

G.

D. اوتا D. آنلره *illi*

اوتا vulgo

A. آني A. آنلري

اوني vulgo

Vulgaris modus dicendi v. g. اونكى اوني اوتا in vulgari locutione ſtare poteſt, in ſcriptis vix reperietur.

Dicunt & اوز, quod æquivalet Latinis *Ego ipſe, tu ipſe*, ita ut perſonæ numerus per affixum exprimi debeat, ubi non eſt perſonæ ratio, per ſe ſtat, ut: اوزنسنه *aliquid proprij*, cætera vide in affixis.

De pronomine demonſtrativo كندو vel كندي *Ipſe* vel *ſe*.

Regulata eſt declinatio pronominis كندو vel كندي propriè turcici, de vi primitivorum & Poſſeſſivorum quoad omnem perſonam & numerum participantis, ad affixa ſe extendentis, & pro Latino termino *proprius* ſtantis, ut ſuo loco viſuri ſumus. Hujus declinatio eſt hæc.

S. N. كندو vel كندي P. M. كندولر vel كنديلر &c.

G. كندونك vel كندينك

D. كَنْدُوِيَه vel كَنْدِيَه

A. كَنْدُوِيْ vel كَنْدِيٌّ

An pronomina primitiva vel demonstrativa Arabum vel Persarum in turcismo locum habeant?

Tam exiguus est pronominum arabicorum, minor adhuc Persarum ad turcismum transitus, ut hac de re quid dicere, ratio non admittat.

فُلَانْ De quo pronomine in Gram. mea Arab. Tract. 3. cap. 2. pag. 492. & apud Turcas persæpe in usu est, ut: فُلَانْ كِمْسَنَه *talis quidam*, regulariter declinatur: N. فُلَانْ G. فُلَانْكْ D. فُلَانَه A. فُلَانِي &c. P.N. فُلَانْلَرْ &c. فُلَانَه نَامَه كُونْدَرْمِشِيمْ *tali cuidam epistolam transmisi. Opus talis cujusdam est*, فُلَانْكْ اِيشِيدُرْ *In tali spelunca unâ nocte decubuimus & dormivimus*. De mir. mund. فُلَانْ مَغَارَه دَه بِرْ كِيجَه يَاتُوبْ اُويُودُقْ,

Sub pronominis qualitate subinde arabicus terminus عَيْنْ *oculus*, *origo*, *fons* &c. sub sub significato *Ille*, *ipse*, ad turcismum transit. Ast ut termini vigor radicaliter intelligatur, sciendum est: phrasem hanc, in arabismo ita fundatam esse, ut, quamvis عَيْنْ *oculus*, *fons*, *scaturigo*, significet, ab ipsis Arabibus per Metaphoram, ad significatum essentiæ cujusvis rei, applicetur

plicetur, item sub significato *homo*, *persona*, *aliquis*, *ullus*. & pro quavis re, quæ coram oculis est, in usu est, & hoc ipsum significatum, ad vim pronominis demonstrativi, per ipsos Arabes reductum est, dicunt enim: Giggeio & Golio teste هُوَ هُوَ بِعَيْنِ *hic ipse* seu *ipsissimus est.* عَيْنُ ٱلشَّيْءِ *fons rei* id est: *res ipsa* هُوَ بِٱلْعَيْنِ *Ille in persona*, *Ille ipse* هُوَ بِعَيْنِهِ *Ille in suo fonte*, *in sua essentia* id est: *Ille Ipse per se* hinc Turcæ آني بِٱلْعَيْنِ كُورْمِشِيمْ *Illum in persona vidi* vel *illum ipsum vidi* عَيْنِيلَه كَلْدِي *Ille cum essentia venit* id est: *ille ipse in persona venit*, *ille ipse venit* إِسْتَدُوكُم خُواجَه عَيْنِيلَه بُو دُرْ *Magister quem volui hic ipsissimus est.* ex Lex. Potest est نَفْس *spiritus, anima* terminus arabicus pro pronomine demonstrativo capi, ut: نَفْسِ بودُونْ تونَا كَنَارِنْدَه دُرْ *Ipsa Buda est ad ripam Danubij.* Hist. Sul. Cætera pronomina demonstrativa Arabum, per turcismum nonnunquam dispersa, usu recepta sunt. v. g. بَاقِي عَلَى هَذَا *cætera juxta hoc* بِالذَّاتِ *Ipsemet*, *in substantia* بَعْدَ ذَالِكَ *post hoc* نَصْفُ ذَلِكَ *hujus medietas* ٱلحَالَةُ هَذِهِ, *res ita se habet*, *rei status iste est* كَذَلِكَ *ut hoc* etsi quæ alia usus suggeret. v. g. آدَمْدَنْ اِلَي هَذَا ٱلْحِينْ *Ab Adamo adhoc usque tempus.* Chur. ef.

CAPUT TERTIUM.

De usu absoluto pronominum primitivorum & demonstrativorum.

HÆc pronomina, apud Turcas, sub quocunque casu & numero sumpta, ad absolutum, & non ad affixorum usum quoad verba, cadunt, quia verbis non affiguntur, ut apud Arabes, sed absolutè Latinorum more verbis suis adjiciuntur, reservatis pro affixis, infinitivo nominascente, & præterito participij in دُوق vel دُوكْ & futuro participij in جَقْ vel جَكْ, quæ pronomina per affixa ad se trahunt, (qua de re suo loco) سَنْ بَنِي تَـركْ اَيْلَرْسَكْ بَنْ سَنِي تَركْ ايتْمَ *Si tu me deserueris, ego te non deseram.* ex Lit. بُونِي دَخِي خَبَرْجِي كُونْدُرْدِي بِلْدُرْمَكِيچُونْ كِهْ بِزْ نَهْ كِيشَهْ ايزْ *Hunc etiam Nuntium misit, ut notum redderet, nos, quinam simus.* de int. ment. بَنْ دِيمَكْ شَيْطَانْ ايشِيدُرْ *Ego dicere, diaboli opus est.* prov. سَنْ كِهْ وَزِيرْ اَعْظَمْ سَنْ Tu qui *supremus meus Vizirius es*, initium literarum Sultani ad suum Vizirium supremum Gem. Hist. سِزْ كِهْ لَوَهْ قَلْعَهسِنْكْ مَجَارْ وَ نَمْچَهْ قَپُودَانْلَرِي سِزْ *Vos qui Levensis muniminis Hungari & Germani Capitanei estis.* Gem. Hist. رِضَاءِ شَرِيفِينْكْ يُولْنِي بِرَهْ كُوسْتَرُوبْ

كوسترور *Sua Nobilis voluntatis viam nobis ostendens* de int. ment.
بني و سني كم يراتدي *Me & te quis creavit* Col. Islam.
بزي وجملهء يوقدن وارايليان در *Nos & omnia ex nihilo creans.* de int. ment. و بو حق تعالينك كلامي در *Et iste est sermo DEI* اول اسلام ديني حقي و ازلي در *Illa fides Islamismi, fides veri & aeterni est*, id est: *est fides DEI veri & aeterni* de int. ment. شويازو اوقومه لودر *Hæc scriptura legibilis est.* پس اشبو ذكر اولنان آغا *Hic commemoratus Aga.* ex Lit. بونك سببن صوردم *Itaq; hujus causam quæsivi.* Col. Islam. آنك خدمتنه طاقتي يوقدر, *Ad ejus servitium robur non habet.* de int. ment. نچه بوكا بكزر فسادلرك نهايتي يوقدر *Aliquot huic similium excessuum, terminus non est*, de int. ment.
مشاهده ايتدم وكوردمكه بوني دخي حاشا اول ايلرو كلان كتابلره تسبيه ايدوب كه آنلري بلدوكلري اوزره ديلدن ديله دوندروب اول كتابلري تاقيامته دكين اتباع ايدنلري مغبون ايلمشلر در *Institutâ paritate ad libros anteriores, vidi & perspexi, (quod absit) per translationem factam de lingua in linguam, cum proportione ad cognitionem linguæ,*

 quam

quam quisq; habuit, eos qui libros illos sequuntur, usq; ad Judicij diem deceptos fuisse. de int. ment. بونلرك بعضيسي مجوسيدر

Illorum quidam ignicolæ sunt, de int. ment. آنلرك توبه سي

الله مقبولدر *Illorum pœnitentia DEO accepta est.* Col. Islam.

پس بونلره سوال ايتدم *Itaq; iis quæstionem feci*, id est: *Eos interrogavi.* de mir. mund. قوللر آلوب مناصبي آنلره ويردي

Servos susceperit Officia illis dedit. Al Gen. بونلري سوروب

فارس دريا سنده اولان كردابه دوشردي *Eos pepulit & ad maris persici voraginem prolabi fecit.* de mir. mund. آنلري طوتوب

وكندودخي حبس ايلدي *eos capit & captivare fecit.* Al Gen.

غيرلرك نظرندن خوفا فرار ايدر *Et ille ipse etiam ab aliorum aspectu timendo fugit.* Col. Islam. كندوكندودن بتمش

عوامدن *Ipsa ex se ipsis orta Castaneta*, Can. Ottom. كستانه لتلر

نيجه كمسنه آنك دريسندن كندويه قفتان ايدينورلر
E Plebeiis perplures, ex ejusdem pelle sibi ipsis vestes fieri curant. de mir. mund. كندولر مباشير اولميه لر *Ipsimet ne sint inspectores.* Can. Ottom.

CA-

CAPUT QUARTUM.

Occultus Genitivus demonstrativi.

OCcultum genitivum pronominis demonstrativi, illum qui tertiæ personæ est, ita appellamus, quia in oratione implicitè continetur, & id quod præcessit, in memoriam revocat; hic occultus genitivus autem; reperitur tum in Arabum tum in Persarum tum in Turcarum regulis *Quotiescunq;*, quod sequentibus exemplis exhibetur. نِيَّتِ خَيْرْ خَاتِمَاتْ وُ اُمْنِيَّتِ ظَفَرْ عَاقِبَتْلَرِي مَقَرُّ اَلسَّلْطَنَهْ اَلْعَالِيَهْ *Intendere boni terminos, & exoptare victoriæ fines, est quietis locus excelsi imperij* (*ejus excelsi imperij*) Hist. Suleim. discurrit enim Author de Solimani Consilio, in quo agitabatur quæstio, an Francisco Primo Gallarium Regi, contra Carolum Quintum Austriacum suppetiæ mittendæ essent? & discursus quod Solimani imperium quietum foret in interno statu suo, si Francisco conjunctus Austriacos bellis infestare juvaret, in memoriam revocat Solimani Imperium. Item ibid. بُو فَتحِ نَادِرُ اَلْوُقُوعُڭ دَرْگَاهِ مُعَلَّايَهْ اِعْلَامِي اِيچُونْ مُشَارْ اِلَيْهِ مُحَمَّدْ بَكْڭ اُوغُلْلَرِي سُلَالَهُٔ اَلْاُمَرَاءِ اَلْعِظَامْ آرْسْلَانْ دَامْ عُلُوِيَّهُيِي بَارِگَاهِ اَعْلَايَه گُونْدَرْلِمِشْدُرْ *Ad significandum excelsæ Portæ, hanc rari successus expugnationem, præinsinuati Muhamed Begi, filium magnorum Ducum progeniem* (*Eorundem magnorum Ducum progeniem*) *Arslanem* (*cujus sublimitas perpetuet*) *Ad excelsam Portam, miserunt*, rationabiliter additur *eorundē* quia author enarrans gesta

in

in bello contra Carolum Quintum, hîc in exemplo citati Muhammed Patrem, Jahia, Baſſam Semendriæ fuiſſe, aſſerit Author, & Jahiam Patrem & Muhammedem filium, ut præclaros belli Duces exhibet, & Arſlanem horum Ducum progeniem appellat.

Pro perſica regula *Quotieſcunq́,* بو اثناده پادشاه هفت
اقليم و شاهنشاه تخت مقيم و سعادت نديم تماشاي صيد
و شكار عزم ايتمشلريدي بنده پامال افكنده بيمجال
مصطفي بن جلال كه عتبهٔ آسمان مثال و سدهٔ كيوان
اتصالده كاتب ديوان عدالت بنيان و ارتب احكام قضا
جريان اولوب *Interea Rex ſeptem Climatum, Rex Regnum, throni conſtantis, felicitatis familiaris, obambulandi & venationem inſtituendi propoſitum fecerat, ſervus contritus & ſubjectus (ſervus ejus contritus & ſubjectus) & impotens, Muſtapha filius Gelal, cum in continuatione* (actu) *Aulæ cælo ſimilis & Portæ Orbis, Scriba* (Secretarius) *eſſet, Conſilij (quod æquitatis eſt fundamentum, & ſtabilia reddidit imperia currentium decretorum.* Hiſt. Sul. Diſcurrit Author de Sultano Solimano, & ſe ejus Conſilij Secretarium

fuiſſe aſſerit. Item ibidem وزراء عظام و اركان بلند مقام
و امراء ثريا انتظام و كافهٔ متعينان عتبهٔ سپهر احتشام
يرلو يرنجه قلوب پايهٔ سرير اعلايه يوز سروب مبارك باد
ايتديلر *Vizirij magni & Proceres magnæ dignitatis & Duces ordine*

ordinè Pleiades, & universitas Deputatorum Porta, & Sphara reverentiam debitam praseferentes, juxta ordinem suum advenerunt, ad sublimis throni scabellum (ad ejus sublimis throni scabellum) *faciem submiserunt, & congratulati sunt.* Præcedit enim discursus de quadam Victoria Solimani, postmodum inducit Proceres ad ejus thronum, congratulandi causa.

Exemplum juxta turcicam regulam *Quotiescunq;* حكيملره وافر رعايتلر ايله شاهانه خلعتلر كيدوروب مزاج شريفلرينڭ صحت و عفيتلري خبرلريني ويرديلر *Medicis multa cum honorificentia regias* (regio dono datas) *vestes induere fecit, & informationem sanitatis & incolumitatis nobilis complexionis* (ejusdem nobilis complexionis) *dederunt.* Hist. Suleim. manifestè apparet, vis occulti genitivi demonstrativi tertiæ personæ, quia affixum sequens, est purè pleonasticum. Videtur autem hic loquendi seu scribendi modus esse historicus, & in scriptis magis usitatus quàm in loquendo, nam de genitivo pronominis demonstrativi tertiæ personæ in loquendi modis subsistente (utpote de re, quæ in affixis tertiæ personæ consistit,) inter affixa dicendum erit.

CAPUT QUINTUM.

De pronominibus possessivis & eorundem usu absoluto.

PRonomina possessiva sunt بنوم vel بنم *meus,* à سنڭ *tuus,* à آنڭ *suus.* à بيزوم vel بيزم vel بزم *noster,* à سيزڭ vel سزڭ *vester,* à

ab omni declinabilitate remota. Si ſubſtantivis ut poſſeſſivis junguntur, primò locô collocantur, & Subſtantivo affixum præcedenti pronomini correſpondens, adjicitur, eſt, & illud cui inflexionis caſus adjicitur, ut inter affixa viſuri ſumus.

Hæc ipſa pronomina poſſeſſiva, ſi poſtpoſitioni turcicæ ایچون *pro, propter* poſtponantur, vim pronominis primitivi induunt, ut: بنم ایچون *propter me* سنك ایچون *propter te* آنك ایچون *propter illum* بزم ایچون *propter nos* سزك ایچون *propter. vos*&c. بنم ایچون دعا ایله *Ora pro me.* Col. Iſlam. Sed & vice verſa, primitiva pro poſſeſſivis ſtare poſſe videntur, ut: آنك فضیلتی بندن زیاده در *Ejus Virtus, meâ potior eſt.* بندن *pro* بنمدن Chur. ef.

Hæc ipſa pronomina, dum à ſenſu poſſeſſivo recedunt, & ad perſonam aliquid operantem ſeu operaturam referuntur, perſonam ſimpliciter connotant, v. g. بو مصلحت بنمدر *hoc negotium meum eſt.* id eſt: *mihi convenit ut huic negotio me ingeram* vel *hoc negotium ad me pertinet* بو مصلحت سنكدر *hoc negotium tuum eſt* &c. & ſic de cæteris, alia eſt ratio in ſenſu poſſeſſivo, ut ſuo loco viſuri ſumus.

Item hæc ipſa pronomina cum ſub reſponſione ad interrogationem cadunt, biſariam dividuntur, ſemel, ut hic expreſſa ſunt,

ſunt, v. g. ſi præcederet interrogatio بوكتاب كيمڭدر *Hic liber cujus eſt?* per ſimplex poſſeſſivum reponetur, v. g. بنم *meus* سنڭ *tuus*, &c. Et ſic in ſubſumpto, v. g. *ſi tuus eſt, accipe eum* سنڭ ايسه آل آني Vice alterà ſyllabam كه vel كي aſſumunt ſic, بنم *meus* fiet بنمكه meus سنڭ *tuus* fiet سنڭكه *tuus* آنڭ *ſuus* vel *illius* fiet آنڭكه *ſuus, illius* بزم *noſter* fiet بزمكه *noſter* سزڭ *veſter* fiet سزڭكه *veſter*, & taliter poſita, regularis turcicæ declinationis regulam ſequuntur, & refertur hæc formatio ad normam ſubſtantivorum vel adjectivorum in كه vel كي terminantium, de quibus ſupra Tract. 2. Cap. 4. &c. nam huiuſmodi pronominibus poſſeſſivis, immixtum eſt quid de relativo, & exprimitur determinata pertinentia rei ad aliquam perſonã, vel rem vel maximè, ſi de re aliqua diſcurſus præceſſerit, exemp. grat. ſi diceret aliquis باقڭه كوزل يازودر *aſpice quàm pulchra ſcriptura eſt.* ſi alius reſponderet بنمدنمي سويلرسن *de meane loqueris?* abſurdiſſima repoſitio foret, convenienter autem dicetur: بنمكيدنمي سويلرسن *de eane qua mea eſt, loqueris?* quaſi germanicè diceres die Meinige / redeſt du von der Meinigen/

Meinigen/ communiter enim hæc pronomina locum habent, ubi de re jam ſuppoſita diſcurritur, v. g. كلم نه كوزل كلدر *Roſa mea quàm pulchra roſa eſt* reponeret alter بنمكي دها بنم آسبابم سنككيدن كوزلدر *quæ mea eſt adhuc pulchrior eſt.* اعلادر *Veſtis mea, tuâ præſtantior eſt.* Chur. ef. & in iis, conſiſtunt pronomina poſſeſſiva abſoluta, & eorundem abſolutus uſus.

CAPUT SEXTUM.

De uſu pronominum relativorum explicitè ſumptorum.

STet definitivo pronominis relativi Aluari. *Relativum eſt quod nomen antecedens in memoriam reducit.* hac ſuppoſitâ, & præſcindendo à cauſa, cur & quomodo relativum pronominum apud Turcas in affixum tranſeat, qua de re, ſuo loco. Dico quod pronomen relativum explicitum ſit illud, *quod verè & realiter in oratione adeſt, & aliunde eruendum non eſt*; expreſſum relativum ſubſtantiæ ſimpliciter, & non interrogativum, eſt كه vel كي quod à declinabilitate excluſum eſſe videtur, ſed كم vel كيم idem ſignificans, pro declinabilitate magis aptum eſſe videtur, ejuſve uſus eſt ordinarius, ut ex exemplis viſuri ſumus: ſic Nom. كم vel كيم G. كمك vel كيمك D. كمه vel كيمه A. كمي vel كيمي exempla per caſus برابرمي درآنلار كه بيلورلر آنلار ايله كه بيلمزلر *Pares ne ſunt illi qui ſciunt, cum iis qui neſciunt.* de

int.

int. ment. Item ibid. اولْ نَسْنَه‌كِمْ بِيزُومْ ايچُونْ وُجُـودَه كَتُورِلْمِشْدُرْ *Omne id quod propter nos creatum est.* Item ibid. جَمِيعْ اَنْبِيَا وَ اَوْلِيَا كِه كَلْمِشْلَرْدُرْ *Omnes prophetæ & sancti qui advenerunt.* Circa hunc casum nominativi, id observandum est, quod hoc ipso stante sensu, Modsarea & præterita hæc, per participium exprimi possent, & brevius & etiam elegantius, v. g. بِيزُومْ ايچُونْ وُجُودَه & alterum بِلَنْ بِلْمَيَنْ ايلَه بَرَابَرْمِيدُرْ & tertium جَمِيعْ كَلْمِشْ اَنْبِيَا وَ اَوْلِيَا كَتُورُلْمِشْ نَسْنَه sed in obliquis casibus pura expressio pronominis relativi exigitur sine reflexione ad verbum, seu potius sine connexione ad verbum & vix aliter procedetur, ut hîc videbitur : Genitivus كِيمُكْ v. g. چِفْتْلِكْ كِيمُكْ اَلِنْدَه بُولُونُورْ ايسَه *Villa in cujus manu reperietur.* Can. Ottom. Patet hîc pura expressio pronominis, sine connexione ad verbum. Dativus كِيمَه v. g. طَاغْلَرْدَه كَنْدُو كَنْدُودَنْ بِتْمِشْ كَسْتَانَه لِكْلَرْ بَكْلِكْ اُولُورْ كِيمَه تِيمَارْ اُولْمِشْ ايسَه آنُكْ حُكْمِنْدَه دُرْ *In sylvis per semet ipsa exorta Castaneta, cedunt in dominium illius, cui, vel sub cujus cura vel Juris-dictione sunt.* Can. Ottom. In ipso turcismo, est dativus, purè expressus, sine connexione ad verbum. Si Accusativus hujus pronominis relativi, substantivum clarum & expressum & ad certum quid, vel etiam sub neutro genere ad incertum quid respiciens, in oratione habuerit, hujus loci non erit, quia

tali

tali in circumſtantia, pronominis relativi Accuſativus in affixum tranſit, ut ſuo loco exhibebitur: hoc ergo loco, pronomen relativum caſûs Accuſativi, extra vim interrogativam, ſubſtantivum tale in memoriam reducere debet, quod in oratione nullô modô eſt, ratione ſenſus attamen, quale ſubſtantivum ſit intelligendum, de foris petendum eſt. v. g. قلعه فتح ايلدوكده كيمي اسير كيمي قتل ايلديلر *expugnato munimine, quem captivum fecerunt, quē occiderunt.* Hiſt. Sul. Accuſativus *quem* refertur ad revocandum in memoriam id quod in oratione non eſt, ſed ad revocandum in memoriam id, quod in hac oratione continetur, ratione dictante, eſſe homines edocemur, qui expugnato munimine, capi & interfici ſolent, Latini dicerent *expugnato munimine, hos ceperunt, illos interfecerunt,* ſubintelligendo *homines.* Sed ſi id quod in memoriam reducitur in ipſa oratione ſit, كه indeclinabile, in uſu eſſe poſſe videtur, ut: امر ايلدي موسي كه اول قدسي شريف آنده يابلاجق ارض مقدسه كه اول زمانده قوم جبارين ضبط ايدرلردي *Moyſi imperavit* ſeu *dixit nobile ſanctuarium* (Hieruſalem) *ibi extruendum eſſe, Terra Sancta, quàm illo tempore populus præpotens obtinebat.* de int. ment.

CAPUT SEPTIMUM.

De pronomine relativo implicito

PRonomen relativum implicitum eſt, illud, *quod in nomine vel in verbo implicitè aut virtualiter continetur, & inde vi ſenſus eruendum eſt.*

Quo-

Quomodo in nomine, se implicitè aut virtualiter hebeat.

Hæc relativa per regulam *Quotiescunq;* Arabum & Persarum implicitè in oratione continentur, cum id quod in regula *Quotiescunq;* comprehensum est, respectu alicujus subjecti se ut prædicatum habet, qui loquendi modus ex ipsa Latinitate demonstrari potest, veluti è regula syntactica, *Substantiva cum ad laudem vel vituperationem, referuntur genitivo vel ablativo gaudent* ut: *Puer nobilium morum*, latet hîc implicitè *qui*, quia cum proportione prædicati ad subjectum dici potest *Puer qui est nobilium morum* sic per arabicam regulam *Quotiescunq;* dicetur. صَبِي كَرِيمُ اَلْاَخْلَاقِ Item *Reges Possessores potentiæ* vel *qui possident potentiam* per regulam Arabum *Quotiescunq;* سَلَاطِينْ ذَوِي اَلْاَقْتِدَارْ Vel juxta regulam *Quotiescunq;* persicam *Domini puritatis internæ* vel *Domini qui sunt interna puritatis*: اَرْبَابِ صَفَاي بَاطِنْ Item *Vizirius excelsa dignitatis* vel *Vizirius qui est excelsa dignitatis*: وَزِيرْ عَالِي جَاهْ differentia autem inter orationem Latinam & turcicam, hæc est: quod idem orationis membrum apud Latinos, cum & sine expressione relativi *qui*, *quæ*, *quod* stare possit, in turcica oratione autem, necessariò per regulam *Quotiesçunq;* poni debeant: sed & multa alia nomina relativa *qui*, *quæ quod* implicitè in se continere, patet è Tract. 2. Cap. 6. cap. 7. & 14. & ex iis quæ obviam haberi possunt, per hunc grammaticalem decursum.

Quo-

Quomodo in verbo se implicitè aut virtualiter habeat.

Latet hæc vis in verborum cujuscunque demum generis participiis, videtur equidem aliqua similitudo à Latinitate peti posse, ni turcismus demonstraret, se hac in materie, & magis extensum, & modos adhuc elegantiores sermonis habere, quàm Latini. Sinamus omne participium præsens & futurum Latinum, vim pronominis relativi cum reflexione ad tempus in se continere, ut *amans*, *docens* id est: *qui amat*, *qui docet*, *amaturus*, *Docturus*, *qui amabit*, *qui docebit*, ast Turca, hoc pronomen facile participio suo includit, seque hac cum vi ad declinabilitatem convertit, quia convenientiùs est illi, participio uti, dicereque سَوَنْ *amans* اوكرَدَنْ *docens* سَوَجَكِ *amaturus* اوكرَدَجَكِ *Docturus* تَقِيس بِلَنْ رَبِّسِينْ بِلْمِشْ اولُورْ ex arabico مَنْ عَرَفَ نَفْسَهُ فَقَدْ عَرَفَ رَبَّهُ, *Qui se ipsum novit*, *DEUM novit*. Col. Islam. Observandum item, participia Latina activi & neutrius generis, carere præteritis participiorum, non item turcica, Latini in suis passivis, participij præsens haud admittunt, ut Turcæ, quibus & in participiis passivis est tempus præsens; per accidens autem est, quod relativum cum tempore significet, hoc utique fit, quia tempus significare, ipsi verbo inest: liceat ergo ex hîc prænotatis inferre, quod in quo Turcæ in participio se magis extendunt, in eo etiam se magis extendant quoad rationem pronominis relativi impliciti.

Participia ergo quælibet Turcarum, simplicis originis, activæ aut intransitivæ vocis, & omnium structurarum, sive præsentis, sive præteriti, sive futuri temporis, comprehendunt in

ſe hoc ipſum pronomen relativum, & ſi cum eo pronomen aliquod demonſtrativum concurreret implicitè cum vi ſignificandi, juxta ipſum participij tempus, cum declinabilitate ſimul concurreret: ut hîc ſequentibus exemplis demonſtro.

Participia pronomen relativum involventia cum vi præſentis temporis.

Nominativus حَالِنْ بِلَنْ عَالِمْ اُولْدِي *Statum ſuum noſcens, ſapiens evaſit.* Col. Iſlam. *noſcens* verbum activum à بِلْمَكْ *noſcere.* وِيرِلاَنْ نَرخْ كُوزَه دُوبْ *obſervando pretium quod datur* Can. Ottom. وِيرِلاَنْ participium præſens paſſivi verbi, ab activo وِيرْمَكْ *dare* عُشْرِي جُرْمُكْ آلِنَانْ *Decima mulcta quæ accipitur.* Can. Ottom. آلِنَانْ participium præſens paſſivi verbi, ab activo آلْمَقْ *accipere* حَرَامْ اُولْنَانْ نَسْنَه لَرْدَنْ سَاقِنَاسِنْ *A rebus prohibitis vel à rebus quæ prohibentur, abſtineto* de int. ment. Item ibid. غَزَا نِيَّتِنَه جَمْعْ اُولْنَانْ مَالْ *Opes quæ collecta ſunt, vel quæ colliguntur ad intentionem belli.* بِرْ چُورَكْ كِبِي كُورِينَانْ آيْ *Luna quæ videtur ad inſtar cornuti panis.* Hæc omnia ſunt paſſiva, صَبَاحَه دَكِينْ خُورْ خُورْ اُويُويَانْ *Uſq; ad manè rhonchiſſando dormiens* ſeu *qui dormit*, &c. De int. ment. اُويُويَانْ *dormiens* neutrum

ſeu intranſitivum verbum ab اويومق *dormire* بوتا ايرميان

ايرمز تكريه *Ad eum non perveniens* (qui non pervenit) *ad DEUM non pervenit.* De int. ment. *Genitivus* يلان شهادت

ايدنلرك وتزوير حجت يزانلرك آنوثله عمز ايدنلرك

كلته كركي كبي حقلرندن ut genitivos exhibeam , turcicæ phraſi me alligo: id eſt. *Veniatur è merito facientium falſum teſtimonium, falſificationem ſententiæ Judicialis ſcribentium, & cum illis operantium, ut oportet.* id eſt : *prout convenit puniantur illi qui falſum teſtimonium perhibent, qui ſcripto ſententias judiciales falſificant, & ij qui cum illis operantur* Can. Ottom. *Dativus*

قاضي يه دعوت آيلينه بويله ديسه *ſi ad Judicem citanti, ita diceret.* Can. Ottom. يلان سويلينه يلانكه بركت ديسه كافر

اولور *Mendacium loquenti, ſi dicet, mendacio tuo ſit benedictio, perfidus erit.* Col. Iſlam. چس عقلي اولانه بوندن اولو زيانكارلق

اولا نجه *demum, intellectum habenti, hinc, magnum damnum ut obtinget?* de int. ment. قدرتي اولميانه فرض دكلدر *Non habenti potentiam, non eſt DEI mandatum* de int. ment. *Accuſativus* ايده لر طوار آلاني تاديب *Pecudem accipientem,*

ſeu

ſeu *eum qui pecudem abigit, corripiant, caſtigent, &c.* Can. Ott. Item ibid. قاضیلر جبرله قونمق استینلری منع ایدهلر *Judices, vi hoſpitium capere volentes* ſeu *eos qui vi hoſpitium capere volunt, arceant.* Item پس اول قومك نیتلرنده المتنده عیسایی اولدردوك دیدكلری و اول اولدرلنی آنی ظن ایتدكلری حق تعالی قتنده تا آنی اولدرمك دكلو معصیت اولمادیمی *Itaq; in intentione illius populi, cum dixiſſet: omnino CHRISTUM occidimus, dum occiſum* ſeu *eum qui occiſus eſt, eum eſſe putarent: in conſpectu DEI excelſi, ac ſi eum occidiſſent, nunquid prævaricatio facta eſt?* de int. ment. Aliquando hoc ipſum præſens continet in ſe aliquid de præterito, ut: ایلرو گلن پیغمبر *Prophetæ qui antecedenter venerunt.* de int. ment. Tertia perſona Modſareorum de qua Tract. 2. Cap. 3. ſupra actum eſt, eſſe poteſt etiam hujus loci, non autem declinabilitati ſubjecta facile reperietur. v. g. برمه‌دن كسیلور اوغلانجق كبی دُر *eſt ſicut infans qui ab ubere ſcinditur* id eſt: *amovetur.* de int. m. متاع اشترا ایدركبی اولوب ad verbum. *Cum eſſet, mercium emptionem facit inſtar* quod Latinitati conformiter erit: *cum eſſet, ſicut qui merces emit* ſeu *cum eſſet ad inſtar ementis merces.*

Par-

Participia pronomen relativum involventia cum vi præteriti temporis.

Et hoc in loco ſubtiliter & reflexivè procedendum eſt; duplici enim præterito Turcarum participia gaudent, uno quod in مِشْ altero quod in دُوقْ ex infinitivo مَقْ & in دُوكْ ex infinitivo مَكْ terminatur, & differentia unius ab altero intelligi debet, ut uſus regulatè innoteſcat, nunc de iis quæ in مِشْ terminantur dicere lubet, Præterita participiorum in مِشْ cujuſcunque demum ordinis aut generis, ſive activa ſive paſſiva, ſive neutra ſint, ſequuntur rationem horum, quæ in præſente dicta ſunt, involvunt quippe Nominativum pronominis relativi *qui*, *quæ*, *quod*, cum ſignificato præteriti, ita attamen, ut & ſubjectum ad quod referuntur, in ea ipſa oratione contineatur, rem exemplis declaro: قَبُولْ اُولْمِشْ نَمَازْ *oratio* (preces) *quæ grata fuit*. Col Iſlam. apparet quod قَبُولْ اُولْمَقْ ſit verbum neutrum *gratum eſſe* ſeu *placere*, & quod *oratio* ſit ſubjectum ad quod implicitum pronomen refertur, Item اِحْتِيَاطْلَا كَچْمِشْ عَمَلْلَرْدَنْ اِعَادَه اَيْلَمَكِى *Ab actionibus quæ providè tranſierunt repetitionem facere*. Lexic. كَچْمَكْ *tranſire* verbum neutrum عَمَلْ *actio* ſubjectum. Item صَاتْدُرْمِشْ قَاضِى قَتْنْدَه *Coram Judice qui vendere fecit*. Can. Ottom. صَاتْدُرْمَقْ *facere vendere* à صَاتْمَقْ *ven-*

vendere verbo activo قاضي *Judex* subjectum. Item ترجمة اولنمش كتاب *liber qui traductus est*. ترجمة اولنمق *traduci* verbum passivum كتاب *liber* subjectum. تيمارة ويرلمش آت *Ad curam traditus equus*. Can. Ottom. ويرلمك passivum à ويرمك *dare tradere* آت *equus* de præterito in دوق vel دوك vid. Syntaxim. de constr. particip.

Participia pronomen relativum involventia cum vi futuri temporis.

Sub hac ipsa ratione, huc trahi potest futurum participij in جق ab infinitivo in مق & in جك ab infinitivo in مك, ut سعادت قالاجق باقي *beatitudo quæ permanebit* vel *quæ permansura est*. Participia horum trium temporum, cum respectu ad personam & ad rem, pronomen relativum, in se continere possunt.

An verbalis dictio in دُب, in his participiis, locum habeat.

Ex infallibili supposito, quod hæc dictio verbalis in دُب terminans, se sequentium modorum, temporum, numerorum & personarum naturæ, ac qualitati accommodet, exemplis edocemur, ut & hîc suo loco visuri sumus, quod omnino dictio verbalis in دُب etiam hujus loci sit. v. g. in participio præsentis

شُولْ اِسِيلَرْدَه صُووُقْلَرْدَه سَفَرْلَرْدَه يُورِيُوبْ دِينْ يُولِنَه ضَرَرْلُو
اُولَانْ آنْوَاعِ دِينْسِزْلَرْكْ دِيكَنْلَرِنِي كِيدَرُوبْ اِسْلَامْ يُولِنِي
آچُوبْ تَوْحِيدْ كَلِمَهسِنْكْ آعْلَاسِنَه چَالِشُوبْ وَ قِلِچْ چَكُوبْ
غَازِي يَا شَهِيدْ اُولَانْلَرِيلَه اُولْ اَوِي بُوجَاغِنْدَه عَوْرَتْلَرِيلَه
عَوْرَتْلَرْ كِبِي قَالُوبْ حُضُورْدَه وَ صَفَادَه يَاتُوبْ اُويُويَانْ
هِيچْ بِرْ اُولَامِي *Qui in calore in frigore & in itinere bellico progrediuntur, qui religionis ergo inter varias infidelium nocivas spinas ambulant, qui Islamismo viam aperiunt, qui exaltationi verbi fidei DEUM unum profitentis, student, qui phrameam extrahunt & bellatores aut fidei Confessores & Martyres evadunt, cum illis qui in suæ domus angulis, cum fœminis, fœminarum ad instar, remanent, in quiete & voluptate decumbunt & dormiunt, nulli erunt;*

Dividitur hæc periodus in duas partes, ad primam partem, pertinet participium præsentis temporis شَهِيدْ اُولَانْ hoc supposito, quidquid hoc verbum præcedit & in وبْ terminatur ut est: آچُوبْ كِيدَرُوبْ يُورِيُوبْ چَكُوبْ چَالِشُوبْ ejusdem naturæ & qualitatis sunt, cujus est شَهِيدْ اُولَانْ ex eo, quia præcedentium respectu, ultimo loco collocatum est. In altera parte periodi, est اُويُويَانْ præcedit قَالُوبْ & يَاتُوبْ quæ sunt ejusdem naturæ & qualitatis ut اُويُويَانْ, ut exemplum examinanti, patebit.

Ex-

Exemplum pro præterito بُدُونْ جَوَارِنْدَه بِرْ مُعَظَّمْ شِكَارْكَاهِي

اُولُوبْ نِيچَه جِبَالْ وَ تِلَالِي صَحَارَا وَ هَامُونِي حَوْلِي يَسَه

آلُوبْ اِيچِنْدَه اَنْوَاعِ حَيْوَانَاتِ اَجْنَاسِ وُحُوشْ وَطُيُورْ

بَسْلَنُورْمِشْ *In locis Buda propinquis, Magnificus quidam venationis locus extitit, qui in gyro suo multos montes & colles, desertos campos, & loca plana continuit, in eo, varia animalium genera, bellua & aves enutrita fuerunt.* Hist. Sul. بَسْلَنُورْمِشْ præteriti temporis est آلُوبْ præcedit, habetque implicitè in se nominativum pronominis relativi *qui*, ut ex exempli translatione videtur.

Exemplum pro futuro اُولْ آرْدَا قَالُوبْ تَرْكْ اُولُنَاجَقْ

وَقَاسُوزْ مَالْلَرِنْدَنْ بَهَا وِيرْسُونْلَرْ *De perfidis divitiis quæ remanebunt, & quæ derelinquendæ sunt, pretium persoluant.* de int. ment. تَرْكْ اُولُنَاجَقْ est participium futuri, ultimô locô collocatum, præcedit autem قَالُوبْ, naturam & qualitatem se sequentis amplectens

Quin immo, hæc verbalis dictio in وُبْ, ut è significato passivo colligere potui, salvo aliorum perspicaciori judicio, pronomen relativum cum postpositione in se continere videtur, ut:

سَكَّا وَ اُولْ سَفَرِ آثْرَدَه اُغُورِ دِينُو دَوْلَتْمَدَه طَاشْ

يَصْدَانُوبْ

يَصْدَانُوبْ طُبْرَاقْ دُوشَنُوبْ غَازِي وَ مُجَاهِدْ قُولْلَرِيمُكْ
وَضع شَرِيفَنِه وَ صَغِيرُو كَبِيرِينَه نَانِ نِعْمَتُم حَلَالْ اُولْسُونْ
جُمْلَهُكُزْ بَرْخُورْدَارْ اُولَاسِزْ *Tibi, dimicantibus & pro religione certantibus servis meis, pro fidei felicitate & imperio meo, pulvinaris stratiq; loco, lapides & terram sibi substernentibus, ob nobiles actiones, & parvis & magnis, sit licitus panis gratia mea, & omnes fruamini portione felicitatis.* Gem. Hist.

Quid hôc in locô, ratione arabismi & Persismi observandum sit?

Hoc in loco, non intelligo arabicos aut persicos illos terminos, qui (ut visuri sumus) auxiliari cuidam verbo turcico juncti, vim significativam unius verbi in se continent, quia horum ratio, hac in circumstantia, eadem est, quæ simplicium verborum, dicetur enim, v. g. دُعَا ايدَنْ *precans* sive *apprecans* دُعَا ايدَجَكْ *qui fuit precans* دُعَا ايتْمِشْ *qui erit precans* vel *precaturus* طَالِبْ اُولَانْ *petens, desiderans* طَالِبْ اُولْمِشْ *qui fuit petens* seu *desiderans*, طَالِبْ اُولَاجَقْ *qui erit petens* seu *desiderans*.

Quæstio est igitur, de ea circumstantia, in qua participia Arabum aut Persarum cum turcismo ad verbi constitutionem non concurrunt, quo suppositô, dico: Omne participium arabicum & persicum, si non ut adjectivum, sed verè ut participium intelligatur, se ad tot tempora non extendere ut participia

cipia turcica, ſed in tranſitivis & intranſitivis, ſolum præſens, & in paſſivis ſolum præteritum reperiri ut apud Latinos, de nullo autem futuro participij Arabum aut Perſarum, mihi conſtat, & hæc duo tempora, pronomen relativum ſubſtantiæ, etiam cum ſe turciſmo communicant, in ſe continent; Exemplo uno, rei veritas, in pluribus demonſtratur. مظلوملره نصير اولاسن وظالملري منع ايدوب حراميلرڭ حقندن گلوب مالرينه طمع ايدوب كندولرين خلاص اتميه سن *Injuria affectis ſis adjutor, injuriâ afficientes arceto, prædones punito, eorum opes concupiſcito, & illos ipſos, libertati ne reſtituito.* De mir. mund. id eſt: *Illos qui injuria affecti ſunt, adjuvato, eos qui injuria afficiunt, coerceto, &c.* primum participij præteritum مظلوم eſt paſſivum, ſecundum præſentis participium ظالم eſt activum. Item هر بر علماء متبحرين مدققين مفسرين عقللري يتدوكجه كشف ايلمشلردر *Quiſq; ſapientum valdè profundorum, ſublimium & declarantium, quouſq; eorum ingenia pervenerunt, declararunt.* de int. ment. id eſt: *Quiſq; ſapientum, qui valdè profundi ſubtiles & declarantes ſunt*, &c. Ex perſiſmo عهد وپيمان راحت رسان *Pax & fœdus adducens quietem vel quæ adducunt quietem.* ex lit. Item اي روح روان بو نه حركتدر *O Spiritus iiens, iſte, qualis motus eſt.* Hum. nam. Item خاك عزتلرينه يوز سوزمكه اوزره

اجلدن اولدوغي وروانه متوجّه *cum sit proficiscens & iiens, ex eo, ut ad honorificentiæ ejusdem pulveres facie adrepat* (prosternat faciem) ex Lit.

Præteriti ex arabismo exemplum, præcessit in præsenti, Præteritum autem persicum sumendum est, ut emanat ex verbis transitivis & intransitivis, cum ex Grammatica mea Persica Tract. 4 Cap. 5. constet, ex præterito participij verbi transitivi vocem passivam adminiculo auxiliaris verbi شدن aut كرديدن &c. *fieri*, educi, & præterita ejusmodi passiva, me in cursu turcismi obvia habuisse, non recordor, sed si quid obvium haberetur, ab eo, qui persicas inflexiones novit, facile intelligentur, à transitivis autem & intransitivis, sivè purè persicis sive arabicis, cum auxiliari verbo persico, in turcismo, perplura reperiuntur, ut : بسته زبان اولو زادەلري پيكي سويلر *Qui ligatus est linguâ, balbutit.* Item اولدرمك جايز دكلدر بي تكلف اولدرمك *Eos, qui altè nati sunt, sine molestia, occidere non licet.* de mir. mund.

Hic dictis Arabum & Persarum participiis, potissimùm participium اولان, substantivi verbi turcici اولمق *esse*, cum declinabilitate adjicitur, statque pro pronominis relativi Nominativo, sine vi interrogativa; sed hac in circumstantia, aliæ pro persismo sunt reflexiones, Arabismus, capax est turcici participij ab اولمق, per omnia tria tempora, quod exemplis declaratur. v. g. آتّ اوزرینه اتّی اول راکب اولان حضـــرت اسماعیل

اسماعيل پيغمبر عليه سلام دُرْ *Primus qui conscendit equum, est dignitas Ismaëlis Propheta, supra quem pax est.* de mir. mund. Item ibid. پس عاقل اولان اول كمسه دركه دنيا آني ترك ايتمدن اول دنيايي ترك ايده *Itaq; qui sapit*, aut *qui sapiens est*, ille *talis est*, *qui priusquam mundus illum derelinquat*, *ille mundum derelinquit.* مشهور و مذكور اولان خيانت *Perfidia famosa, quæ commemorata est.* Hum. nam: امّا حصارده محصور اولان ملاعين *Verùm maledicti qui in arce obsidebantur.* Hist. Sul. & cum declinabilitate. كندو اوزرينه واجب اولانلره تمام وفا ايليه *Illis, super quos ipse est necessarius*, vel *Illis quibus ipse obligatus est*, aut *Illis quibus ille debet*, *perfectam satisfactionem faciat.* de int. ment. In præterito: جذام اولمش آدمه حمار اتندن يدرسلر عظيم فايده ايده *Si homini qui leprâ infectus fuit, carnem asini ad commedendum exhibuerint, magnam utilitatem fecerit.* De mir. mund. منهزم اولمش عسكر قاچر *Exercitus qui fuit, profligatus, fugit.* de mir. mund. اول آفندميز راضي اولاجق اشلره ترغيب ايلموب *Desiderando res, quibus acquiescet Ille Dominus noster* De int. ment. Aliquando & ipsi verbo substantivo

ſtantivo hæc ſignificandi vis ineſt, ut: عاقل اولدركه هر امرك اولا ناظر خاتمه‌سنه فاتحه‌سندن *Ille intelligens eſt, qui è principio finem inſpiciens eſt.* Hum. nam.

An participia perſica ad Turcas translata, hanc eandem vim pronominis relativi in ſe habeant.

Vis hæc, in iis quæ è perſiſmo ad turciſmum transferuntur, in quantum penetrare potui, limitata eſt, nec tempus præſens excedere videtur, ut: بلاد اسلاميه‌ده روان اولان طلا و سيم *Aurum & argentum currens* (valorem habens) *in regione Islamitica.* de mir. mund. Præteriti participij hujus, ita ſimpliciter, nullus eſt uſus, ex eo, quia jam uſu receptum eſt, ut Perſarum participia præteriti, apud Turcas, in verborum formatione, ejuſdem ſint rationis ut Arabum maſdara, quibus potiſſimùm verbum auxiliare ايتمك adjici ſolet, ut verbum obtineatur, v. g. ſi verbum turcicum ex arabica radice آلم *dolore affecit*, ſit componendum, utique hujus radicis maſdarum آلم *doloris affectio* ſeu *dolor* arripiunt, dicuntque Turcarum more cum ويرمك *dare*, auxiliari verbo آلم ويرمك *dolorem dare* ſeu *affligere*, quod ſi hoc ipſum verbum, ex principiis perſicis educendum ſit, arripient Turcæ participij perſici præteritum, & verbum auxiliare activæ vocis adjicient, & idem ſignificabit, v. g. رنجيده

رنجیده ایتمك *affligere*, & رنجیده est præteritum participij ab infinitivo persico, رنجیدن quod Castello teste est : *Molestiam animo* vel *mærorem* item *fastidium*, *indignationem ex re molesta concipere*, & *affligere* بو یاره بكا غایتله رنجیده ایدر vel الم ویرور *Hoc vulnus valdè me affligit.* Cur. Eff. Quia ergo persici participij præteritum, à Turcis ita sumitur, ut hîc dico, consequens est, quod verborum turcicorum naturam sequatur, quod suo cum verbo auxiliari scilicet, ad participia more turcico conjugabilia, transeat, illique id contingat, quod participiis contingit, nempe pronominis relativi vim in se habere, sic in forma activa, رنجیده ایدن *affligens* seu *qui affligit* رنجیده ایدجك *qui afflictionem fecit*, رنجیده ایتمش *qui afflictionem faciet*, & in forma passiva, رنجیده اولان *qui est afflictus*, رنجیده اولاجق *qui fuit afflictus*, رنجیده اولمش *qui affligetur* seu *affligendus*. Usus Masdarorum arabicorum, pro hac circumstantia, magis usitatus est, quàm hîc dictorum præteritorum participij persici.

Supplet autem hoc participium, اولان hîc hactenus dicti pronominis relativi vices, ita ut non solum participiis, ut hîc dictum est, sed etiam aliis sensibus communis evadat, veluti adjectivis, & aliis, sive arabicis sive persicis sive turcicis ut : بیمار

بز مريضه بڭزروزكه طبيب اولان كشي نبضموزه ومزاجموزه
كوره مرضموزڭ كيفيتني كوزليوب دوا يڭيلەيوب ويرور
Nos infirmo cuidam similes sumus, quoniam persona quæ Medicus est, juxta pulsum nostrum & naturam nostram, infirmitatis nostræ qualitatem observat, Medicinam renovat & porrigit. de int. ment. Item ممالك محروسه مز حدودنده اولان امراء ذوي الاعتبار *In regionum nostrarum præservatarum confiniis, existentibus Imperantibus, existimationis Possessoribus.* ex Lit. Item ibid. اول جانبه متعلق اولانلردن *Ab iis, qui ad eam partem pertinent* آنڭى كبي سرحدلرده اولان قوللريمزدن عهده مخالف وضع صادر اولانلرڭ احوالري عتبهء عليهمزه عرض اولنوب *De nostris militibus, qui sunt in hujusmodi confiniis status fœderi adversam positionem* (actionem) *facientium, Excelsæ nostra Porta, exhibeatur.* ex Lit. Sic & in Persicis. قلعه جانبنده نكران اولان مسكينلرڭ احوالي *Status expectantium miserorum ad partem arcis,* Hist. Suleim. Nec non in turcicis باي اولان *qui dives est* كوزل اولان *qui pulcher est,* &c. sic & ad præteritum & ad futurum cum declinabilitate, si eam ratio postulet.

In locutione abstracta, sive de persona sive de re cum vi

ví pronominis relativi, poſt qualiacunque participia كمسنة vel كمسنة ſequi ſolet. v. g. مغتي اولان كمسنديه لايق بو در *Quod Divinarum Humanarumq́ legum perito cuidam convenit, hoc eſt.* Col. Iſlam. & ut patet, declinabilitas cadit ad كمسنة.

Nota item, quod in regula *Quotieſcunq́*, perſæpe hoc pronomen relativum implicitè contineatur, ut is, qui ſupra Cap. 27. Tract. 2. & regulam *Quotieſcunq́* in ſyntaxi, examinabit, penetrare valebit, vide & Tract. 2. Cap. 6. & 7.

Obſervanda ſunt etiam quæ in verbis dicentur, è quibus, ejuſdem rationis participia emanant, & huc referri poſſunt.

CAPUT OCTAVUM.

De horum pronominum declinabilitate.

HÆc pronomina, in obliquis, ſignificandi vi, à rectis diverſa eſſe videntur, thema enim ſeu Nominativus, perſonam aut rem, in memoriam reducere videtur, obliqui caſus autem, ſe ita habent, ac ſi ipſa perſona aut res, præſens in oratione eſſet, paritatem ab ipſa latinitate petere lubet, nemo negaverit, quin & apud Latinos, participia præſentis temporis, pronomen relativum *qui*, *quæ*, *quod* in ſe implicitè contineant, nihilominus cum à Nominativi themate ad caſus obliquos recedunt, de vi, quæ illis in Nominativo ineſt, multum deperdere videntur, non enim ut in Nominativo ſibi relativi caſum ut quid, quod perſonam aut rem talem qualitatem habentem in memoriam reducit, jungi ſinit, nam cum dicitur. v g. *ſapiens circumſpectè vivit* eſt idem ac dicere: *Ille qui ſapiens eſt, circumſpectè vivit*, ſi ad genitivum recedatur & dicatur, *ſapientis eſt,*

est, mutare consilium, relativum *cujus* adjici non poterit, quia persona in oratione præsens esse videtur: par ratio pro dativo *Sapienti pauca*, addere *cui*, non licet, ob hîc prædictam rationem, ut & in Accusativo *Sapientem honora*, frustraneum quid foret adjungere velle *quem*, cum persona præsens, in memoriam reducenda non sit, pari ratione de turcismo discurrendum est. At his non obstantibus, & iis ipsis, relativum pronomen implicitè inest, sive nudè & simpliciter, sive cum كِمْسَنَه vel كِمْسَه sumantur, ut per casus procedendo, colligi potest.

Genitivus simpliciter. يَلَانْ شَهَادَتْ اِيدَنْلَرُكْ حَقْلَرِنْدَنْ طَلَنَه *Ex æquo & justo, falsum testimonium perhibentium, procedatur*, id est: *ex æquo, & justo eorum qui falsum testimonium perhibent, procedatur*. Can. Ott.

Genit. ad كِمْسَه vel كِمْسَنَه v.g. ذِكْرْ اُولُنَانْ كِمْسَنَه لَرُكْ وَصِيَّتْلَرِي *Commemoratorum testamenta*, vel *eorum qui commemorantur testamenta*.

Dativus simpliciter, عَبْدْ آيَقْ طُوتُبْ كَتُورَنَه يِكَرْمِي آقْچَه وِيرِلُورْ *Servum pedestrem capienti, & adferenti viginti, nummi dantur*, id est: *Illi qui capit, & adfert servum pedestrem*, &c. Can. Ottom.

Dat. cum كِمْسَه vel كِمْسَنَه v.g. هَرْ قَاضِي اُودُونْ اِيچُونْ كَمِيله وَارَانْ كِمْسَنَه لَرَه حُجَّتْ وِيرَه لَمْ *Sua cum navi pro lignis eunti, omnis Judex, anvertationem det. Illi qui navi sua pro lignis*, &c. Can. Ottom.

Accusa-

Accusativus simpliciter. طَوارْ آلاَني تَادِيبْ ايدَهلَرْ *Jumenta abigentem castigent. Illum qui jumenta abigit.* &c. Can. Ottom.

Accusativus cum كِسْنة vel كِسْنَه v. g. صَايِمْ اُولاَنْ كِسْنَه

كُورْمَدُكْمِي *Numquid jejunantem vidisti*, id est: *numquid eum qui jejunat vidisti.*

A declinabilitate excluduntur Modsarea tertiæ personæ, & participia in مِشْ terminantia, quia hæc vix in ordine finali pro declinabilitate requisito reperientur: Nec declinatur dictio verbalis in وُبْ quia licet de participio sapiat, sui declinabilitatem non patitur, ex eo, quia ut in verbis visuri sumus naturam se sequentium induit.

CAPUT NONUM.

De pronomine quo fit interrogatio, quove ad relativum substantiæ respondetur.

HOc pronomen est كِيمْ vel كِمْ, quod de absoluto usu, vix, aut nullomodo ad affixa transire potest, & regulariter declinatur.

S. N. كِيمْ vel كِمْ G. كِيمُكْ vel كِمُكْ D. كِيمَهْ vel كِمَهْ A. كِيمِي vel كِمِي P. N. كِيمْلَرْ vel كِمْلَرْ &c. regulatè v. g. سِزْكِمْلَرْ سِزْ وَ كِيمْدَنْ قَچَارْسِزْ وَ كُنَاهُكُزْنَدَرْ *Vos qui estis? à quo fugitis? & peccatum vestrum quod* aut *quale est?* de mir. mund. Hujus lo-

loci est & نه quis? qualis? quod declinabilitati subjectum est S. N. نه G. نه نك D. نه يه vel نيه abjecto ه A. نه‌ى P. N. نه لر vel نلر abjecto ه, in neutro genere, plerumque (quamvis & in aliis) locum habent بوئله سويلينلرك حقلرنده نه ديرسن *De merito illorum qui taliter loquuntur, quid dicis?* De mir. mund. Item ibid. عجبا حكمت نه اولا *Proh mirum quæ sapientia* aut *quod Mysterium* بونلر دورت امامكلردر بونلر نلر اشتهاد ايدوب امور شرعيه كه مقام فتوي در قلايلامشلردر *Et hi sunt quatuor Antistites, quas qualesue declarationes præsentes esse fecerunt* (adduxerunt) *Res legales* seu *negotia legalia, quæ sunt loca responsionis juris* vel *de jure facilitaverunt* seu *facilia reddiderunt*. De int. ment. Hujus genitivus persæpe adverbium similitudinis كبي *sicut* sibi adjunctum habere videtur, ut: نه نك اشخاصدر كبي ad verbum est *cujus sicut*, Latinorum modo, *Cujusmodi* aut *quales personæ sunt.* تلدك نه يه vel نيه *ad quid venisti?* كوردك نه‌ى *quid vidisti?* quamvis accusativus ad verbum activum pertinens, melius per affixum exprimatur, ut visuri sumus De iis plura vide supra Tract. 2. Cap. 8. *De usu quorundam adjectivorum Latinorum apud Turcas.* §. *De adjectivis* *qualis & talis*.

Ad-

Adnotatio.

Advertendum est, accusativum horum pronominum relativorum كيم vel كم non exiguis æquivocationibus subjectum esse, nam aliquando est ipse Nominativus cum affixo tertiæ personæ, unde ni in oratione adsit verbum accusativum petens, censendum est, esse nominativum cum affixo, ùt : بونلرڭ كيمي يانی وكيمي آرقه‌لري اوزره ياتيشلردر *Quidam eorum supra latus suum, quidam eorum supra dorsum suum jacuerunt.* de mir. mund. كيم assumit affixũ ي tertiæ personæ, propter præcedentem genitivum. Item آكلادوغني خلقه بيان ايلدي يازديلر هربرينه برطايفه تابع اولدي كيمي ابو حنيفه وكيمي شافعيه وكيمي مالكه وكيمي آحمده تابع اولديلر *Illud quod intellexit, populo explicuit, scripserunt, cuicunq;* seu potius *unicuiq; quidam populus ad hæsit, qui eorum Ebu Hanifæo, qui eorum Schafiio, qui eorum Ahmedi adhæserunt* : كمي *navis.* De int. ment. Ipsa Latina translatio, quid virium كيم cum affixo ي tertiæ personæ habeat, sufficienter demonstrat.

CAPUT DECIMUM.

De translatione pronominum Compositorum Latinorum ad Turcismum.

Ne studioso dubitandi ratio in pronominis absoluti usu supersit, qualiter pronominibus compositis Latinis, pronomina turcica sint opponenda, hoc loco examinare lubet.

ita & كَنْدِينَه me legiſſe memini, ſtudioſus ſequatur id, quod in uſu eſſe cognoverit. ſæpe tamen in libris, terminus hic ita ſcriptus legitur.

كَنْدُوزِي pro كَنْدُوسِي etiam reperitur, cujus accuſativus كَنْدُوزِينْ pro *ſe*, ſtare obſervavi, v. g. عِيسَي تَوْمِنْكْ كَلِيسَاسِي

أُوكُونَه كَلْدِي يَرَه دُوشْدِي كَنْدُوزِينْ تُوزَه وَ طُپْرَاغَه بُولَاشْدُرْدِي

Venit ante templum populi JESUS, ad terram ſe proſtravit, ſeq́ pulvere & terra infecit. Seragius.

Punctum Secundum.

Concurſus demonſtrativi cum demonſtrativo.

Quoad caſum rectum, nullum ſanè dubium, quin كَنْدُو cum affixo tertiæ perſonæ سِي in uſum veniat. v. g. كَنْدُوسِي مَلْعُونْ يَنَه أَيُّوبْ نَبِي قَاتِنَه كَلْدِي *Ille ipſe maledictus, demum coram Propheta venit.* de illũ m. quoad caſus obliquos autem, obſervandæ ſunt regulæ in præcedente capite ſecundo hujus partis allegatæ, præcipuè de عَيْنْ.

Punctum Tertium.

Concurſus demonſtrativi ad Poſſeſſivum.

Hi ſunt obvij loquendi modi, ùt: أُولْ بَنُمْ حَبِيبُمْ *Ille me⁹ amicus*

اول

أول قولمْ ويرْدوكمْ دنْيا كنْدو *ille meus servus* أول بنمْ قولمْ نفسنه ويرْمدي *Ille meus servus, opes, quas illi dedi, sibi non applicuit.* de int. ment. Nihil obest, etsi inter duo concurrentia pronomina, hoc in loco aliquid intercedat, v. g. أول قره يوزي كناهكار قولكي *Servus ille tuus, peccator infelix.* de illum ment.

Punctum Quartum.

Concursus primitivi & Demonstrativi ad Relativum.

Hac in circumstantia participiũ, relativum pronomen, involvens in usu esse videtur, cui substantivum cum affixo personæ præmittitur, quia etsi relativum per se sit tertiæ personæ, participium attamen, in quo relativum implicitè continetur, ad personas est indifferens, & affixorum adjectione, ad certam personam alligatur, ex quo infertur, quòd etsi pronomen demonstrativum cum relativo sit concurrens, nihil attamen obsit, quominus participium pronominis demonstrativi simul & relativi, vim in se contineat: حالنْ بلنْ عالمْ أولور *Ille qui statum suum novit, sapiens est.* Ad primas & secundas personas ايسه & ايسنه adjici potest, v. g. بنْ حالمي بلنْ ايسه ايمْ *Sum ille, qui statum meum cognosco.* سنْ حالكي بلنْ ايسه سنْ *tu ille, qui statum tuum cognoscis.* In modo neutraliter loquendi neque ايسه neque ايسنه locum habere videtur, talia enim per participium cum

tertiæ personæ affixa expedire videntur. v. g. آتيني طُوبني و سَأيِزْ اُوزَرِنْدَه بُولُنَانِي چِقَارُوبْ جُوبَانَه وِيرْدِي *Equum suum, vestem suam, & cætera illa quæ super eum inventa fuerunt, extraxit, & Pastori dedit*, de illum. ment. نُقْصَانْ اُولَانِنْ تَمَامْ آيْلَه *id quod deficit, supple*, بَاقِي قَالاَنِنْ صَقْلاَ *id, quod residuum est, serva*. de mir. mund. بُوبِيشْدَنْ صَقِنَانْ كِرُو قَالاَنِنْدَنْ دَخِي صَقِنَا بِيلُور *Ille, qui se ab his quinq; continet, ab illis, quæ residua sunt, se etiam continebit*. de int. ment.

Punctum Quintum.

Concursus Possessivi ad Relativum.

In concursu pronominis possessivi ad relativum, communiter, quidam neutralis loquendi modus continetur, & in tali circumstantia; pronomen possessivum, in affixa resolvendum, & pronomini relativo in esse suo permanenti, connectendum est, ùt ex: hic sequentibus exemplis colligendum est. v. g. بُنُمْ بُو عَمَلْدَه نَمْ وَارْدِرْ *In hoc opere, quid meum est?* de illum. ment. Item ibid. بَنُمْ نَمْ وَارْ مَالْ طَوَارْ هَبْ آنُكْ دُرْ بَنْ عَارِيَه طُوتِيجِي كِشِي ايدُمْ *Id quod meum habeo, opes, armenta, omnia illius sunt, ego persona sum commodataria*. Item قَلْعَه فَتْحْ ايدَرْسَكْ سَنُكْ

سنكى اوْلادكى و مالكى و قلعه‌ده نكى واريسه سكا جمله‌سين

ويروب نه مالكه نه اولادكه ضرر ايرمز *Si munimen expugnaverimus & prolem tuam, & facultatem tuam, & quidquid tuum in munimine eſt, tibi totum dabimus, nec bonis tuis, nec proli tuæ, damnum obtinget.* Gem. Hiſt. Item ibid. هر نكز واريسه انلره ويروب ينه قرال افنديمز اطاعتنده اولورسز *quidquid veſtrum habetis, illis dabitis, & demum ſub obedientia Domini noſtri Regis eritis.* بو نتكلو نسنم ضايع اولدى *tantum quid meum deperditum eſt.* de int. ment. Videtur ex iis exemplis, quòd is loquendi modus, tantùm in نه & in derivatis ab illo, locum habeat.

Punctum Sextum.

An ſit relativi ad Relativum concurſus?

Cum apud Turcas pronomini relativo abſoluto affixum conjunctum videamus, quæſtio oritur, an illud affixum etiam pronominis relativi locò capi debeat? Reſpondeo: ſub hac modalitate, arbitrarium modum procedendi latinorum latere, quibus in arbitrio eſt, duo pronomina relativa ad eundem ſenſum concurrentia, eodem ſenſu permanente, pronomen relativum, quod juxta conſtructionis ordinem primô locô ſtare ſolet, ad demonſtrativum transferre, cum id pronomen relativum, quod primô locô collocatum eſt, demonſtrativi vim æquè ac relativi vim habere poſſit, hoc cognito, dico: Affixum turcicum relativo pronomini junctum, eſſe in utentis arbitrio, an eo ùt de-

demonſtrativo, vel ùt relativo uti velit, & Turcæ conſtructionem, per regulam *Quotieſcunq;* turcicam, cum genitivo manifeſto, conſiſtente in genitivo demonſtrativi, & cadente affixo pleonaſtico ad ſequens relativum, inſtituunt. v. g. آنده اوچ كيشي كوردوك كه ياتورلر بونلرك كيمي يانى كيمي ارقه‌لرى اوزره ياتيشلر *Ibidem tres perſonas vidimus, quæ jacent, earum* vel *quarum quædam ſupra dorſum jacebant.* de mir. mund. Poteſt id ipſum contingere per implicitam regulam *Quotieſcunq;* turcicam, qui Genitivus expreſſè equidem non eſt poſitus, ſed é præcedentis diſcurſûs qualitate arguitur. v. g. آكلادوغنى خلقه بيان ايلدى يازديلر هربرينه بر طايفه تابع اولدى كيمي ابو حنيفه و كيمي شافعيه و كيمي مالكه و كيمي احمده تابع اولديلر *Illud, quod intellexit, populo explicuit, ſcripſerunt, cuicunq;* ſeu potius *unicuiq; quidam populus adhæſit, quidam eorum Ebu Hanifao, quidam eorum Schafijo, quidam eorum Achmedi adhæſerunt.* de int. ment. Item حصار ايتديلر مجموعن دوتديلر كيمسن قرديلر كيمين اسير ايتديلر *Circumcinxerunt, congregationem eorum* vel *congregatos ceperunt, eorum* vel *quorum quoſdam profligârunt, quoſdam captivos fecerunt*, Serag. Genitivus, qui argui poteſt, eſt ille, qui poſt دوتديلر exprimi potuiſſet. v. g. دوتديلر بونلرك كيمين قرديلر &c. ùt in præcedente exemplo.

Vitanda his in circumstantiis amphibologia, quia quædam constructiones, hìc præcedentibus, similes esse videntur, ritè autem examinatæ, tales esse non comperiuntur, exempli gratiâ

اسیر اولان یهودیلرڭ کیمنڭ بورنین کیمینڭ قولاغن کسدیلر

Hìc duplex regula *Quotiescunq;* turcica cum suis genitivis manifestis observanda est, ita ut primi genitivi manifesti یهودیلرڭ affixum pleonasticum ad pronomen relativum کیم cadat, & illud ipsum pronomen relativum cum affixo, simul genitivi manifesti casus evadit, subsequens affixum pleonasticum ad substantiva بورن *nasus* & قولاق *auris* cadunt, non tamen inferri potest, quòd hoc in loco, sit duorum relativorum concursus, quia, ùt consideranti patebit, concurrens affixum ad pronomen relativum se solummodo pleonasticè habet, juxta exigentiam regulæ *Quotiescunque* turcicæ, qua de causa, ejusdem ad latinitatem translatio, per unum solum pronomen relativum absolutè positum, institui debet, nempe: *captivorum Judæorum quorundam nasum, quorundam aures absciderunt.* Seragius juxta latinitatis phrasem *captivis Judæis quibusdam nasum, quibusdam aures absciderunt.*

Plura adhuc de elegantissimo usu affixorum dicenda sunt, sed materies est, ad tractatum quintum sequentem de postpositionib', & ad syntaxim ad participiorum constructionem pertinens, de quibus suis in locis, quàm poterimus regulatissimè agemus.

Quæstio Finalis.

An affixa Arabum in turcismo locum habeant?

Affixa Arabum non ita exclusa sunt à turcismo, ut eorum usus nullum locum obtineat, sententioso enim modo, quamvis

ra.

rarissimè, cursui orationis turcicæ immixta videntur, nec à scribentis, multò minus à loquentis arbitrio dependent, in aliis potius contemplandæ quàm imitandæ, nisi quis è scriptoribus authoritate validis, illud ipsum sententiosum dictum extrahere, & ad scripta sua transferre vellet, dicunt, v. g. حَشَاكَ مِنْكَ خِلَافِ رِضَاكَ بَنُمْ ضَمِيرُومَه كَلْمِش اُولَه *absit à te, si placito tuo repugnantia, in mentem* vel *in animum meum venissent.* Hum. nam. Item ibid. اِچِنْدَه اُولَانْ مِيَاهْ تَمَامِنْدَه نَقْص بُولْسَه كَرَكْ *aquæ, quæ intus sunt, in termino suo, defectum inveniant oportet.* Item دُنْيَا دِيدْكَلَرِي بَصْرَه دُرْ وَ لَكِنْ اِي بَغْدَادْ مِثْلُكَ يُوقْدُرْ *quam mundum appellant, Basra est, verùm, ò Babylonia! similitudo tua non est.* de mir. mund. شُو مَالُكُمْ حَقْ تَعَالَي جَلَّ شَانُهُ وَ عَلَي سَكَا وِيرْدِي *illas divitias vestras, DEUS excelsus, cujus dignitas magnificata & exaltata est, tibi dedit.* de illum. ment. Arabismo imbutus, rei veritatem comprehendet, & ultimi exempli translatio latina: *divitias vestras tibi dedit.* clarè demonstrat, *divitias vestras* esse dictum fortè ex Alcorano extractum, & poni pro simplici مَالْ *divitiæ.*

Adnotatio

Obſervatu dignum eſt, quòd ij termini, qui apud Latinos, à nominis qualitate procul abſunt, apud hanc Gentem ſub nominis ratione reperiantur, & inſuper, non ſecus ac alia nomina perſonarum, affixa aſſumant: in exemplo: apud nos Latinos, pars illa orationis, quæ præpoſitio aut adverbium eſt, nihil habet cum illa parte orationis quæ nomen eſt, commune, nec declinatur, conſequenter nec caſus nec numeros cognoſcit, ſecus apud hanc Gentem, quia eorum poſtpoſitiones, vel ſe nomini ita jungunt, ut cùm nomine & affixo ſimul junctæ declinentur, ùt: *ivi ad ejus domum*, hi tres termini Latinorum *ad ejùs domum* cum nomine in unum terminum cum declinabilitate ſimul coaleſcere debent, & fiet آوينه id eſt: آوينه واردم: vel ipſa poſtpoſitio totaliter in nomen converſa reperitur. v. g. *inter* ſi dicerent Latini, *meritum noſtrum exæquitate ponderabit, id quod inter me & te eſt, dirimet*, Gens hæc pro *inter* accipit آرا quod eſt *medium* & latina conſtructio ſic formari debebit ut bene ad turciſmum cadat *meritum noſtrum, rectum faciet* (æquitati ſubjiciet) *& medium noſtrum dirimet.* حقمزي حق ايدوب آرامزي قصر ايدر ſic nonnunquam & in adverbiis (præcipuè in adverbiis loci inter poſtpoſitiones hac de cauſa collocatis) quibus de rebus ſuis in locis.

TRA-

TRACTATUS QUARTUS.

DE VERBIS.

VErbi definitio à Latinis petenda est. Genera verborum sunt tria (communia latinorum activi, & deponentia itidem latinorum neutri locô sumenda sunt) activa passiva, & neutra. Ex his oriuntur structuræ. Subdividuntur demum verba, in regularia, & anomala, in personalia & impersonalia.

Infinitivorum terminationes sunt in مق vel مك ut اوقومق *legere* بقمق *aspicere* سومك *amare* استمك *velle, petere* &c.

Si quantitatem modorum & temporum observaverimus, eos, quoad tempora, Arabibus & Persis, quin imo & ipsis Latinis plus habere experiemur.

Tractatum hunc in tres partes dividere placuit, in parte prima de vi verbi substantivi, in secunda de verbis simplicibus juxta omnia genera & qualitates, & de infinitivorum, gerundiorum, supinorum & participiorum Latinorum ad turcismum translatione, & de phrasibus inde promanantibus, & examen dictionis, verbalis in وب terminantis, & alia adjuncta, & de eorundem structuris. In tertia, de verbis compositis, & eorum structuris agetur.

PARS PRIMA.

Tractatur de verbo, substantivo, & de ejus usu, juxta circumstantiarum diversitatem, qualitervè Latinorum verbum *habere*

bere in se contineat, & qualiter cum eo verbum اولمق regulatum quod est *fieri*, concurrat.

CAPUT PRIMUM.

De Verbo Substantivo اولمق *Esse.*

Verbum substantivum, in quantum substantivum verbum est, anomalum est in affirmativa & negativa forma, & hoc verbum cum verbo اولمق regulato, quod *fieri* significat, multùm affinitatis habet, ast suis cum reflexionibus, ùt adnotabo: اولمق *esse*, cum reflexione ad verbum اولمق *fieri*, ita conjugatur.

Conjugatio formæ affirmativæ

Indicativi Præsens.

Sing. بن ايم alij بن يم alij بنيم alij بن اين & بنمن *ego sum*

سن سن vel سن سهن *tu es*

دُر اول vel اولدر *ille est*

Plur. بيزايز vel بزايز vel بيزيز *nos sumus*

سيزسيز vel سيزسكز *vos estis*

دُر اونلر *illi sunt.*

Vi-

Videtur subinde contingere posse, ut præsens verbi اولمق *fieri* pro hoc præsente stare possit, quod hac authorit. fultus, assero بو شهرده اولقدر انجير اولور كه اطرافه ولايته بوندن التورلر *in ea urbe tot ficus sunt, ut hinc, ad circumjacentes Provincias deferant.* de mir. mund. Item ibid. بر نوع بالق تيغي اولور *species piscis est.* seu *species quadam piscis datur.* Ast hic loquendi modus, de vi modlarei habere videtur.

In secunda persona pluralis سكز illud ك cum tribus punctis, per omnium verborum conjugationes, ut ng. pronunciatur, quasi *seng-us.*

Nota item, quod prima persona præsentis singularis numeri, solo م, præcedente fatha supra præcedentis dictionis ultimam literam, enuntiari possit, v. g. بن مسافرم سن مقيم سن *Ego sum hospes, tu ille, qui subsistit.* Chur. Eff. Par ratio in prima persona pluralis, ubi ز, præcedente kesra, sub præcedentis dictionis ultimam literã collocatur, ut: ديدار شريفكزه مشتاقز *nobilitatem visûs vestri desideramus.* Tandem persæpe hoc ipsum tempus præsens, in oratione implicitè continetur, quodvè præcedenti dictioni uno tractu connecti solet, ut: عاقلسن *sapiens es* عارفدر *noscens est.*

Præt. Imperfectum, seu potius Perfectum.

Sing. بن ايدم vel بن ايم & بن ايدوم *eram*

سن ايدڭ vel سن اڭ *eras*

اول ايدي vel اول ادي *erat.*

Plur. بز ايدوڭ vel بز اڭ vel بز ايدوڭ *eramus*

سز ايدڭز *eratis*

اونلر ايديلر *erant.*

بيرام اوكندن بر كون اول ايدي *erat* vel *fuit dies una ante festa Bairam*, de mir. mund. Poteſt etiam hoc loco pro imperfecto ſeu perfecto poni ex verbo regulato. اولمق.

Sing. اولدم *eram* vel *fui* vel *fiebam*

اولدڭ *eras* vel *fuiſti* vel *fiebas*

اولدي *erat* vel *fuit* vel *fiebat.*

Plur. اولدق *eramus* vel *fuimus* vel *fiebamus*

اولدڭز *eratis* vel *fuiſtis* vel *fiebatis*

اولديلر *erant* vel *fuerunt* vel *fiebant.*

In ſecunda perſona utriuſque numeri, ڭ cum tribus punctis, ùt *ng.* pronunciatur, quod & in aliis verbis contingit.

Aliud

Aliud Imperfectum

Sing. أولور يمشم vel أولور ايمشم *eram*

أولور يمشسن vel أولور ايمشسن *eras*

أولور يمش vel أولور ايمش *erat.*

Plur. أولوريمشز vel أولور ايمشز *eramus.*

أولور يمشسز vel أولور ايمشسز *eratis*

أولور لريمش vel أولورلر ايمش *erant.*

Habetur enim in libro de mirabilibus mundi: أول يرده زمان قديمده چوق زعفران اكرلر ايمش و قاون و قاربوز و شكر قامشي چوق أولوريمش *Antiquo tempore, in eo loco, multa sata croci erant, & pepones & anguriæ & facchari cannæ erant.* de mir. mund. Item ibid. خوب قماشي أولور ايمش *pulchra merx fuerat.*

Præt. Perfectum aliud, de Imperfecto nihil participans.

Sing. ايمشايم vel بن ايمشيم *ego fui*

ايمش سن *fuisti*

ايمش در *fuit.*

Plur. بيز ايمشز vel بيز ايمش ايز *nos fuimus*

ايمش سز *fuistis*

ايمشلردر vel أوندلر ايمشلر *fuerunt.*

Hæc præteriti forma, est participij præteritum, quod præsentis verbi substantivi personas sibi vult postponi, habent enim Turcæ, ùt visuri sumus, transitivorum & intransitivorum participiorum præterita, quibus latini carent.

Qui docet, hoc ipsum præteritum contractè capi, dicique posse in sing. مِشَمْ ☼ مِشْسِنْ ☼ مِشْن & in plurali مِشْزْ ☼ مِشْسِزْ ☼ مِشْلَرْ ☼ nihil aliud observando, studiosum informare videtur, quasi omnino simplici modo hoc tempus contrahi possit, omni alia reflexione seposita. Multa legi perlegi & relegi, nullibi hoc tempus per se ita positum reperi. Rem igitur non ita simpliciter intelligendam esse existimo, sed hac cum reflexione: subinde scilicet, rejecto ا poni يمِشْ post aliquod v. g. nomen, ùt: نَه مُعْجِزَاتِ عُظَماء عَقْلِيَّه وَ مَعْنَوِيَّه لَرِيمِشْ *quæ miracula magna intellectualia & sensualia fuerunt.* de int. ment. يمِشْ autem pluralitatem suam à præcedente nomine plurali obtinet. Item in modis verborum quædam tempora reperiuntur, quæ pro sua terminatione hujus temporis personas sibi assumunt, ut completam significandi vim obtineant, & in tali assumptione, syllabam illam primam abjiciunt, ita ut loco v. g. ايمِشْ dicant dicant مِشْ v. g. بِرْ تَخِي خُوبْ قُمَاشِي اُولُورمِشْ كِه بُونْلَرْ صَنْعَتْلَرنْدَه كَمَالِمَلَه مَاهِرْ دُرْ *pulchra quædam tela sericea fuerat, cujus in artibus illi cum perfectione celebres sunt.* de mir. mund. اُولُورمِشْ pro اُولُورْ ايمِشْ quia اُولُورْ per se foret modsarcum,

sed

ſed accedente hoc præterito, vim acquirit. Et eadem ratio eſt de ایسم *eſſem*, quod cum aliis verbis accedit, ſyllabam primam abjicit, ita ibidem, v. g. اكر ایكی و اكر بد باشلرینه هر نه كلورسه *Sive bonum, ſive malum, quidquid capitibus eorum immi-nebit.* كلورسه pro كلور ایسه, quæ omnia, in decurſu verborum clariora evadent.

Præteritum Pluſquàm Perfectum.

Sing. بن ایمش ایدم *fueram* Plur. بز ایمش ایدك *fueramus*

سن ایمش ایدك *fueras* سز ایمش ایدكز *fueratis*

اول ایمش ایدی *fuerat.* اونلر ایمش ایدیلر *fuerant.*

Inter latinum verbum *ſum* & *fio* ſeu *evado*, magna eſt differentia, nihilominus contingere poteſt, ut in circumſtantia quadam, ſalvo eodem ſenſu, apud latinos *ſum* & *fio* ſeu *evado* ejuſdem rationis eſſe videantur, quoad tempus aliquod, quâ circumſtantia ceſſante, ceſſat & convenientia, v. g. *hic Juvenis erit* vel *fiet doctus vir* vel *evadet doctus vir*, hoc in ſenſu, convenientia inter ſe apparet, quia idem ſenſus exhibetur. Eadem ſanè ratio eſt & in turciſmo, datur enim aliqua circumſtantia, ubi tempus ex verbo اولمق regulato, & in quantum *fieri* ſignificat cum tempore verbi اولمق *eſſe* in quantum irregulatum eſt & verbum ſubſtantivum, in pari vi dandi eundem ſenſum, con-

 currit

currit. v. g. يَنَه يُوسُفْ حَرْفْلَرِي اوُنْ يَدِي اُولْمِشْ ايدِي *Demum Josephi* (nominis Josephi scilicet) *literæ fuerant septemdecim* vel *septemdecim facta fuerant*, vel *septemdecim evaserant*. de num. Cabal. Nihil obstaret, quo minus etiam diceretur: اُونْ يَدِي اِيمِشْ ايدِي id est: *septemdecim fuerant*. Ast si diceretur. v. g. دُونْ بَنْ اُونْدَه اِيمِشْ ايدُمْ *heri ego ibi fueram* profectò tempori ex اُولْمَقْ *fieri* اُولْمِشْ ايدُمْ pro hoc sensu, nullus est locus, quod est proprium regulati verbi اُولْمَقْ, quatenus pro *fieri* stat, & non est verbi anomali & substantivi اُولْمَقْ *esse*. Sua in circumstantia, ut hic in plusquam perfecto dictum est, convenire potest. v. g. اُويْلَه اُولْسَه آمِينْ دَكِلْ خَايِنْ اُولُورْ كَاذِبْ اُولُورْ *Si ita esset, securus non est, proditor erit, mendax erit*, vel *fiet Proditor*, vel *fiet mendax* de num. Cabal. فَرْغَانَه وَ مَغْرِبَه وَ اَنْدَلُسَه طوغْرو وَارِلْسَه دِيَارِ اِسْلَامِّكْ طُولَّا ايكِي يُوزْ مَرْحَلَه اُولُورْ *Si per Ferganam, Africam, & Andalusiam eatur, Regionis Islamiticæ longitudo, erit iter ducentorum dierum.* de mir. mund.

Fu-

Futurum, ſeu potius Modſareum de Præſenti & futuro participans.

Sing. أُولَامْ vel أُولَمْ Sed minus convenienter, & أُولَايِمْ *ero*

أُولَاسِنْ *eris*

أُولَا vel أُولَهْ *erit.*

Plur. أُولَايِزْ vel أُولَاوُزْ *erimus*

أُولَاسِزْ *eritis*

أُولَالَرْ vel أُولَهْلَرْ *erunt.*

Aſſerere, quòd hoc ipſum futurum ſtare poſſit pro optativi futuro, & pro præſente conjunctivi latinorum, nos orationis turcicæ phraſis luculenter edocet. v. g. pro futuro Indicativi: آنْلَرْ كِبِي بِي نَامُو نِشَانْ أُولَامْ *Sicut illi, ſinè nomine & ſigno ero?* de mir. mund. Pro futuro optativi بُولَايِكِي بَرْمُرَادْ أُولَاسِنْ *Utinam ſis ſupra intentionem tuam.* Id eſt: *utinam aſſequereris quod optas.* ex lit. Pro præſente conjunctivi بِرْ كِمْسَنَه دُشْمَنْ قَوِي اِيلَه مُقَاوَمَتْدَنْ عَاجِزْ أُولَا *Si quis hoſti robuſto ad reſiſtendum ſit impotens.* Hum. Nam. شُويْلَه تَحْرِيرْ اِيدَهلُمْ كِه طَالِبْلَرَه آسَانْ أُولَه *Ita ſcribamus, ut ſtudioſis facilè ſit.* de num. Cabal. Quòd aliquando hoc locô modſareum verbi regulati أُولَنَقْ ſtare poſſit, ſenſus

ſenſus ſubinde patitur. v.g. اُويْلَه اُولْسَه مُنَافِقْ اُولُورسِينْ *Si ita ſit, Hypocrita eris*· de illum ment. Item ibidem. سِزْ دَخِي بَنْجِلَيِنْ اُولُورسِزْ *vos etiam ſicut ego eritis.* Extra ſimilem ſenſum, uſus non habebit locum.

Imperativi Præſens & futurum, commune verbis *eſſe* & *fieri.*

Sing. اُولْ سَنْ vel سَنْ اُولْ vel etiam ſimpliciter اول *eſto tu* vel *eris*

اُولْسُونْ vulgò اُوسُونْ *eſto ille* vel *erit*

آفَرِينْ بَرْخُورْدَارْ اُولْ *Egregius eſto in ſorte feliciori*, vel, *fruere Sorte feliciori.* Hiſt. Dav. Baſſæ.

Plur. بِزْ اُولَالُومْ vel اُولَدُمْ *ſimus nos* vel *erimus*

سِزْ اُولُكْ vel اُولُوكُزْ, كُ, ùt *ng. eſtote vos* vel *eritis*

اُولْسُونْلَرْ *ſunto* vel *erunt.*

عِبَادَتَه وَ طَاعَتَه مَشْغُولْ اُولُكْ *ad preces & obſequium ſeduli eſtote.* de illum. ment.

Pro ſecunda perſona hujus temporis in numero ſingulari & plurali videntur ſtare poſſe eædem perſonæ præcedentis Modſarei, v.g. صِحَّتْ و سَلَامَتْدَه اُولَاسَنْ *eſto tu in incolumitate.* اُولَاسِزْ ☆ اُولَاسَنْ *& ſanitate* & صِحَّتْ سَلَامَتْدَه اُولَاسِزْ *Eſtote in incolumitate & ſanitate*

tate

tate. & صحتلو و سلامتده اولاسز *Estote in incolumitate & sanitate.* Chur. Eff. Nisi quis dicere vellet, id etiam significare: *eritis in incolumitate & sanitate.* غز Syllaba pleonastica est, quam Turcæ imperativis adjiciunt, ùt: بيلز و آتاه اولغز اي پادشاه *scito & noscite O Rex.*

Optativi Præsens & Imperfectum.

بولايكه *utinam* تاشكي vel تاشكي vel تاشكه idem.

Sing. اولايدم *essem*	Plur. اولايدك *essemus*
اولايدك *esses*	اولايدكز *essetis.* ك ùt *ng.*
اولايدي *esset*	اولايديلر *essent.*

بولايكه بو كتاب بنم كتابم اولايدي *Utinam hic liber, meus liber esset.*

Præteritum Perfectum.

Sing. ايمش اولام *fuerim*	Plur. ايمش اولاوز *fuerimus.*
ايمش اولاسن *fueris*	ايمش اولاسز *fueritis*
ايمش اولا *fuerit*	ايمش اولالر *fuerint.*

Si sensus admittat, hoc tempus etiam ab اولمق verbo regulato accipere licebit. v.g. اولمش اولام &c. آنكى سن باعث اولمش اولاسن *tu hujus causa fueris* de int. ment.

Præteritum Plusquàm Perfectum Primum.

Sing. ايمش اولايدم *fuissem* Plur. ايمش اولايدك *fuissemus*

ايمش اولايدك *fuisses* ايمش اولايدكز *fuissetis*

ايمش اولايدي *fuisset* ايمش اولايديلر *fuissent.*

Si sensus admittat, hoc tempus etiam ab اولمق verbo regulato accipere licebit. v. g. اولمش اولايدم

Præteritum Plusquàm Perfectum Secundum.

Ipsum Optativi præsens pro hoc tempore stare posse, in inflexione verbi regulati observabitur. Modsareum Indicativi, ùt prænotatum est, huc etiam transferri debet.

Conjunctivi Modus.

Conjunctivi particula, plerumque particula conditionalis اكر *si* esse solet, quæ persæpe elegantius subintelligitur, & non exprimitur. Sed de hoc modo plura inter verba regulata, quæ huc etiam trahi possunt.

Præmonitum est, quòd Modsareum Indicativi huc etiam transferri possit, quo de tempore, in sequente regulato verbo, fusius agetur.

Conjunctivi Præsens.

Sing. ايسم *sim* Plur. ايسك *simus*

ايسك *sis* ايسكز *sitis*

ايسه *sit* ايسلرسه & اسه‌لر *sint.*

اتالري

آتالري عسكري ايسه آنلر دخي عسكريدر *Si Parentes militares ſint, erunt & illi militares.* Can. Ottom. *Militarem eſſe*, apud Turcas, eſt eſſe *non ſubditum.* More noſtro, *liber* & *non ſubditus.*

Notandum, quòd tertia perſona ſingularis numeri hujus temporis, poſtpoſita alicui perſonæ modſarei aut præteriti, modi Indicativi, quod ei modſareo aut præterito, vis temporum conjunctivi, ac ſi particula conditionalis *ſi* adeſſet, attribuat. v. g. اول كمسنه انجتمهلر انجدرلرسه قاضي منع ايليه *Illum quendam nè moleſtiâ afficiant, ſi moleſtiâ affecerint, Judex impediat.* Can. Ottom. نيجه يرلرده تطبيق لغات الفاظيه واقع اولديسه *Si aliquibus in locis quod voci enuntiandæ congruum eſt, inciderit.* de int. ment. Aliquando pro particula conditionali *ſi* ponitur, verbo *ſum* ſubintellecto, عاقل ايسه *ſi prudens eſt.* Aliquando pro particula ſubjunctiva capitur, بن ايسه *aſt ego, ſed ego, ego verò, ego autem* سن ايسه *ſed tu, aſt tu, tu autem, tu verò.* كرك quod ſolùm per ſe, pro disjunctiva particula Latinorum *ſive* ſtare poteſt, ſubinde aſſumit hoc ايسه, quod in vi ſignificandi, nihil addit, ideoque ايسه, hoc loco, pleonaſticum erit. Item tertiam perſonam Imperativi modi اولسون ad hoc tempus trahi poſſe, exemplis evinci poteſt. v. g. كيجه كرك اوزون كرك قصه اولسون

 Nox

Nox sive longa, sive brevis sit. de rit. Relig. Item ibidem اوْلْ

سُويْلْدوكي حالنّر اوْلْ كِشِيدَه كَرَكْسَه اوْلْسُونْ كَرَكْسَه

اوْلَمْسُونْ تَكَى اوْلْ سُويْلَدُوكُكْ سُوزْلَرْ اوْلْ كِشِيمَه خُوشْ كَلْسُونْ

Status sive res illæ quæ prolatæ sunt, sive sint in persona, sive non sint, dummodo illa verba, quæ locutus es, personæ illi in bonum cedant.

Si post hanc personam ponatur ايچُونْ hæc postpositio pro particula conjunct. *ut* causali, stare poterit. v. g. عَدالَت وُ ظُلْمْلَري اوْلْسُونْ ايچُونْ مَعْلُومْ *ut palam evadat æquitas & iniquitas.* Hist. Dav. Bassæ.

Præteritum Imperfectum Primum.

Sing. اوْلْسَمْ *essem* vel *forem*

اوْلْسَكْ *esses* vel *fores*

اوْلْسَه vel اوْلْسَا *esset* vel *foret.*

Plur. اوْلْسَكْ *essemus*

اوْلْسَكُزْ تْ ùt ng. *essetis*

اوْلْسَه لَرْ vel اوْلْسَه لَرْسَه *essent* vel *forent.*

اكر

اكَر بو تَريالَرڭ صولَري طَتْلو اُولْسَه قُوقَربِي *Si horum marium aquæ dulces essent* vel *forent*, *fateren*. de mir. mund.

Imperfectum Secundum.

Ut Præsens optativi خُوشْنُودْ اُولَايْدُمْ *contentus essem* vel *forem* مَقْصُودْ اُولَانْ اِظْهَارِ فَضْلْ اُولَايِدِي *Si desideratum, foret manifestatio Excellentiæ.*

Imperfectum tertium abstractum à conditionali particula.

Sing. اُولُورْدُمْ *essem, sarei*

اُولُورْدُڭ *esses, saresti*

اُولُورْدِي *esset, sarebbe.*

Plur. اُولُورْدُڭ *essemus, saressimo*

اُولُورْدُڭُزْ ڭ ùt ng. *essetù, sareste*

اُولُورْلَرْدِي vel اُولُورْدِيلَرْ *essent, sarebbero.*

Hoc Præsens & Imperfectum, etsi sit à regulato اُولْمَقْ descendens, quia tamen sua in circumstantia huc trahi potest, differt ab antecedente, planè sicut Italicum, quod terminatur in *si* ab eo, quod terminatur in *rei*, ùt *fossi*, *sarei*, differentia hæc autem in eo consistit, quòd in *si* terminans prærequirat parti-

culam conditionalem, ut *se jo fossi*, *si ego essem*, quæ conditionalis particula apud Turcas potiori ex parte subticetur, dicendo præcisè : اولايدم بن quando autem apud Latinos Imperfect, Conjunct. sinè hac conditionali particula incidit, tunc Italis in usu est Imperfectum quod in *rei* terminatur.

Præt. Imperfectum quartum vi significandi primo conveniens.

S. اولسه ايدم vel اولسيدم *essem*	P. اولسيدك *essemus*
اولسيدك *esses*	اولسيدكز *essetis*
اولسيدي *esset*	اولسيديلر *essent*

Ejusdem formatio per se patens est: اكر كه ارض اندلسدن قازيلوب دلنمك ممكن اولسه ايدي ارض چينه كلوب چلقوريدي *Si per Andalusiam foderetur, & perforare possibile esset, ad Chinas perveniretur & attingerentur.* de mir. mund.

Præteritum Perfectum Primum.

Sing. ايمش اولام *fuerim*	Plur. ايمش اولاوز *fuerimus*
ايمش اولاسن *fueris*	ايمش اولاسز *fueritis*
ايمش اولا *fuerit*	ايمش اولالر *fuerint*

Formatio per se patens, & temporis subsistentia è verbis regulatis magis adhuc colligetur.

Præ-

Præteritum Perfectum Secundum.

Sing. ايمش ايسم *fuerim* Plur. ايمش ايسك *fuerimus*

ايمش ايسك *fueris* ايمش ايسكز ڭ üt ng. *fueritis*

ايمش ايسه *fuerit.* ايمش ايسهلر *fuerint.*

Dici posset etiam sensu ita exigente ex verbo regulato اولمق

اولمش ايسم *fieri*.

Præteritum Plusquàm Perfectum Primum.

Sing. ايمش ايسم *fuissem* Plur. ايمش ايسك

ايمش ايسك ايمش ايسكز ڭ üt ng.

ايمش ايسه ايمش ايسهلر

Nota, quòd in libris legatur. v. g. زيرا اكر جنتدهكي منزلتلر همه برابر ايمسه ايدي ايمسه ratione dictante hoc ايدي quod pluries legi, videtur significare *essent*, ita ut hìc præcedens sensus ita sit interpretandus: *quia si gradus Paradisi omnes pares essent.* An à dictione ad integrum tempus sit arguendum, praxis studiosum edocebit, memini me tamen ايمشسه legisse.

Præ-

Præteritum Plusquàm Perfectum Secundum.

Sing. اُولْسَمْ ايمش *fuissem* — Plur. اُولْسَكْ ايمش *fuissemus*

اُولْسَڭْ ايمش *fuisses* — ڭ ùt ng. اُولْسَڭزْ ايمش *fuissetis*

اُولْسَه ايمش *fuisset* — اُولْسَه‌لَرْ ايمش *fuissent*

اُولْسَكْ ايمش آنْدَه بِزْ *Si nos ibi fuissemus.* Nec اُولْسَمْ اُولْمشْ sensu ita exigente, reprobandum est.

Præteritum Plusquàm Perfectum Tertium.

Sing. أُولَايْدَمْ &c. Est ipsum præcedens Præt. Imperf. quod nonnunquam pro Præt. Plusquàm Perfecto stare potest. أَكَرْ

دِيدُكْلَرِي كِبي حَاشَا أُولْ آصِلَانْ تَكْرِي أُولْمَقْ إِمْكَانْ وَارِيمِسَه

ايدي كَرَكْدِيكُمْ جُمْلَه عَالَمْ يُوقْ اُولَايدِي *Si prout illi dicunt (quòd absit) Illum crucifixum, DEUM esse, possibilitas fuisset, opus fuisset, ut totus mundus periisset.* de int. ment.

Præt. Plusquàm Perfectum Quartum.

Sing. أُولُورْدُمْ Est ipsum præcedens præt. Imperf, quod nonnunquam pro præt. Plusquàm Perfecto stare potest.

Præt.

Præt. Plusquàm Perfectum Quintum.

Sing. ايسَه ايدُم vel ايسَيدُم *fuissem*

ايسَه ايدُڭ vel ايسَيدُڭ *fuisses*

ايسَه ايدي vel ايسَيدي *fuisset.*

Plur. ايسَه ايدُك vel ايسَيدُك *fuissemus*

ايسَه ايدُڭز vel ايسَيدُڭز ڭ ùt ng. *fuissetis*

ايسَه ايديلَر vel ايسَيديلَر *fuissent.*

Alterum componitur ex præterito Imperfecto conjunctivi & ex Imperfecto seu perfecto Indicativi, ùt.

Præt. Plusquàm Perfectum Sextum.

Sing. اُولْسَه ايدُم vel اُولْسَيدُم *fuissem*

اُولْسَه ايدُڭ vel اُولْسَيدُڭ ڭ ùt ng. *fuisses*

اُولْسَه ايدي vel اُولْسَيدي *fuisset.*

Plur. اُولْسَه ايدُك vel اُولْسَيدُك *fuissemus*

اُولْسَه ايدُڭز vel اُولْسَيدُڭز ڭ ùt ng. *fuissetis*

اُولْسَه ايديلَر vel اُولْسَيديلَر *fuissent*

Ejus subsistentia è verbis sequentibus patebit.

Futurum.

Sing. اولورسم pro اولورايسم *si fuero* Plur. اولورسك *fuerimus*

اولورسڭ ڭ ùt ng. *fueris* اولورسڭز ڭ ut ng. *fueritis*

اولورسه *fuerit.* اولورسه‌لر vel اولورلرسه *fuerint.*

هر كيم اللهله اولورسه خدا دخي آنڭ ايله اولور *Quicunq́ cum DEO fuerit, DEUS etiam cum illo erit.* de illum. ment.

Futurum Præterito Mistum Primum.

Sing. اولورسم اولمش *fuero*

اولورسڭ اولمش ڭ ùt ng. *fueris*

اولورسه اولمش *fuerit.*

Plur. اولورسك اولمش *fuerimus*

اولورسڭز اولمش de ڭ ùt in præcedentibus, ita in consequentibus sine exceptione.

اولورسه‌لر اولمش vel اولورلرسه *fuerint.*

اكر اوغلان آناسي قرننده اولمش اولورسه *Si infans in utero Matris fuerit.* de mir. mund.

Se-

Secundum.

Sing. اولمش اولورم *fuero* Plur. اولمش اولوروز *fuerimus*
اولمش اولورسن *fueris* اولمش اولورسز *fueritis*
اولمش اولور *fuerit.* اولمش اولورلر *fuerint.*

Tertium.

Sing. ایمش اولورم *fuero* Plur. ایمش اولوروز *fuerimus*
ایمش اولورسن *fueris* ایمش اولورسز *fueritis*
ایمش اولور *fuerit.* ایمش اولورلر *fuerint.*

Praxis attamen persæpe modum seu ordinem hunc exhibet.

اولور ایمش v. g. مسلمانلرك حماملرینه و چشمه‌لرینه خللي
نقصان و ضرر اولور ایمش *Si Muslimorum balneis aut fontibus multum defectûs aut damni illatum fuerit.* Can. Ottom.

Infinitivi Præsens & Imperfectum tam Regulati quàm substantivi verbi اولمق *esse* & *fieri*.

ALia Infinitivi tempora apud Turcas quærere non oportet, quia perplura, quæ Latini per tempora infinitivi enuntiare solent, Turcæ (ùt præcedenter in Tract. 2. cap. 13. & in ipsa syntaxi de constructione participiorum fusius exhibituri sumus) aliter enuntiant, nè tamen sicco pede hoc loco materiam hanc pertranseam, dico: quòd ad par-

ticulas conjunctionum *quòd* & *ut* sit attendendum, Infinitivus ergo latinus involvens particulam conjunctionis *quòd*, subinde per ipsam conjunctionem *quòd* indicativo junctam, enuntiatur v. g. زعم ایلدیلرکه بو ییر یوزی بر طبل شکلنده در *Opinati sunt, terræ faciem esse ad tympani formam*, id est: *quòd sit ad formam tympani.* Vel est participium Præteriti cum affixo, ùt: مصلحتن اولدوغن بلدی *Scivit eum negotium habuisse* vel *quòd negotium habuerit.* Vel est ipse Infinitivus nominascens, ùt: ملول اولماسی مقرر در *eum tristem esse certum est.* seu *certum est, quòd ille tristis fuerit.* Par ratio cum *ut*, si simpliciter sumatur, est etiam simpliciter infinitivus nominascens cum affixo v. g. حرکت اوزره اولماکز لازم کلمکله *Vos in motu esse cum sit necessarium*, vel *cum necessarium sit, ut vos in motu sitis*, Gem. Hist. Quòd si causalitas adsit, postpositio ایچون aut alia hujus ordinis accedet, ùt بز رعایا فقراسنڭ آسوده اولملری ایچون صلح و صلاحی دنیا فنایه ویرن جنڭك و جدالدن هر زمان یکك استردك *Nos ex eo, ut pauperes subditi in statu tranquillo sint, pacem & tranquillitatem, mundo corruptionem danti pugnæ & bello, semper magis expetivimus.* ex lit.

Aliquando ipsi puro infinitivo vis particulæ *ut* inesse videtur, v. g.

بو

بو قضيّه بو وجهله اولمغ پادشاهِ عالم پناه حضرتلرينڭ امرِ شريفلريله اولدي *ut hæc decreta hoc modo ſint, Regis ad quem confugit orbis, ejuſdem Majeſtatis nobilia mandata fuerunt.* Can. Ottom.

Sed Subinde ipſe Infinitivus ad Dativum collocatus, pro particula conjunctionis *quòd* ſtare poſſe videtur. ùt: اللّه تعالي حضرتنڭ حضورِ شريفلرنده عذرڭ مقبول اولمغه الكده حجتڭ يوقدر *In nobili conſpectu DEI Excelſi ejuſdem Majeſtatis, ob excuſationis tuæ acceptationem, decretum tuum Judiciale in manu tua non habes.* Id eſt. *Decretum in manu tua non habes, quòd in nobili conſpectu Excelſi DEI ejuſdem Majeſtatis, excuſatio tua ſit accepta.* Col. Iſlam. واصل اولمغه نيلمك كرك *ut perveniatur, quid agere oportet.* de. int. ment. Et particula *ut* ita exprimi poſſe videtur. v. g. خلاص اولمغه چاره يوقدر *ut eliberetur remedium non eſt.* Col. Islam. Hanc ipſam particulam *ut* ſub affixo, in infinitivo nominaſcente praxis edocet, ùt: آخر ولايتلره پراكندهسي اولمغي مقرر ايتمشلريدي *ut diſperſio ejus ad alias Provincias eſſet* vel *fieret, ſtabiliverunt.* de mir. mund. Hæc ipſa particula *ut* cauſaliter in poſtpoſitione ايچون poſt infinitivum conſiſtit, ùt: خلقڭ

 استعدادينه

اِسْتِعْدَادِينَه كُورَه فُرُوعِ اَوَامِرْدَه وَ نَوَاهِيدَه بَعْضْ تَغَيُّرْ اُولْمَقْ

اِيچُونْ *Juxta dispositionem populi, ut in propagatione mandatorum & vetitorum aliqua immutatio sit,* vel *fiat* de int. ment. Item بِرْ مَعْصِيَتْ

حَاصِلْ اُولْمَقْ اِيچُونْ *ut pravaricatio eveniat.* Item si infinitivo postpositio دَنْ adjiciatur حَاضِرُ ٱلْقَلْبْ اُولْمَقْدَنْ خَالِي اُولْمَايَاسِنْ *ut sis promptus corde, nè desistas.* de int. ment. Talis infinitivus cum postpositione دَنْ & pro negativa particula *nè* stare posse videtur. ùt: أَلْلَهْ صَقْلَسُونْ اَهْلِ اِيمَانْ بُو وَبَالَه كِرِفْتَارْ اُولْمَقْدَنْ *Avertat DEUS, nè fidelis hac noxa capiatur.* Col. Islam.

Quòd si Infinitivo particula اِيلَه postponatur, habetur particula conjunctionis Latinorum *cum* v. g. قُطُورْ سَمْتِي زِيَادَه صَرْپلِقْ وَ سَنْكِسْتَانْلِقْ اُولْمَغِيلَه *Cum via Catarri valde ardua & rupibus obnoxia sit.* Gem. Hist.

Ast causalis particula *quia*, persæpe per Infinitivum, cui يِنْ syllaba adjicitur, enunciatur, ùt: بُو صَحْرَانْكْ هَوَاسِي لَطِيفْ اُولْمَغِينْ *quia illius campi aër amanus erat,* Hist. Dav. Bassæ. Si ab Infinitivo abjiciatur ق, ejusve loco ل cum fatha, aut fatha simplex subjiciatur, addaturque syllaba يين habentur adverbia Latino-

tinorum: *antequam priusquam*, ùt: اولمدين صباح *antequam* vel *priusquam esset manè* قبلان تريسي دباغت اولمدين نجسدر *Tigridis pellis, antequam* vel *priusquam concinnetur, impura est.* de. mir. mund. Ast aliquando pro دين etiam دن dicere solent, sed postpositis vocibus اول *prius, ante* vel صكره *post* ùt عاشق اولمادن اول صوكن صانمق كركي *priusquam quis fiat amans, finem perpendat necesse est.* اخشام اولمادن صكره *postquam fuerit vesper.*

Quòd si infinitivi ultima syllaba مق rejiciatur, ejusve locò نجه vel نجدكي vel نجدكين ponatur, habentur latinæ voces *donec, usq;, usquedum.* ùt دفتر اولنجه عشر رسم اوتلق و رسم بوستان آلنميه *Donec sit* aut *fiat registrum, alia portio fæni aut portio horti, non accipiatur* اخشام اولنجدكي *usq; ad vesperam.* صباح اولنجه يه دكين *usq; dum sit manè.* Item abjecto مق & adjecto الي habentur voces latinæ: *à quo* ùt: افنديمز والي بغداد اولالي خدمتنده قصور اتمدي *Dominus noster, à quo fuit Babyloniæ seu Bagdadi Præfectus, in servitio suo defectum non commisit.* Gem. Hist. Dici etiam potest: اولالدن برو v. g. والي اولالدن

برو

بَرُو *à quo est Præfectus.* Et dicendo أُولَا & postponendo Præteritum verbi يَارْمَقْ habentur particulæ Latinorum *vix non* ùt: يَارْدُم أُولَا *vix non fui* يَارْدُكْ أُولَا *vix non fuisti.*

Gerundium.

Latini in verbo substantivo *sum* gerundio carent, non item Turcæ, quibus est: ايكَن vel etiam أُولُورْكَن cui Italicum *essendo* correspondet, & apud Latinos particula conjunctionis *cum* v.g. *cum essem, cum esses, cum esset,* &c. بُو أُمِيدْدَه ايكَن بُو سَوِنْمَكْدَه

ايكَن آَكْسُرْتَه بِرْ اِسِي يَلْ اَسْدِي Italis est: *essendo questo in speme, essendo questo in allegrezza, all' improvista spirò un vento caldo.* Latinis: *cum esset hic in spe, cum esset is in gaudio, ex improviso spiravit ventus calidus.* de int. ment. Item ibid. قَمَازَدَه ايكَن جَبْرَايِلْ حَضْرَتِي كَلْدِي *cum esset in oratione advenit dignitas Gabrielis.* De aliorum Gerundiorum Latinorum translatione ad Turcismum suo loco dicetur, quæ, si ratio exegerit, etiam huc trahi poterit.

Supinum.

Supini in verbo *sum,* nulla est ratio.

Participium.

Hoc verbum apud Turcas, completum habet participium, ùt cætera verba omnia, stat & pro أُولَانْ à *fieri* verbo regulato.

Par-

Participij Præſens & Imperfectum.

اُولَان *qui, quæ*, vel *quod eſt*. De quo ſupra in pronominibus relativis tum abſolutis, tum affixis, perplura dicta ſunt.

Præteritum Primum.

ايمش *qui, quæ*, vel *quod fuit exiſtens.*

Præteritum Secundum

ايدوكى vel ايدكى *qui, quæ, quod fuit exiſtens.* neque regulatum اُولدُوق vel اُولدق excludendum eſt, quod ſenſu admittente, pro ايدوكى eleganter ſtare poteſt, vel maximè cum particula ده pro *cum, quando*, & جه pro *quotieſcunq, quandocunq* ei adjiciuntur ùt: آچق هَوا اولدقده *cum* vel *quando eſt ſerenus aër* عزيز مصر اولدقده *cum fuiſſet eximius Ægypti.* de int. ment. ياكلش اولدوقجه *quandocunq vel Quotieſcunq fuit error.* Hæc phraſis, talibus in circumſtantiis melior eſt, quàm per ايدوكى.

Futurum.

اُولاجق *quis, quæ, quod erit exiſtens.* Phraſes horum temporum habes in ſyntaxi, in conſtructionibus de participiis.

Quæstio autem hic oritur: an inter اولیجق & اولاجق aliqua sit differentia? Nullum sanè dubium est, quin inter has ipsas voces, & consequenter inter similes sua sit differentia, quàm facilè ab exemplorum adductione desumemus, visurique sumus, quòd اولاجق præter id, quòd respiciat etiam verbum اولمق regulatum, quod est *fieri*, conveniat etiam cum Latinorum futuro, nempe *futurus, a, um*, quòdve ipsum suum verbum, unde oritur, pro auxiliari sumat. اولیجق autem de præsente aut futuro participet, & implicitè in se contineat particulas, *cum, dum, quando*, exempla de اولاجق v. g. اول كيجه‌لركه اوزنلوغنده ایاقلری شیشنجه‌دک اخلاص ایله نمازه طورانله اول صباحه‌دکین بر ایدنلر حضور یاتوب دوشکده یمشاق اویویان خور خور اولاجقمي در *Num ille, qui per noctium longitudinem ad intumefactionem pedum usq; cum puritate in precibus subsistit, unus idemq; erit*, vel, *unus idemq; futurus cum eo, qui rhonchos trahendo usq; ad matutinum tempus dormit & in molli lecto jacet & quiescit*. Apparet, quomodo اولاجق vel pro futuro verbi sum *ero, eris, erit* aut pro futuro participii *futurus, a, um* sumi possit. Latinorum more in quantum *futurus* significat, suum ipsum verbum *sum* pro auxiliari verbo habet, ut: اول كيجه كوندز انواع تنعّم ايدوب خوشلقلار كوروب يمكلركه يكمه‌سن بكنميانيله قچان

قچان بر اولاجاغدی *Quando is, qui diu noctuq; diversa beneficia facit, & benefacere studet, cum eo, cui derelictio commessationum non arridet, unus idemq; futurus erat.* de int. ment. Exempla de

اولیجق veluti : بر توع بالق تپی اولور یوزکی قنادلري

وارکیجه اولیجق دریادن چقوب قراده اوتلر *Est quædam species piscis, alas habet, cum* vel *quando* vel *dum advesperascit* vel *nox incipit, è mari exit, & in terra herbas carpit.* de mir. mund. Item

ibid. نیل مبارکی زیاده اولیجق *benedictus Nylus cum vult excrescere.* Item ibid. اما کوندوز اولیجق دخان کورینور *Sed quando dicscit, fumus videtur.*

Hoc اولاجق apud Turcas pro *possibile esse* sumi potest اولاجق دکلو کتوردي *quantum erat possibile attulit.* de Int. ment. Aliqui pro اولاجق dicunt : اولیسر Sed erit rarioris usûs بو عالمک یقلماسنه و دنیا خراب اولماسنه سبب اوچ طایفه اولیسر در بري جاهل صوفیلر و بري فاسق عالملر و بري ظالم بکلر *Quòd hoc Universum destruetur, & quòd Mundus desolabitur, causa sunt tres Gentes: inertes studiosi, facinorosi sapientes, & crudeles Domini.* de int. ment.

Datur apud Turcas in hoc & in aliis verbis omnibus verbalis dictio quædam, formata ab infinitivis abjecto مق vel مک &

& aliis cum reflexionibus; ùt ſuo loco viſuri ſumus, aſſumpto وُبْ ùt ab أُولْمَقْ fiet أُولُوبْ cujus natura ita vaga eſt, ut ſe omni modo, omni tempori, omni numero, omniq́ue perſonæ communicet, ejuſq́ue locô ſtare poſſit. Cujus autem Modi, temporis, numeri aut perſonæ ſit, à verbo finali ejuſdem periodi, prout ratio ſensûs poſtulat, deſumendum eſt, qua de cauſa, hæc dictio verbalis jure merito vaga dictio verbalis appellari poteſt, nec ullo modo eorum aſſertio vera eſt, qui dicunt: hanc dictionem ad Gerundium pertinere, quia à Gerundio quàm plurimum differt, cum Gerundij vis multò magis ſit reſtricta, non autem hæc vaga dictio: آنْدَنْصُكْرَه صَدَفْ تِبْغِي قَعْرِ دَرْيَايَه مُلَاصِقْ أُولُوبْ آغَاجْ كُوكِي كِبِي آنْدَنْ عُرُوقْ ظَاهِرْ أُولُوبْ يِرْدَه بِتَرْ قَالُورْ *Poſtmodum Concha Margaritifera etiam fundo maris adhæret, inde veluti radices arborum, variæ venæ apparent & in terra creſcit & manet.* de mir. mund. مُلَاصِقْ أُولُوبْ *adhæret* ſensûs ratione dictante, ſe perſonæ tertiæ Indicativi præſentis بِتَرْ *creſcit* accomodat, quia ùt inſinuavi, verbum ultimum eſt, à cujus modi, temporis, numeri & perſonæ qualitate illa in وُبْ præcedentia ſpecificantur, & quia juxta turciſmum, ùt ſuô locô viſuri ſumus, pluralis numerus ſæpe ita ſe habet, ac collectivum nomen Latinorum in ſingulari ظَاهِرْ أُولُوبْ *apparet* (quanquam de rigore latino pluralis numerus, ùt poſui, eſſe debeat) ſe pariter eidem perſonæ tertiæ بِتَرْ accomodat, &

ſic

fic per alios modos & tempora, ùt fuſius ſuo locô dicturi ſumus.

كَرَكْ Cum verbo Subſtantivo, pro latino imperſonali *oportet* ſtare ſolet, etſi aliis ſignificatis gaudeat, verbo Subſtantivo contractè jungitur, & quaſi una eſſet dictio, ſcribitur, ùt: كَرَكْدُرْ *oportet, opus eſt.* كَرَكْدِي *oportuit*, quod & cum يَكْرَكْ *melior* turcico comparativo fieri videtur, يَكْرَكْدُرْ *melior*, & *melius eſt* يَكْرَكْدِي *melior*, vel *melius fuit*, quòdſi hujus contractionis litera كي cauſa foret, experientia edocebit, perſæpe attamen hoc ſubſtantivum verbum Turcarum, juxta præſens Indicativi, & utrumque præteritum ſic contractum, aliis etiam vocibus adjicitur, non autem alia tempora.

CAPUT SECUNDUM.

De verbo Negativo verbi اُولْمَقْ non eſſe *participante tum de vi verbi negativi ac affirmativo verbo* اُولْمَقْ *regulato* fieri, *tum in anomalitatem declinante.*

AD unius regulati negativi thema, duo regulata verba reſpiciunt, quorum unum eſt directum negativum verbi ſubſtantivi affirmativi, cum reflexionibus ad verbum اُولْمَقْ *fieri* reregulatum & involvens modum loquendi Latinorum *nequit eſſe, non poteſt eſſe.* Alterum autem eſt negativum irregulatum, ſinè re-

reflexione ad id, quod regulatum eſt, quia præcisè in terminis verbi negativi *ſum* permanet, & ſolùm quoad certa tempora, ſe negativo directo communicat, ùt hìc in inflexione exhibeo.

Indicativi Præſens ſeu Modſareum.

Sing. اولمام vel اولمم *non ſum, & non fio*

اولمازسن *non es*

اولماز *non eſt.*

Plur. اولمازوز vel اولمازيز *non ſumus*

اولمازسز *non eſtis*

اولمازلر *non ſunt.*

اول ايمان بأسدر مفيد اولماز *Hæc eſt fides malitiæ, utilis non eſt*, vel *utilis eſſe nequit*, vel *utilis eſſe non poteſt.* de int. ment.

اوغلانجغزلرك اويوننده فائده اولماز *In luſu Puerorum utilitas eſſe nequit.* ibid. In negativo *oportet*, dicitur كركمز *non oportet.*

Modſareum ſimpliciter negans.

Sing. دكلم vel دكليم *non ſum* Plur. دكليز *non ſumus*

دكلسن *non es* — دكلسز *non eſtis*

دكلدر vel دكل *non eſt.* — دكلدرلر *non ſunt.*

سنها

دنيا ديدكلري آقچه مال دكلدر *Quod mundum appellant, non solummodo divitiæ sunt.* de int. ment. Item ibid. قزانمغیچون دورشمق كناه دكلدر زيرا اول دنيادن دكلدر *Laborare ad lucrandum, peccatum non est, quoniam hoc, de mundo non est.* Hoc præsens aliquando in aliquo negativo implicitè reperitur, ùt : دنيا هيچ و طالبها هيچ اي هيچ هيچي پس هيچدن نه‌ي نسنه‌جكي استين اول نه‌ي هيچدر و هيچي هيچه صمار *Mundus nihil est, eum expetens nihil est; O nihil nihili! itaq; à nihilo aliquid expetens, ille etiam nihil est, & nihilum nihilo annumerat* de illum. ment.

Præteritum Imperfectum, sive etiam.
Præteritum.

Sing. اولمادم *non eram*, vel *non fui*, *non factus sum*

اولمادك *non eras*, vel *non fuisti*

اولمادي *non erat*, vel *non fuit.*

Plur. اولمادق *non eramus*, *non fuimus*

اولمادكز *non eratis*, *non fuistis*

اولماديلر *non erant*, *non fuerant.*

مهموت

اولمادي قادر نقطه بر اولدي مبهوت *obstupuit, nè puncto potens fuit.* id est, ùt nos Latini loqui solemus: *nec grij opponere potuit.* Et in كركك v. g. عجبا بونك معنيسي بويله كركمز *nunquid hujus sensus, non oportuit ita.* id est: *non oportuit, ut ita sit.*

Alterum Imperfectum, seu Præteritum simpliciter negans.

Sing. دكليدم *non eram*, vel *non fui*

دكليدك *non eras*, vel *non fuisti*

دكليدي *non erat* vel *non fuit.*

Plur. دكليدك *non eramus*, vel, *non fuimus*

دكليدكز *non eratis*, vel *non fuistis*

دكليديلر *non erant*, vel *non fuerant.*

حضرت يحيانك باشني كسدكلري تيحي آز فطارته سبب

معصيت دكليدي كه الان تيحي اول ملعونلر بونجه انبيا

اولدردكلريله هر ملتك كوزلرينه خورلردي *Quòd caput sancti Joannis Baptistæ resciderint, non immaturæ dispositioni causa est, num non prævaricatio erat*, vel *fuit*, *ut illi maledicti nunc adhuc ob multos in-*

interfectos Prophetas, in omnium Populorum oculis, ludibrio sint. de int. ment.

Præteritum Perfectum Primum, etiam simpliciter negans.

Sing. ایمیشم *non fui* — Plur. ایمیشوز *non fuimus*
ایمیشسن *non fuisti* — ایمیشسز *non fuistis*
ایمیشدر *non fuit.* — ایمیشلر vel ایمیشلردر *non fuerunt.*

بو واقع اولدقده انده ایمیشم *Cum hoc contingeret, ibidem non fui.* Chur. Effend.

Præteritum Perfectum Secundum. simpliciter negans.

Sing. دکلیمشم vel ایمشم دکل *non fui* — Plur. دکلیمشوز *non fuimus*
دکلیمشسن *non fuisti* — دکلیمشسز *non fuistis*
دکلیمش *non fuit.* — دکلیمشلر *non fuerunt.*

بو صاغ اولمادي علاجه قابل دکل ایمش *hic sanus non fuit factus, medicinæ non fuit capax.* Col. Islam.

Præteritum Plusquàm Perfectum Primum.

Sing. ايمَيشْ ايدُمْ *non fueram* Plur. ايمَيشْ ايدُكْ *non fuera-(mus.*

ايمَيشْ ايدُڭ *non fueras* ايمَيشْ ايدُڭُزْ *non fueratis*

ايمَيشْ ايدي *non fuerat.* ايمَيشْ ايديلَرْ *non fuerant.*

Aliud.

Sing. اُولْمَازْ ايمِشْ vel اُولْمَازِيمِشْ Plur. اُولْمَازِيمِشُوزْ *non fueramus*

vel اُولْمَازِمِشْ *non fueram*

اُولْمَازِيمِشْسَنْ *non fueras* اُولْمَازِيمِشْسِزْ *non fueratis*

اُولْمَازِيمِشْدُرْ *non fuerat.* اُولْمَازِيمِشْلَرْدُرْ *non fuerant.*

عِلْمْ وِ ارادتْ اُولْمَيِنْجَه عاصِي بَغِي اُولْمَازِيمِشْ *Donec non fit cognitio aut voluntas, adhuc prævarricator*, aut *perduellis non fuerat.* Col. Islam.

Modsareum seu Futurum, *ùt Præsens.*

بُو تَقْدِيرْ اُوزْرِينَه اَوَّلْكِي حَرامْدَنْ اُولْمَازْ &c. اُولْمَامْ *Juxta hanc dispositionem de primo vetito non est*, vel *non erit.*

اكركه

اَكَرْكه سَنُڭ ايتدُوڭُڭ آيلڭ اُول كيشي قاتنده ضايعْ اُولورسه حقتعالي حضرتنڭ حضور شريفنده هَرْ كز ضايعْ اُولماز *Si beneficium quod fecisti coram illa persona deperderetur, in præsentia nobili Majestatis DEI excelsi nunquam deperdetur.* de mir. mund.

Imperativi Præsens & Futurum.

Sing. Plur. اُولمايالم *non simus*

اُولما vel اُولماسَن *non esto* اُولماڭُز *non estote*

اُولماسُون *non sit* اُولماسُونلر *non sint.*

عاصي اُولما *Prævaricator non esto.*

Optativi Præsens & Imperfectum.

بولايكي *utinam.*

Sing. اُولمايايدم *non essem* Plur. اُولمايايدڭ *non essemus*

اُولمايايدڭ *non esses* اُولمايايدڭز *non essetis*

اُولمايايدي *non esset.* اُولمايايديلر *non essent.*

آيتي موجبنجه اُولان هلاكلر آنلره واقع اُولمغه لايق اُولمايايدي *Juxta necessarium caput* (Alcorani) *perditiones quæ sunt, ut illis contingerent, conveniens non esset.* Col. Islam.

Præteritum Imperfectum.

Sing. اُولْمَازْدُمْ *non essem* non sarei. Plur. اُولْمَازْدُقْ *non essemus*

اُولْمَازْدُڭْ *non esses* اُولْمَازْدُڭُزْ *non essetis*

اُولْمَازْدِي *non esset.* اُولْمَازْدِيلَرْ *non essent.*

Italorum more *non sarei* iisdem cum rationibus, ùt in affirmativo اُولُورْدُمْ &c. هَرْ كِزْ آنَكْ مُسَلَّطْ اُولْمَازْدِي *Nullatenus illi prædominans esset.* Col. Islam.

Præteritum Perfectum.

Sing. اِيمِشْ اُولَامْ *non fuerim* Plur. اِيمِشْ اُولَاوزْ *non fuerimus*

اِيمِشْ اُولَاسِنْ *non fueris* اِيمِشْ اُولَاسِزْ *non fueritis*

اِيمِشْ اُولَا *non fuerit.* اِيمِشْ اُولَالَرْ *non fuerint.*

Nec اُولْمَامِشْ اُولَامْ, admittente sensu, respuendum est, ùt in affirmativo اُولْمِشْ اُولَامْ nam contrariorum eadem est ratio. آنُڭْ سَنْ بَاعِثْ اُولْمَامِشْ اُولَاسَنْ *tu hujus causa non fueris.* ex lit.

Præ-

Præteritum Plusquàm Perfectum.

Sing. ايمَمِشْ اُولاَيدُمْ *non fuissem* Plur. ايمَمِشْ اُولَيدُكْ *non fuissemus*

ايمَمِشْ اُولَيدُكْ *non fuisses* ايمَمِشْ اُولَيدُكُزْ *non fuissetis*

ايمَمِشْ اُولَيدِي *non fuisset.* ايمَمِشْ اُولَيدِيلَرْ *non fuissent.*

Nihil obstat admittente sensu, etiam pro hoc tempore statuere: اُولَمامِشْ اُولاَيدُمْ &c.

Futurum.

Sing. اُولَمَيَامْ vel اُولَمَيَهَمْ *non sim*

اُولَمَيَاسَنْ vel اُولَمَيَهَسَنْ *non sis*

اُولَمَيَا vel اُولَمَيَهْ *non sit*

Plur. اُولَمَيَاوُزْ vel اُولَمَيَهُوزْ *non simus*

اُولَمَيَاسِزْ vel اُولَمَيَهَسِزْ *non sitis*

اُولَمَيَالَرْ vel اُولَمَيَهَلَرْ *non sint.*

كَاشْكَه حَاضِرُ ٱلْقَلْبْ اُولْمَقْدَنْ اُولَمَيَاسَنْ *Utinam non sis desistens ab esse puri cordis.*

Conjunctivi Præsens اَكَرْ *si.*

اُولَمَيَامْ vel اُولَمَيَهَمْ ùt hìc præcedens futurum Optativi v. g.

اولميه‌وز خالي تضرعدن آثا *non simus desistentes à supplicatione ad ipsum.* de int. ment. اولميه كه ادبسزلك ايتمسن *Non sit*, vel *nè sit, ut irreverentiam committas.* ibid Item تاكه كمسنه‌يه ضرر اولميه *ut nemini sit damnum, ut nemini damnum contingat, ut nemini damnum fiat.*

Præteritum Imperfectum Primum

Sing. دكل ايسم vel دكليسم *non es-* Plur. دكليسك *non essemus*
(sem

دكليسك *non esses* — دكليسكز *non essetis*

دكليسه *non esset.* — دكليسه‌لر *non essent.*

Præteritum Imperfectum Secundum.

S. اولمسم vel اولمزسم *non essem* P. اولمسك vel اولمزسك *non essemus*

اولمسن vel اولمزسن *non esses* — اولمسكز vel اولمزسكز *non essetis*

Quintò : si infinitivo, ùt hìc dictum est præter postpositionem دن adhuc postpositio اوتورو adjiciatur, præscindendo ab eo, quod in gerundiis paulò post dicetur, continet in se verbum finitum modi conjunctivi Latinorum cum particula causali *quòd*, ad tempus numerum, & personam à sensûs circumstantia deducibile, ùt : و الحاصل حق جل و علا مال ویرمدوکي طایفه‌ي سومیوب یبانه آتمقدن اوتورو دکولیش بلکه غایت سودوکندن اوتوري ایمش *Tandem DEUS Magnificatus & Exaltatus, quòd huic populo non dederit divitias, non fuit ideo*, aut, *ex eo, quòd non amaret*, aut, *quòd ùt derelictum rejiceret, quin imo ex eo fuit, quòd valdè amaret eum.* de int. ment. Ex hoc exemplo etiam colligi potest, quomodo particula causalis in Turcismo semel in دن اوتوري expressa, ad utramque membrum ejusdem rationis apud Latinos trahi possit, idque ex ea ratione, quia, ùt visuri sumus, verbalis vox in وب se sequentis verbi accidentibus accommodat.

Sextò: Infinitivi præſens particulam ايچون admittit, aſt magis de gerundij vi, quàm de infinitivi habet, vide paulò poſt gerundia.

Septimò: ſubinde infinitivi præſens, mutatô ن ultimâ literâ in غ & permanente ك ſyllabam ين aſſumit, & ubi præallegatur cauſa ſequentis actionis, æquivalet particulis cauſalibus Latinorum, *quia*, *quoniam*, *ideo*, *quia.* & reſpectu Latinitatis ad verbum finitum trahi poteſt, ad tempus, numerum & perſonam, ùt ratio ſensûs exhibet. v. g. پس تعالي درگاه حقنده قبول اولنمغين في الحال روحلري قبض اولندي *Propterea, quòd eorum preces in Aula DEI acceptæ fuerint, illico eorundem ſpiritus* (animæ) *ſuſcepti fuerunt.* de mir. mund. حتي قدسك اول مكان شرقيسنده وجوده گلمكين شمدي عبادتلر آيينلرنجه اول جانبه توجه ايدررلر *Quia hic locus ad Hieroſolymæ Orientalem partem obvius venit, nunc precationem ſuam juxta conſvetudines ſuas, ad illam partem converſionem* (faciei ſcilicet in orando) *inſtituunt.* de int. ment.

Octavò: advertendum eſt, abſtrahendo à verbi qualitate, dari quædam verba turcica, ùt in ſyntaxi exhibebo, quæ caſum Dativi regunt, quia autem in turcica ſyntaxi infinitivus verbi, non ſecus ac nomen ad caſum à ſe ſequente verbo expetitum collocandus eſt (quæ regula apud Latinos locum non habet) accidit, ut ratione regiminis, ſequentis verbi præcedens infinitivus ad Dativum collocetur, qui dativus, reſpectu Latinitatis, erit ſim-

simplex præsens infinitivi, ùt: لِسَانِ فَصِيحْ ايلَه كَنْدُويِي تَعْرِيفْ ايدُوبْ بُو آبْيَاتِي اُوقُومَغَه بَاشْلَادِي *Eleganti linguâ se declaravit, & hæc carmina legere capit.* de mir. mund. بَاشْلَامَقْ *incipere,* dativum regit, præcedens اُوقُومَقْ *legere*, ùt casus verbi ad dativum collocatur. Item: يُولَه كِتْمَكَه قَصدْ ايْلَدِي *ad iter ire, propositum fecit.* Chur. Eff. قَصدْ ايْلَمَكْ *propositum facere*, dativum regit, præcedens كِتْمَكْ *ire*, ùt casus verbi ad dativum collocatur.

Quomodo infinitivi præsens Turcarum, rejiciendo ab Infinitivo ultimas literas ق vel كْ, & quasdam syllabas assumendo, modis & temporibus finitis se communicet?

PRimò, si locô ultimæ literæ infinitivi præsentis, ponatur syllaba دَن & sequatur vel اَوَّلْ *prius*, vel صُكْرَه *post*: tempus finitum Latinorum, & particulas: *antequàm, priusquàm, postquam.* in se involvet ùt: كِشِي عَاشِقْ اُولْمَادَنْ اَوَّلْ صُوكُنْ صَانِقْ كَرَكْ *Persona, priusquàm amore capiatur, ut finem ejus perpendat, necesse est.* de mir. mund. vel: *persona priusquàm amans evadat.* resolvitur enim اُولْمَادَنْ اَوَّلْ per conjunctivi præsens, Item

 اخشام

اَوْلْمَادَنْ صُكْرَه آخْشَامْ اَوْلْمَادَنْ *poſtquam fuerit veſper.* hoc locô اَوْلْمَادَنْ صُكْرَه reſolvitur in futurum conjunctivi.

Secundò: videtur hæc ipſa phraſis ineſſe tertiæ perſonæ modſarci indicativi ſingularis numeri, ſi ei دَنْ poſtponatur, ùt: آدَمْ عَلَيْهِ اَلصَّلٰوةُ وَ اَلسَّلَامْ يِرْ يُوزِنْدَه خَلْقْ اَوْلْمَازْدَنْ اَوَّلْ Et pro اَوَّلْ etiam مُقَدَّمْ dici poteſt, ùt: خَلْقْ اُولْمَازْدَنْ مُقَدَّمْ *Priuſquàm Adamus, ſupra quem ſit pax & benedictio, creatus fuiſſet.* de mir. mund. Item ibid. يِرْ نَسْنَه خَلْقْ وَ اِبْدَا اِيتْمَزْدَنْ اَوَّلْ *priuſquàm aliquid creâſſet, aut produxiſſet.*

Tertiò: ſi locô ultimæ literæ infinitivi præſentis, ponatur ſyllaba دِينْ Latinorum paſſivum imperſonale, & particulas: *antequàm, priuſquàm,* involvet, & ſolummodo prioritatem unius actionis ante alteram arguet, ùt: يِرْ نَسْنَه يَمَدِينْ يُومُورْتَه يَمَكْ *priuſquàm aliquid comedatur, ovum comedere.* Item يِرْ نَسْنَه يَازُويَه بَاقْمَدِينْ عَنْ ظَهْرِ اَلْقَلْبْ اُوقُومَقْ *priuſquàm ad ſcripturam aſpiciatur, è cordis manifeſtatione legere.* id eſt: *memoriter recitare.* Aſt hujus phraſis natura eſt, quòd ſi verbum ad hanc phraſem cadens, ſit activæ vocis, poſſit equidem pro ipſo infinitivo etiam apud Latinos ſumi, elegantius tamen ad imperſonale paſſivum verbi finiti transferretur, prout hic appoſita exempla demonſtrant: poſſet tamen dici per infinitivum: *priuſquàm aliquid*

nid comedere, ovum comedere. Priusquàm ad scripturam aspiere è cordis manifestatione legere. Ratio passivi sensûs cessat, si post infinitivi præsens sequatur verbum in tempore finito expressum, cui se præcedens infinitivus accomodat, v. g. اوغلانلرن و جبه‌لولدن بري معركه يرينه وارمادين قاچسه *Si famulorum, aut armatorum quidam, priusquàm ad aciei locum pervenisset, fugisset.* Can Ott. Tempus desumitur ex sequenti verbo قاچسه, cui simile esse debet, quod præcedit, وارمق, hac in circumstantia *pervenire* significans, numerus singularis tum ex ipso verbo قاچسه tum ex voce بر *quidam*, & consequenter tertia persona, cujus personæ est demum قاچسه quo suppositô, prima exempla in abstracto posita, ad concretum, seu determinatum sic trahi possunt, v. g. بن بر نسنه يمدين يومورته يدم *Ego priusquàm aliquid comedi, ovum comedi.* سن يازويه باقمدين عن ظهر القلب اوقودك *tu priusquàm ad scripturam aspexisti, è cordis manifestatione legisti.* Item: اجرت شرط ايلمدين همان شويله ويره *priusquàm mercedis conditio fiat, solummodo ita det.* Col. Isl.

Hic ipse infinitivus, nonnunquam ob hanc syllabam, ad instar nominis se habebit, & بين pro Latinis præpositionibus: *abs*, *abs-*

اُوشَنْمَدِينْ بُو قَدَرْ يَازُويِ كِيمْ *absq́ finè*, ftare poterit, v. g. يَازَارْ *absq́ tædio quis tantam fcripturam fcribet* ? Chur Eff. Item ibid. اُوشَنْمَدِينْ بُويْلَه چَامُورْدَه نِجَه چَارْشُويَه كِيدَه بِيلُورْسَنْ *absq́ tædio in tali luto quomodo ad forum ire potes* ? Item اُوْلْ مَنْبَعْلَرْدَنْ صُولَرْ دَايِمْ اَلزَّمَانْ اَكْسِلْمَدِينْ آقَارْ *è locis montium penetrantibus*, feu *è fiſſuris montium aqua continuo tempore abs intermiſſione fluunt*. de mir. mund.

Quomodo infinitivi præfens Turcarum recijciendo ultimam fuæ terminationis fyllabam مق vel مكى & alias aſſumendo fe modis & temporibus finitis communicet?

PRimò: fi locô fyllabæ مق vel مكى ponantur literæ نجه vel ùt alij magis barbarè loquuntur نجا præcedente kefrâ, fi ante fyllabam مق vel مكى confonans fuerit, habetur particula Latinorum: *donec*, *uſquedum*, & trahitur ad verbum finitum, & ad modum, tempus, numerum, & perfonam, quam fenfus exhibet, ùt: خَلِيفَهدَنْ خَبَرْ كِلنْجَه اَهَالِىءِ مِصْرِي جِلَايْ وَطَنْ اِيتْمَهلَرِنْدَنْ مَنَعْ اِيلَدِيلَر *Donec veniret à Chalifa informatio*, *Incolas Ægypti à migratione è Patria arcuerunt*. de mir. mund. كَلْنْجَه à كَلْمَكْ *venire*, habens confonantem ante مكى Quòd fi ante مق vel مكى vocalis aut literæ اويه in fatha vel kefra vel dfam-

dîama quieſcentes fuerint, ي cū kesra aſſumere ſolent, ùt سويلمك *loqui* سويلنجه ✲ صقلامق *cuſtodire*, صقلاينجه ✲ اوقومق *legere* اوقوينجه ✲ بلهمك *acuere*, بلهينجه ✲ ديمك *dicere* , دينجه v. g. بويونجه صغير ايتمية طلب چفت رسم سپاهي *Ejus ſypahus*, ſeu, *eques ejus, portionem agri nè petat, donec parvus excreverit.* Can. Ott. Aliquando hæ literæ نجه pro Latinorum particula *quàmdiu* ſtare poſſe videntur, ùt: مردار و لش و بلغم و نجس مقولهسي اولان نسنهلري انسان كورنجه تنسنور *quamdiu homo pituita aut cadaveris, aut ſpurci, aut quaſdam impuri ſpecies videt, abhorret.* de mir. mund. اولنجه موافق روزكار كمي تيز و كوزل كيدر *quamdiu ventus favorabilis eſt, navis velociter & placidè procedit.* Chur. Eff. Quin imo, ſubinde & pro *quando* aut, *cùm* in usum cadere videtur, ùt: طعام چوق آدم يينجه آغرلادور *Homo quando*, aut, *cùm multum comedit, aggravatur.* Chur. Eff. يعني يالملرده اول چقنجه اسكليه نام جده بحر قلزمده بو بالغي كوردم *cùm ad Emporium Gedde dictum exiviſſem, in iis littoribus*, id eſt: in mari Erithræo, *hunc piſcem vidi.* Item idem.: ايچورديلر باده اولنجه يمخبر كندودن قلانه

Talem quendam per semetipsum, cùm notitiam non haberet, vinum bibere fecerunt. Item بن آدمك يوزينه باقنجه ايو ميدر فنا ميدر فراست ايله طويارم *quando conspicio hominem ad vultum, bonusne an malus sit, per physionomiam colligo.* بن فلان كمسنه يي استانبولده صانوردم بونده كورنجه حيرتده قالدم *Talem quendam Constantinopoli esse supponebam eum hic videndo, in obstupefactione mansi.* Chur. Eff. Sub his loquendi modis sola verbalis ratio continetur. Continet & in se particulam *nisi* præcedente حتى si significatio cum *donec* conveniat, ut : آنده عود آغاجنك رايحه‌سي واعتباري يوقدر حتى اول ولايتدن چقارمينجه *Ibi, arbori aloës nullus est odor nec existimatio, nisi ex ea Provincia extrahatur.* de mir. mund. Quòd si ad literas نجه vel نجا non secus ac in nomine declinabili, terminante in ا vel ه quiescens in fatha, casûs dativi terminatio accedet, & præterea post se particulas adjectitias turcicas دك vel دكين assumet, vel verbaliter cum particula latina *donec*, aut nominaliter per particulas latinas *usq; ad* transferri poterunt, ùt : اول كيجه‌لرك اوزنلوغنده آياقلري شمشنجايدك اخلاص ايله نمازه طورانلره اول صباحه دكين خور خور اويويان يومشق دوشكده ياتوب حضور ايدنلر بر اولاجقمي ايدي

ايدي *Huicnè, qui cum sinceritate in precibus per noctium longitudinem moratur, donec ejus pedes intumescant,* vel, *huic nè, qui cum sinceritate in precibus per noctium longitudinem usq; ad intumefactionem pedum moratur, illi, qui usq; ad matutinum tempus rhonchos trahendo dormiunt, in molli lecto decumbunt & quiescunt, pares fuerint.* de int ment. Item ibid. بر سوزم واردر آني سويلَيوب كلنجايدك بو امانتي طوتا *Verbum unum habeo, illum alloquar, donec veniam,* vel, *usq; ad adventum meum hoc depositum teneto.* Quòd si per has particulas, orationis cursus sit terminandus, Turcæ videntur potius sibi expetere particulam arabicam حتي, aut arabico-persicam حتي كه *donec*, ùt: لكن اسحاق نسلندن يعقوب پيغمبر اوغوللري كه بني اسرائيل ديينلديلر يوسف زمانندكين كه يوسف صاتلوب مصره ايلدلوب آنده عزيز مصر اولدقده اول قحطلق بهانه‌سيله آباسني يعقوبي اول قرنداشلر ايله بيله هب مصره كوچوروب و آنده مرور زمانيله بونلر غايتيله چوغلديلر حتي كه فرعون زماني اولدي *Verùm è progenie Isaac, Jacobi Prophetæ* (Patriarchæ) *filij, qui filij Israël dicti sunt, usq; ad tempus Josephi, quo Josephus venditus in Ægyptum deductus, postquam ibidem Eximius Ægypti evasisset, illius sterilitatis causâ, Patrem suum Jacobum, una cum suis Fratribus simul omnes in Ægyptum transire fecit, & ibidem lapsu temporis valde mul-*

multiplicati sunt, usq;dum Pharaönis tempus advenit, de int. ment. En, ubi oratio terminatur كه حتى reperitur; ast si quis hac præstantiorem differentiam attulerit, eidem subscribam.

Secundò: positis syllabis لي آ locô ultimarum terminationum infinitivi, habentium ante se consonantem, sine vi transeundi ad substantivum verbale, habentur particulæ Latinorum: *à quo*, vel: *à quo tempore*, Germanis: Seythero daß / von der Zeit an daß. Italis: *da quel tempo, in qua che*. v. g. بو چرخ بيوفا سن كلزارمدن دور قلالي نه كونم كوندز نه كيجم كيجه در *Hic orbis cælestis ingratus, à quo*, vel, *à quo tempore tu à meo roseto amotus manes, nec dies meus, dies est, nec nox mea nox est*. Diser undanckbahre Himmels Lauff / seythero daß du / vel, von der Zeit an daß du dich von meinem Rosengarten hast entfehrnet / so ist mir der Tag kein Tag / und die Nacht ist mir keine Nacht. *Sfera ingrata da quel tempo in qua, che tu ti sei slontanata dal mio Rosaio, il mio giorno non è giorno, ne è notte la mia notte*. de mir. mund. قلالي à قالمق *manere*. In مكى præcedente consonante terminantia لو præcedente fatha assumere solent, ùt: كلمكى *venire* كللو v. g. استانبولدن كللو اوچ آي كچدي *tres menses effluxerunt, à quo Constantinopoli venit*. Von der Zeit an / daß er von Constantinopeln angekommen ist / seynd drey Monath verflossen. *Da quel tempo in qua, che egli è venuto da Costantinopoli, sono passati tre mesi*. Quòd si ante مق vel مكى sit vocalis, vel literæ اوي in fatha kesra aut dsamma quiescentes يالي adjicitur, ùt: سويلمكى *loqui*

بِلَهيَالِي *qui* بِلَهمَكْ صَقْلاَيَالِي *custodire* صَقْلاَمَقْ سُويْلَيَالِي *acuere* بِلَهيَالِي

أُويُويَالِي *legere* اُوقُويَالِي ديمَكْ *dicere* v. g. دييَالِي اُوقُومَقْ أُويُويَالِي

اُوچْ يُوزْ طُقُوزْ يِيلْ دُرْ *à quo dormiunt* (ſeptem dormientes ſcilicet) *trecenti & novem anni ſunt.* Tempus, numerus & perſona è pronominibus, quæ adjiciuntur, aut ſupponuntur, cognoſci poſſunt.

Tertiò: مق abjectô & ſubſtitutis اَلْدَنْ, & pro مَكْ habetur demum latina particula: *à quo*, quæ poſſit reſolvi in ipſum latinum *quando* in Germanicum als dann/ & in Italicũ *quando*. v. g.

چُوبَانْ اَفَنْدِيسِيلَه بَارِشَالْدَنْ قُورْتلاَرْ دَخِي آنْلكْ قُويُونِيلَه بَارِشْدِيلَرْ

à quo tempore, vel, *quando Paſtor ſe Domino ſuo reconciliavit, etiam Lupi ſe ejus ovibus reconciliàrunt.* de int. ment. Als ſich der Hirt mit ſeinem Herren verſöhnet/ als dann hat ſich auch der Wolff mit ſeinen Schaafen verſöhnet. *Quando il Paſtore ſi riconciliò col ſuo Padrone, anche il lupo ſi riconciliò con le ſue pecorelle.* Aliquando, talis infinitivus, pro ſubſtantivo verbali cum præpoſitione latina *à*: Germanis von der Zeit hero/ biß auff. Italis: *dal, fin' al*, ſi dictiones *uſq; ad* ſequantur, ſumi poteſt, ùt:

زِيرَا دُنْيَا يَارِدلاَلْدَنْ تَا قِيَامَتْدَكِينْ اُولْ اِسْلاَمْ دِينِي دِينِ حَقْ

آزَالِي دُرْ *Quoniam à creatione mundi*, vel paſſivè: *à quo mundus creatus eſt, uſq; ad extremam Judicij diem, illa Islamiſmi fides vera & æterna eſt.* de int. ment. Dann von der Erſchaffung der Welt hero/ biß auff den Jüngſten Tag/ iſt der Iſlamitiſche Glaub der wahre und ewige Glaub. *Dalla creatione del mondo fin' al giorno del Judicio, la fede dell' Islamiſmo, è la vera &*

æterna ſede. Infinitivi autem, ſi ante مق fatham habent, يَالْدَنْ ſibi vendicant, ùt: آرَمَقْ *quærere* آرَيَالْدَنْ Item ſi ا in fatha vel و in dſamma quieſcens adſit pariter يَالْدَنْ petunt, ùt: صَقْلَامَقْ *cuſtodire*, صَقْلَايَالْدَنْ ۞ أوقُومَقْ *legere* أوقُويَالْدَنْ Si ante مكٌ fuerit fatha, يَلْدَنْ erit, ùt: سُويْلَمَكْ *loqui* سُويْلَيَلْدَنْ Item ſi ante مكٌ ه in fatha, aut ي in keſra quieſcens fuerit, ùt بِلَهمَكْ *acuere* بِلَهيَلْدَنْ دييمَكْ *dicere* دييَلْدَنْ

Quartò: Poſt hic præcedentem adjectionem آلْدَنْ vel لْدَنْ ponunt ſubinde voculam بَرُو, & præcedenti phraſi æqualis eſt, ùt:

تَرْيَانُكْ صُويْ طُوزْلُو اُولْدُوغُنُكْ حِكْمَتِي تَقَادُمِ زَمَانِيلَه وَدُنْيَا

خَلْقْ اُولَالْدَنْ بَرُو مُنْتِن وُ مُتَغَيِّرْ اُولْمَدُوغِي وَ زِيَادَه نُقْصَانْ

اُولْدُرْ سَبَبِي اُولْمَدُوغِينُكْ *Cauſa, quòd maris aqua ſit ſalſa, per temporis anterioritatem, & quòd à creatione mundi nec ſætens, nec alterata, nec multi nocumenti fuerit, illa eſt cauſa.*

Quintò: ex hac rejectione ſyllabæ ultimæ infinitivi, ſubſtituendo eidem literam ه in fatha quieſcentem, & ex aliis phraſibus, habentur modi loquendi, in quibus comprehenduntur latino rum particulæ *quin*, *vix* & *vix non*, & quidem abjecto مق vel مكٌ & poſtponendo ei præteritum perfectum ſimplex indi-

dicativi modi à verbo يازمق *ſcribere*, veluti : بقه يازمدم *vix non aſpexi* سوه يازمدم *vix non amavi*, cum reflexione attamen, an ante مق vel مكى vocalis fatha ſit, vel una ex literis اوهي in fatha keſra vel dſamma quieſcentibus, quia locô مق ponetur يا veluti : اوقويا يازمدم *vix non quæſivi*, صقلايا يازمدم *vix non cuſtodivi*, آرايا يازمدم سويلمه يازمدم *vix non legi*, & locô مكى ponetur يه ùt : *vix non locutus ſum*, بلمه يه يازمدم *vix non acui* ديمه يازمدم *vix non dixi.* Verùm hi loquendi modi, ùt plurimum in tali circumſtantia, ubi *vix non* cum ſolo verbo ponitur, locum habent, quamvis ſubinde & aliis ſenſibus commiſceri poſſint, aſt tunc ſenſus etiam per *quin* latinum, reddi ſolet, ùt : آز قالدي دوشه يازدك *parùm remanſit*, id eſt : *parum abfuit, quin caderes*, vel omiſſo *parum remanſit*, dici demum poteſt eodem ſtante ſenſu, *vix non cecidiſti.* اسلام عسكرندن يدي بيكڭ مقداري زرين اوغلينڭ قلعسي اوزرينه آكسزدن واروب آلمغه آز قالمش *De militibus Iſlamiſmi, ſeptem mille circiter ex improviſo Zrinianum munimen adierunt, parum remanſit*, vel *parum abfuit, quin caperent*, genuinè per dativum declinati infinitivi : *captioni parum remanſit*, vel per gerundium : *ad capiendum parum remanſit.* Gem. Hiſt. Et hæc phraſis turcica in aliam mutari poteſt, v. g. يقين اولمش كه هلاك اولا *prope fuit, ut periret*, id eſt, *vix*

non

non perivit, vel, *parum abfuit, quin periret*, & confequenter: يقين اوليش كه سزه كلدم *prope fuit, ut ad vos venirem*, vel, *vix non ad vos veni*, vel, *parum abfuit, quin ad vos venirem.* Dativô infinitivi activi id enunciant, quòd Latini paſſivè enunciare ſolent, v. g. قالدي آز آلنغه قلعه *parum remanſit*, ſeu, *parum abfuit quin munimen caperetur*, & cum *vix* terminus latinus, difficultatem actionis arguit, Turcæ voce كوج *difficilis*, utuntur, poſtponendo eidem poſtpoſitionem ايله v. g. كلور ايله كوج *vix veniet* كزر ايله كوج *vix ambulat*, ſeu, *difficulter ambulat.*

Aliquando ه quieſcens, poſitum pro infinitivis مق vel مك pro conjunctivi præſente cum particula *ut* ſtare poteſt, ùt: دقتيله بر يازه كورهيم *videbo, ut ſubtiliter aliquam ſcripturam ſcribam.* Chur. Eff.

CAPUT TERTIUM.

De Phraſibus Gerundiorum.

TUrcarũ gerundia ſunt: باقاركن *aſpiciendo*, سوركن *amando*, quod formatur à tertia perſona ſingularis numeri modſarei indicativi modi, additâ ſyllaba كن aliqui autem exprimunt: باقار ايكن سور ايكن

ايكن quasi esset hic prædicti modsarei persona, & gerundium verbi substantivi اولمق *esse* ايكن v. g. بش بيكه قريب عسكر ايله اوزرلرينه وارر ايكن *quinq; millibus militum circiter contra eos eundo.* Gem. Hist. Alia gerundij forma est etiam بقارق pro terminantibus in infinitivo in مق, & سورك pro terminantibus in infinitivo in مك, & tandem cum repetitione بقه بقه & سوه سوه. His cognitis, quomodo unum ab altero differat, investigandum est Primum ergo بقاركن سوركن, videtur esse simile gerundio Latinorum in *do*, quod mediante particulâ *cum*, se per conjunctivum ad certum tempus, numerum & personam trahi sinit, v. g. يوله دوشدم كيدركن آخشام اولدي *in viam incidi* (eram in itinere) *cùm irem, vespera facta sunt.* Chur. Eff. Item مبارك يوزيني كوكه طوتاردي و دايما تمنا ايدردي حتى كه بر كون اويله نمازي قيلوركن نمازنه ايكن جبرايل حضرتي كلوب آيت كتوروب قدسدن كعبه يه دوندردي *Faciem suam benedictam ad cælum tenebat* (cælum versus elevabat) *& precabatur, donec die quadam, persolvendo preces meridianas* (cùm preces meridianas persolveret) *orando* (cùm oraret) *advenit dignitas Gabrielis, paragraphum,* (Corani nempe) *attulit, & ab Hierosolyma ad delubrum Meccanum fecit ùt* (vultum in orando scilicet)

converteret, de int. ment. Apparet, quòd hoc gerundium formetur à tertia persona modsarei singularis numeri, ut قيلوركن sed hæc ipsa syllaba كن, etiam tertiæ personæ numeri pluralis hujus modsarei, postponi potest, quamvis raro id obviam habeatur. ايكي عسكر بربرلر ايله جنك ايدرلركن فلان آدم اثناء جنكده كيري قاچدي *dum duo Exercitus simul pugnarent, durante pugnâ talis homo fugit*. Chur. Eff.

Secundum gerundium est سورك بقارق differt à primo, quia hoc actionis qualitatem, præscindendo à tempore insinuat, ùt: پس موسي غضب ايدرك طور طاغمنه كتدي *Moyses igitur iras spirando ad montem Thur ivit*. Col. Islam. كيدرك بر واديه ايرديلر *Eundo ad vallem quandam pervenerunt*. de mir. mund.

Tertium, quod repetitione fieri solet, ùt: سوه بقه بقه سوه actionis excessum, intensionem seu continuationem præscindendo à tempore insinuare solet, ùt: كوله كوله بايلدم *continuò ridendo deliquium passus sum*. Ast necessè esse videtur, ut post talem repetitionem, verbum aliud, quo hoc collimat, subsequatur. Formatio est: rejectâ ab infinitivo terminatione مك vel مكك positô ه quiescente cum fatha, si ante مك vel مكك fuerit consonans, sin vocalis fatha, aut una ex literis اوهي quiescentibus in fatha kesra vel dsamma, tunc يه syllaba illis adjicietur, ùt: سويلمك

بلەمكْ صقْلايە *loqui* صقْلامقْ سويْلمكْ *servare, custodire* سويْلنمكْ

كوركومي *acuere* بلميە بيمكْ بيە *dicere* اوقومقْ *legere* اوقويە v. g.

طاشيە طاشيە اسكتدمْ *pellicium meum quotidie portando detrivi*

Chur. Eff. Subinde absque repetitione stare potest, Item idem

فلانْ كمسنە دونْ استانبولە كتنشيدي هكمسينْ اونتغيلە دونە

كلدي *Talis quidam heri Constantinopolim iuerat, & quia pera suæ oblitus est, revertendo venit*, hoc est: *rediit*, seu, *reversus est.* Ast hic observari potest: quòd hæc gerundij forma absque repetitione, non tam gerundij, quàm verbi finiti vim habere videatur.

Persæpe autem accidit, ut hæc repetitio fiat, si infinitivi terminationis locô, simpliciter و ponatur, si consonans præcesserit, ùt: سوننمكْ *gaudere* سوينو v. g. رضاسيني حقّكْ سوينو سوينو

آنكلە نخي قازاناسنْ *gaudendo gaudendo cum eo etiam DEI voluntatem lucraris.* Post اودي infinitivi يو ùt آغلايو ab آغلامقْ

flere كتدي آغلايو آغلايو ينە *flendo flendo demum ivit*. Col. Ill.

Nota: Turcas suo modo & præteritum perfectum gerundiorum habere, ùt: ايكنْ بقمش *fuit aspiciendo* ايكنْ سومش *fuit amando*, شامْ قولي ابشرْ باشايە زيادە نصيحتْ ايتمشْ ايكنْ *Miles Damascenus fuit Ibschir Bassæ consilium dando* id est: *cùm miles Damascenus Ibschir Bassæ consilium dedisset.* Gem. Hist.

Cognitâ qualitate gerundiorum turcicorum, nunc qnaliter Latinorum gerundia ad Turcas ſint transferenda, inſpiciendum eſt. Primum ergo gerundium Latinorum eſt, quod in *di* terminatur, ùt *amandi*. Certum eſt, quòd hujus gerundij qualitas prope ad ſubſtantivum verbale accedat, hac tamen cum differentia, quòd modus hic per gerundia in *di*, etſi ſit de modis infinitè loquendi, aut indifferenter, aut cum determinatione temporis, numeri & perſonæ in activis per paſſivam vocem, ùt *eſt tempus legendi*, dici poteſt: *eſt tempus ut legatur*. hìc enim à numero & perſona præſcinditur, etſi tempus exprimatur, ſin autem in activa voce ſubſiſtendum eſt, temporis numeri, & perſonæ ratio habenda eſt, v.g. *nunc meum legendi tempus eſt*. erit: *nunc eſt tempus ut ego legam*. Hoc examine ſuppoſito, facilis evadit tranſlatio phraſis gerundij latini in *di* ad Turciſmum, quia incidemus in regulas datas pro infinitivo, primò: in tract. ſecundo cap. 13. *de cæteris ſubſtantivis à verbis promanantibus* in cujus initiali contextu, hæc verba habentur: *Ipſum ergo omnium verborum infinitivi præſens ùt ſic, nominis ſubſtantivi locô ſtare poteſt.* Secundò: eodem capite, ubi dicitur: *ſubſtantivum aliud, quod ab infinitivo.* Tertiò in hujus tract. parte prima, cap prim. reperitur: *aliquando ipſi puro infinitivo vis particulæ ut ineſſe videtur.* His inter ſe combinatis, comperietur, quòd, quia infinitivi præſens, nominis ſubſtantivi locô ſtare poteſt, & quia etiam gerundium in *di* Latinorum ad verbum finitum cum particula *quòd* & *ut* reduci poteſt, & in hoc ipſo infinitivo inſit particula *ut*, quòd per conſequens ipſe infinitivus turcicus, cum hoc gerundio Latinorum in *di* correſpondebit, & quia demum hoc gerundium in *di*, cùm ad nomen refertur, in ſe regulam *Quotieſcunq;* continet, & regula *Quotieſcunq;* apud Turcas implicita ſit & expreſſa, ſequitur, quòd hoc gerundium in Turciſmo, juxta hujus regulæ utramque partem exprimi poſſit, quod exemplis demonſtro, cùm locutio de re indeterminata eſt, genitivus impli-

plicitè in suo themate continetur; sic: *tempus est amandi* per substantivum diceretur: *tempus est amationis*, quod turcicè caderet: اوقومغڭ سببي ندر sic consequenter: سومكڭ زماني در *quae causa est legendi* يوروُمكڭ يري در *obambulandi locus est*. Genitivus implicitus est ipse infinitivus, quòd si ad genitivum explicitū descenderetur, diceretur: اوقومغڭ سببي ✲ سومكڭ زماني در يوروُمكڭ يري در v.g. رحمت ايتمكڭ مرادي در *misericordiam exhibendi voluntas est.* de int. ment. اوقومغڭ اولمق اوقومش فايدهسي در *Esse doctum*, seu, *lectione praeditum esse*, *est legendi utilitas*, seu, *lectionis utilitas*. lexic.

Quòdvè & masdarum arabicum hac in circumstantia ejusdem cum infinitivo turcico rationis esse possit, hoc sequente exemplo ad utramque partem se extendente probabitur, ùt: قشلامق شرطيله نمچه چاسار ايله ترك جنك و جدال قولمز اولدي *Cum Germanorum Caesare sub conditione hybernandi, bellô pugnâq; abstinendi pactum habemus.* lit. Tekelij ad Supr. Vizirium Turc. Item: سببي تحرير بو دركه *Causa scribendi haec est.* ex lit.

Ubi autem Gerundium in *di* Latinorum se ad modum finitum per particulam conjunctionis *quòd* transferri sinit, tunc potissimum regula illa Tract. 2. cap. 13. §. *Substantivum aliud*, quod

quod ab infinitivo. Vide ibidem, juxta formationem ibidem exhibitam (quam hìc repetere opus non eſt) locum habet, aſt in tantum, quantum gerundium in *di* Latinorum ad verbum finitum mediante particulâ conjunctionis *quòd* transferri poteſt, quia idem loquendi modus, etſi ob particulas *quòd* & *ut* ſit inſtitutus, non ſequitur, quòd is loquendi modus apud Turcas repertus, ad Latinorum gerundium in *di* ſit referendus, cum etiam ex alio capite apud Turcas phraſis hæc ſubſiſtere poſſit, v. g. خلاص اولمامزه سعي جيملكز اوله *diligentia veſtra nos eliberandi ſit decora.* Gem. Hiſt. Item. حق تعالي بونك صقلاماسن وعده ايلمشدر *DEUS excelſus hoc conſervandi*, ſeu, *hujus conſervationis promiſſionem fecit*, de int. ment. Per verbum finitum diceretur: *Ut diligentia veſtra eliberationis noſtræ, ſit decora. DEUS Excelſus promiſit, quòd hoc conſervabit.* Similia videntur cum gerundiis Latinorum in *di* convenire poſſe, aſt aliæ ſimiles turcicæ phraſes, quæ ſe ſic reſolvi non ſinunt, ex alia ratione tales eſſe cenſeri debent, v. g. رعايا فقراسنك آسوده اولمالري ايچون *Ob Pauperum ſubditorum tranquillam ſubſiſtentiam.* Apparet ex hoc ſenſu, quòd اولمالري infinitivus nominaſcens, ſub vi nominis potius, quàm verbi ſubſiſtat.

Subinde & per poſtpoſitionem اوزره hoc Latinum gerundium in *di* enuntiari poteſt, v. g. مكانلرنده قالمق اوزره قرار ويرلدي *In ſuis locis permanendi ſtabilimentum factum eſt.* Gem. Hiſt.

Et

Et etiam cum hoc اوزره debet in verbum finitum resolvi posse, *quòd in suo loco permanebunt*, vel, *ut in suo loco permaneant*, *stabilitum est.*

Sed ad hanc phrasim magis liberè transeunt modi illi loquendi Latinorum per vocem *procinctus*, vel *promptus ut*, vel simpliciter, *ut*, v.g.: كتمكه اوزره در *est in procinctu eundi*, vel, *promptus ut eat*, vel, *ut eat.* كلمكه اوزره در *Est in procinctu veniendi*, vel, *promptus est*, *ut veniat*, vel, *est ut veniat.* اوقومق اوزره در *Est in procinctu legendi*, vel, *est promptus ut legat*, vel, *est ut legat.* اشتمكه اوزره در *est in procinctu audiendi*, vel, *est promptus ut audiat*, vel, *est ut audiat.* فرمان عاليه‌لري اوزره اردل عسكريمي جمع ايدوب اوردويي همايونه وارمق اوزره ايكن *Juxta ejusdem excelsum mandatum, cùm exercitum meum transylvanicum collegissem, & essem in procinctu eundi ad Augusta Castra.* Ex lit. Item. كمال اهتمام خاكپاي سعادتلرينه وارمق اوزره ايلدوكم معلوم سعادتلري اوله *Ut ego in procinctu essem eundi ad pulverem pedum felicitatis vestræ, quòd omnem diligentiam impenderim, notum sit felicitati vestræ* وزير اعظم سفره كتمكه اوزره اولوب *Cùm supremus Vizirius in procinctu esset eundi ad expeditionem bellicam*, vel, *ut iret ad expeditionem bellicam.*

Quòd

Quòd si gerundium Latinorum in *di*, in ipsa Latinitate commodè ad gerundium in *dum* Latinorum præcedente præpositione *ad* transferri possit, ùt: *occasionem quæro vobis serviendi*, dici poterit: *ad inserviendum vobis occasionem quæro.* Hic loquendi modus, ad regulas gerundiorum in *dum*, ut mox visuri sumus, dirigendus est.

Secundum gerundium Latinorum est in *do* terminans, de cujus ad Turcismum translatione, multum colligi potest ex iis, quæ de propriis gerundiis turcicis paulò ante dixi. Verùm nonnunquàm hoc ipsum gerundium Latinorum in *do* ad Turcas per infinitivum, cui postpositio ايله adjecta est, transferri solet, quod fit, cùm hoc Latinorum gerundium, se ùt antecedens ad aliquod consequens habet, v. g. *salutando humanitatis actum exercuisti*, id est: *salutâsti ergo actum humanitatis exercuisti.* Et idipsum ex sequentibus colligetur, v. g. زَكَاتْ وِيرْمَكْ ايلَه مَالْ اَكْسِلْمَزْ *Dando Elemosynam jure divino debitam, opes non deficiunt.* de int. ment. Item: اِعْتِمَادِمِزْ قَوِي اُولْمَغِلَه آنِي سُؤَالْ اِيدُوبْ حَقِيقَتِنِي بِيلْمَكْ ايلَه اِسْتَرُوزْ *Essendo forte la nostra confidanza* &c. *Cùm fiducia nostra fortis sit, id interrogamus, & cum veritate scire volumus.* Ex lit. Item: اُولْ جَانِبْلَرَه حَرَكَتْ اُوزْرَه اُولْمَالَرِي لَازِمْ كَلْمَكِلَه مَكْتُوبِ مُوَدَّتْ مَصْحُوبْ تَحْرِيرْ ايلَه اِرْسَالْ اُولُنْمِشْدُرْ *Essendo egli cosa necessaria, che siate nel movimento verso quelle parti,* &c. *Cùm necessarius sit motus vester ad illas partes, epistola, cum scriptione associata benevolentia, transmissa est.* Ex lit. supr. Viz. Turc. ad

ad Principem Tranſylvaniæ. Item: سَايِرْ مَجَارْ عَسْكَرِي دَخِي ضَبطْ اُولُنَانْ وِلَايَتْدَه قِشْلَامَقْ شَرْطِيلَه نَمْچَه چَاسَارْ اِيلَه تَرْكِ جَنْكِ و جِدَالْ قُولْمِزْ اُولْدِي و بُو وَجْهْ اُوزْرَه مَعَادِنْ شَهْرلَرِي بِيلَه مُخَالَفَتَه قَادِرْ اُولْمِيُوبْ حِمَايَه‌مِزِي قَبُولْ اِيتْمَكِيلَه بِزَه اِطَاعَتْ اَيْلَدِيلَرْ *Reliquus etiam Hungaricus Exercitus, ſub conditione hybernandi in Provincijs conquiſitis, cum Germanorum Cæſare, à bello & pugna deſiſtendi pactum habemus, hocq; modo Civitates montium mineralium ſimul, cùm non poſſint reſiſtere, protectionem noſtram acceptando, nobis obedientiam obtulerunt.* Ex lit. Tekelij ad ſupr. Viz. Turc. Sin autem Latini hoc gerundio cum præpoſitione *in*, apertè vel occultè utantur, apud Turcas infinitivi præſens cum poſtpoſitione ده in uſu eſſe ſolet, ut: سَاقِنَاسِـنْ يِيمَكْدَه وَ اِيچْمَكْدَه *Cautus eſto, in edendo & bibendo.* de int. ment. Item: بُو طَرَفْدَنْ عَسْكَرْلَرِينَه ذَخِيرَه وَ جَبَه خَانَه چُوقْ كِيدَرْ وَ آدَمْلَرِي وَارُوبْ كَلْمَكْدَه دُرْ *Ex hac parte militibus eorum, & annona, & munitio multa provenit, & eorum homines ſunt in eundo & veniendo.* Gem. Hiſt. Item: وَجْهِ تَحْرِيرِ كَلَامْ اُولْدُرْكِه شِنْدِيكِه حَالْدَه دَرْكَاهِ مُعَلَّادَنْ وَ بَارْكَاهِ اَعْلَادَنْ لَا زَالَتْ عَالِيًا شُويْلَه اَمْرْ اُولْمِشِيدِيكِه جَمِيعْ اَهْلِ حِرْفَتْ آلْمَغْدَه

صاتمقده افراطُ و تفريط ايدرلريمش برابر فايدهيه قناعــــت

ايتمزلريمش مرادلرنجه صاتارلريمش اويله اولسه آنلرك حاللرينه

نظر ايدهسز *Causa scribendi sermonem, hac est: moderno in statu ab excelso limine sublimiq; Regia (* quæ quoad Celsitudinem suam non defecit) *hujusmodi mandatum fuit, quia totus Opificum cætus, in emendo & vendendo excessus & defectus committebat, pari utilitate contentus, non erat, sed juxta arbitrium suum vendebat, si res ita est, in eorundem statum inspicietis.* Can. Ottom. Et quemadmodum apud ipsos Latinos hoc gerundium præpositionum, *a, ab, abs, sinè,* capax est, sic & apud Turcas, postpositionem دن quæ iis præpositionibus latinis correspondet, habere potest, v. g. سويلمكدن پرهيز ايدرسن *à loquendo facies continentiam.*

Subinde hoc gerundium in *do,* Turcæ per masdarum, aut per participium arabicum ad nasbum collocatum, juxta regulam arabicam specificationis collocant. v. g. سفر ابتداسنده متوكلا على الله ادرنهدن عزم سبيل المجاهدين اولندي *In principio expeditionis bellicæ, sperando in DEUM, semita progressûs pro Religione pugnantium, ab Adrianopoli facta fuit.* Gem. Hist. Nisi quis diceret: quòd hoc locô متوكلا participialiter sit sumendum, quod quidem modo suo esse posse videretur, sed clariùs per gerundium latinum in *do* resolvitur.

Tertium participium Latinorum est: *amandum.* Huic gerundio, in Turcismo, correspondere videtur turcici infinitivi decli-

clinati, aut arabici masdari dativus, ùt: اويله حققدن دلرم كه
فرصت سزه خدمت ايتمكه باغشلايا *Ita à DEO exoro, ut ad serviendum vobis, occasionem donet.* Chur. Eff. Item : اما صكرهدن
كيم حضرت مريم عيسي پيغمبري طوغرمغه وقت ايرشدكده قدسدن
چقوب مشرق جانبنه بيت اللحم نام قريهيه توجه ايلمشيدي
Postmodum verò, Majestas MARIÆ, cùm ad pariendum JESUM (pariendi JESUM) *tempus advenisset, Hierosolymis exivit, & ad partem orientis ad Oppidum Bethlehem migravit.* de int. ment.
Item Ibid : بو قيد بندلردن قرتلمغه دوريشوب چالشمق كرك
ad eliberandum ab his vinculis compedum, niti & allaborare, oportet.
Item ibid. و قوللق ايتمكله وحق تبارك و تعاليه طاعت
و عبادت قلمغه طريقين كوستردي *Ad serviendum & ad obediendum, & ad adorandum DEUM benedictum & excelsum viam ostendit.* de int. ment. Est attamen advertendum, quòd & ad hunc loquendi modum, trahi possit futurum participij passivi in *dus*, *da, dum.* v. g. هر نه يوزدن فرمان قضا جريانلري صادر اولورسه
يتلن استوان دوشمنلرك تعدي و تجاوزين منع ايتمكيله سعي
ايتمكمز مقرر در *Cujuscunq; formæ mandatum currentium decretorum emanaverit, ad propellendas hostilitates & injurias Stephani Bethlen mici vestri, diligentia studiumq; nostrum certum est.* Ex lit. Viz.

 Bud.

Bud. ad Palat. Hung. Nicolaum Esterhazi. Et per masdarum arabicum : قبض سببيله عمله قادر دكل *ob causam constipationis, ad opus non est potens*, id est : *ad operandum*, seu, *ad emittenda excrementa, non est potens.*

Contingit autem nonnunquam, ut orationis ratio exigat, ut ad gerundia Latinorum in *dum*, item ad futurum passivorum participiorum in *dus*, nunc hanc, nunc illam præpositionem adjiciant, Turcæ, tunc infinitivo sui verbi, ùt verbi, præscindendo à declinabilitate, & etiam à genere verbi, postpositiones suas applicant. v. g. بر مهم مصلحت بتورمك ايچون *ad persolvendum magni momenti negotium.* Col. Islam. Item : خبرجي كوندردي بيلدرمكيچون *Prophetam misit ad*, vel, *ob*, vel, *propter*, vel, *pro significando*, vel *significandi ergo*, vel, *significandi causâ.* de int. ment. Ex ipso sensu colligitur, quòd بتورمك ايچون & بيلدرمكيچون sit gerundium activum, Item ibid : اول درلو درلو انواع دولتلري و نعمتلري كه كوزلر كورمدوك و قولاقلر ايشتمدوك و كوكللردن كچمدوك سعادتلري تحصيل ايدوب قزانمغيچون فرصت و رخصت ويردي *Varias illas prosperitates & gratias, & felicitates illas, quas nunquam fuerunt videntes oculi, quas nunquam fuerunt audientes aures, quæ nunquam fuerunt in cor transeuntes, manifestas reddidit, & ad eas acquirendas occasionem, & opportunitatem dedit.* de int. ment. قزانمغيچون à قزانمق *acquirere*

rere, *obtinere*, *lucrari.* Eſt infinitivus verbi activi equidem, ſed tali in circumſtantia, ex hac cauſa pro paſſiva voce ſtare poteſt, quia eſt quaſi diceres: manifeſtas reddidit, & *propter acquirere*, aut ſi mavis nominaliter: *ob acquiſitionem*, modus loquendi gentis eſt. Item ibid: بزه میسر اولمق اجلیچون بو حروفه و الفاظه و اصواته التباس اولندي *Nobis facilitandi ergo*, vel, *nobis facilitandi causâ*, vel, *ad facilitandum nobis veſtita fuit* (oratio, ſeu ſermo) *his literis enuntiationibus & verbis.* Item ibid. و الحاصل حق جل و علا مال ويرمدوكي طایفه‌یي سومیوب یبانه آتمقدن اوتورو دكولمیش *Tandem quòd DEUS Magnificatus & Exaltatus populo non dederit divitias, non fuit ideo*, aut, *ex eo, quòd non amaret, aut quòd ùt derelictum rejiceret*, de int. ment. Item: ثوابن بزه بغشلامق ستیمله بیلر *mercedem nobis donandi causâ petit*. Col. Iſlam.

CAPUT QUARTUM.

De Supino.

QUidquid de gerundio in *dum* cum declinabilitate infinitivi & ejuſdem ad dativum collocatione dictum eſt, ob rationis paritatem, etiam de ſupino dictum eſſe, intelligendum eſt. Notandum pariter, quòd verba quædam à verbali dictione in وب de qua paulò poſt dicetur, ب rejiciant, ùt ab استیوب v. g. استیو v. g. معشوقین استیو كلدي *Amatam ſuam petitum venit*,

 vel,

vel, *venit, ut peteret amatam ſuam.* Hiſt. Sul. Ibrah. Item: ايليوب v. g. ايلمو veluti: يا عبد الله اول عملك مقبول اولدي جهد ايله بر آنك كبي عمل تخي كسب ايلمو كور *O Serve DEI! iſta operatio tua accepta fuit, ſtude, ut adhuc unam ſimilem obtineas.* Col. Iſlam.

CAPUT QUINTUM.

De Participiis.

Præſens & Imperfectum.

بقن quidam verò بقان *aſpiciens.*

سون *amans.*

In formatione horum participiorum, ad infinitivi deſinentiam reſpicere oportet, illis enim verbis, quæ in مق terminantur, & conſonantem ante ſe habuerint, abjectô مق litera ن præcedente fathâ, vel ſyllaba أن adjicietur, ùt: بقن vel بقان *aſpiciens*, quòd ſi ante, مق infinitivi fuerit fatha, vel ا in fatha, vel و in dſamma quieſcens, abjectâ ſyllabâ مق ſyllabam يان aſſumunt, ùt: آرمق *quærere* آريان *quærens*, صقلامق *cuſtodire*, صقلايان *cuſtodiens* اوقومق *legere* اوقويان *legens.* Quòd ſi ante مكى fuerit fatha, vel ه qnieſcens in fatha, vel ي quieſcens in keſra ين ſyllabam ſibi expetunt, ùt: سويلمك *loqui* سويلين *lo-*

loquens بلقمکلک *acuere*, بیمکك *acuens*, بلقین *dicere* دییین *dicens*.

Habet hoc idem participium ſubinde vim præteriti, aſt è ſenſu colligibilem, ùt: اون اوزره وعد اولان تجدده مقدما که ایکی آیدکیبن صلح و صلاح و قطع سنور و کویلره مراجعت و صلحه مغایر پلانقه‌لرك ییقلماسي و ضررلرك اودنمسي خصوصنده ویریلان مهرا تمسكلر موجبنجه کوردرمکه وعده‌کز اوزره اقدام ایلیه‌سیز *Ut ſecundum promiſſionem veſtram, juxta tranſactionem, quæ fuit antecedenter Viennæ ad duodecim Menſes, ad procurandam pacem tranquillitatem, confiniorum determinationem, pagorum reſtitutionem, & paci adverſantem palankarum demolitionem, & damnorum refuſionem in conformitate datarum ſyngrapharum ſigillo munitarum, præcipuè, diligentiam adhibeatis*. ex lit.

Habet hoc idem præſens, ùt alia modſarea vim futuritionis, ùt: صویلمکلو سزه بیلورسز اولدوغي لازم قیشدر کلان دکلدر *hyems ventura eſt*, vel, *hyems veniens eſt*, vel, *hyems advenit*, *ſcitis id quod neceſſarium eſt*, *vobis loquibile* (loquendum) *non eſt*. ex lit.

Adjectiva in جي de quibus Tract. 2. cap. 2. dictum eſt, participij locô ſtare poſſe videntur, ùt: حق تعالي کوریجي و اشیدیجی

وَ اِشِيدِيجِي دُرْ لَكِنْ بِزُمْ كِبِي كُوزِيلَه قُولاَغِيلَه دَكِلْ *DEUS Celsitudinis, videns & audiens est, verùm non oculis aut auribus, ut nos.* de rit. Relig.

Participij Præteritum in مِشْ

بَقْمِشْ *qui fuit aspiciens.*

سَوْمِشْ *qui fuit amans.*

De hujus præteriti qualitate, dictum est supra Tract. 3. cap. 7. partis primæ, *de pronomine relativo implicito*, ad titulum: *participia pronomen relativum involventia cum vi præteriti temporis.* pag. 380. Suppositis illis observationibus, subjungo: syllaba جَه vel جَه huic præterito uno tractu adscripta, æquivalet latinis particulis: *ac si, quasi*, ùt: هَرْ كِيمْ اِشْبُو دُعَاءِ اُوقُوسَه يَا كَتُورْسَه يَا اَوِنْدَه قُوسَه حَقْ سُبْحَانَه وَ تَعَالَي اُوْلْ كِشِيَه بِيكْ كَرْ خَتْمِ قُرْآنْ وَبِيكْ كَرْ كَعْبَه طَوَافْ اَيْلَمِشْجَه وَ نَخِي بِيكْ مُسْلُمَانْ قُولْ صَوُنْ آلوُبْ آزَادْ اَيْلَمِشْجَه ثَوَابْ وِيرَه *Quicunq; hanc ipsam orationem legerit, aut portaverit, aut domi suæ deposuerit, Gloriosus & Excelsus DEUS, huic personæ mercedem dabit, ac si mille vicibus Coranum* (legendo) *persolvisset, ac si mille vicibus ad delubrum Meccanum processionem fecisset, & etiam, ac si mille Muslimanorum captivorum custodiam suscepisset, & eliberavisset.* ex lib. prec. Item ibid: هَرْ كِيمْ بِرْ كَزْ عُمْرِنْدَه بُو دُعَايِي اُوقُورْسَه يَا كَتُورْسَه يَتْمِشْ بِيكْ بِيلْ قِلْمِشْجَه ثَوَابْ

ويره ثواب *Quicunq; semel in vita sua hanc orationem legerit, vel portaverit, mercedem dabit* (DEUS) *ac si septuaginta millibus annis oravisset.* Hæ ipsæ particulæ latinæ *ac si* è tali præterito elicientur, si illi particula turcica كبي postponatur, ùt: اول كشي

بندن ظلم شكايت ايتمش كبي در *hac persona est, ac si me injuriæ inculpasset.* Col Islam Item ibid. اول نداي شندي ايشتمش

كبي در *ac si modò hoc præconium audivisset.*

Participij præsens, Imperfectum, & præteritum in دق vel دوق & دك vel دوك

بقدوق vel بقدق *qui fuit aspiciens.*

سودوك vel سودك *qui fuit amans.*

Hoc participium in simplici modo significandi, cum præcedente ejusdem rationis esse videtur, ùt paulò post dicam, nihilominus in eo differt, quòd hoc, se in oratione, ùt nomen substantivum aut adjectivum habere, & per consequens omnium nominum accidentibus subesse possit, non item præcedens.

Observandum autem est, quòd hæc participia præsentis activi vel neutrius generis, simpliciter ùt adjectiva in latina traductione sumi possint, ùt: حالن بيلن *statum suum noscens.* قبول اولمش نماز *rhonchos trahendo dormiens* خور خور اويويان

preces gratæ, ſeu, *acceptæ*, aut per verbum finitum, ùt: ویرلان نرخ کوزهدوب *abſervando pretium, quod datur*. Can. Ottom. Cùm Latini in paſſivis participii præſens non cognoſcant, illud neceſſariò per verbum finitum reddere debent, ſic: ویرلان *quod datur*. Ita etiam in participio præteriti, quia Latini tali participio in ſuis activis aut neutris non gaudent, Illud aut per verbum finitum ejuſdem generis, aut per participium equidem, ſed adminiculo verbi ſubſtantivi, cum temporis, numeri & perſonæ manifeſtatione, quam ſenſus exhibet, exprimere debent, v. g. ſub activa & neutra voce: بو بر ایکی کونلجک عمرمزده سهل زحمتیله و آزاجق بها ایله اول درلو درلو انواع دولتلری و نعمتلری که کوزلر کورمدک و قولاقلر ایشتمدوک و کوکللردن کچمدک سعادتلری تحصیل ایدوب قزنمغیچون فرصت و رخصت ویردی *Hac unâ vel altera dieculâ in vita noſtra, levi moleſtiâ & exiguo pretio, varias illas & diverſas felicitates & gratias, quas oculi non viderunt*, aut, *non fuerunt videntes, nec aures audiverunt*, aut, *non fuerunt audientes, nec per cor tranſiverunt*, aut, *non fuerunt tranſeuntes, & beatitudines manifeſtas fecit, & ad lucrandum occaſionem & facilitatem dedit*. de int. ment. Videtur ergo, quomodo کورمدوک negativi verbi participium à کورمک *non videre*. ایشتمدوک negativi verbi participium ab ایشتمک *non au-*

audire activæ vocis & كچمدوك negativi verbi participium à كچمهمك *non transire* verbum neutrum, ad Latinitatem transferatur, & quævis pro significato adjectivi, inde desumi possit; Et in passivis : اول كورلمدوك ايشدلمدك كوزل نسنه‌لر *pulchra illa res, quæ nec visa nec audita fuerunt.* Et postpositiones assumere possunt, ùt : جميع شرايط بولندوغيچون *quia omnes conditiones fuerunt repertæ.* Col. Islam.

Advertendum attamen, quòd participium præteriti in مش cum hoc in دوق vel دوك ejusdem sit rationis, præscindendo à ratione nominis, & ab affixorum accessu, quia illa solis participiis in دوق jungi volunt, legitur quippe in lib. de mir. mund.

بو قفتاني آلتوندن بر صاندقك ايچينه قومشلر ايدي كيم انواع
يواقيت فاخره ايله مرصع ايدي كه دنياده هيچ قيمت اولمازدي
و كمسنه‌نك كوزي كورمش و قولاغي ايشتمش دكلدر *Caftanum quendam ex auro ad cistam posuerant, diversis rubinis pretiosis ornatus fuit, ut in orbe pretiũ non fuerit, nec ullius oculus viderit, & nulli auris audiverit.* Patet hanc locutionem esse talem, qualis fuit præcedens activæ vocis at in tali circumstantia, ea quæ in مش terminantur magis in usu sunt quàm quæ in دوق vel دوك terminantur.

Æquivocationis pariter magnum hìc eſt periculum, nam ſecunda perſona ſingularis,& prima pluralis præteritorum ſimplicium modi indicativi, cum reſpectu ad terminationem infinitivi مَقْ vel مَكْ, ejuſdem ſunt Ortographiæ & ſoni, ita ut ſi ſupra ك hìc dictæ ſecundæ perſonæ, non ponantur puncta ad indicandum quod ك ut ڭ *ng*. ſit pronunciandum, & prima perſona quæ ك abſolutum habet, è ſenſu illam eſſe debere colligatur, Facilè unum pro altero ſumeretur. Item, ubi affixum tertiæ perſonæ ad hoc participium adjicitur, ſequente poſtpoſitione aut adverbio cauſali ايچون *quia* &c. quod cùm verbo ſub ſignificato *quia* aut alio adjicitur: fit plerumque rejecto ا & remanente يچون, eſt autem ي tertiæ perſonæ, poſt quod ſi ايچون ſequitur, tantum چون poni ſolet, præcedente ي affixi, unde dubium eſt, an illud ي ſit, ad ايچون pertinens, vel an ſit affixum, exempli gratia: محلنده بين الناس استعمالي Col. Iſlam. كچوردكيچون عذاب ايلهه غالب اولدوغيچون In his duobus exemplis ipſis, utique oculis videmus, quòd كچورمكْ, ex eo, quia infinitivus in مكْ terminatur, det participium præteriti in دكْ, ùt كچوردكْ, ſed etiam conſtat quòd prima perſona præteriti perfecti ſimplicis pluralis numeri, indicativi, ſit etiam كچوردكْ Item quòd اولمقْ *eſſe* vel *fieri*, ex eo, quia infinitivus in مقْ terminatur, & ق ultimum in غ, ſequente declinabilitate aut affixo, convertatur, det parti-

ti-

ticipium præteriti in دوق vel دق, ùt اولدق, ſed etiam conſtat, quòd prima perſona præteriti perfecti ſimplicis pluralis numeri, indicativi modi, ſit etiam اولدوق, & utrique particula ايچون per apocopen eſt adjecta, & utrobique ي appareat. Quæſtio eſt: an verbi perſona ſit ſecunda perſona ſingularis, an prima pluralis dicti præteriti? cùm à verbo in infinitivo in مق terminante proveniat, & an ي ſit una de literis particulæ, vel an ſit affixum, & hìc, ad orationis ſubjectum attendendum eſt, an nempe ſecunda perſona ſupponatur, & an ſit ratio aliqua, cur affixum concurrere deberet, vel non? ſi non eſt ratio, quòd affixum concurrat, ي erit litera particulæ, & verbum erit prima perſona hìc dicti præteriti, quia tale eſt ſuppoſitum orationis, & ſic primi exempli verbum reperitur eſſe prima perſona pluralis, & ي eſſe literam particulæ, ita ut ejus interpretatio ſit: *quia per eum locum tranſivimus, puniet.* In altero exemplo orationis ſubjectum docet, verbum eſſe præteritum participij, & ي non particulæ, ſed affixi literam eſſe, hinc interpretatio erit *Quia inter homines ejus uſus prævalens fuit*, vel *prævaluit.* Etſi hujuſmodi orationis membrula, res exigui momenti eſſe videatur, in re attamen, magni eſt momenti, quia talium diſtinctionum cognitionem non habentes, qualiter conceptus ſuos hac in lingua formare, aut quomodo factos reſolvere debeant, neſciunt, hinc in maximas hallucinationes lapſus, ſic: عمل تکم ايده بيلدوكيمسه اولدر سکا کلور *id quòd facere potuiſſes, hoc eſt, tibi veniet.* Ex hoc exemplo apparet, quòd ſit ſecunda perſona ſingularis numeri, quia ſuper كي ſunt puncta.

Phraſes aliæ ex his participiis formari ſolitæ, ſunt ſequentes.

Primò: Si huic participio turcica syllaba vel postpositio دە postponatur, habebitur particula latina: *postquam, cùm*, cum modo, tempore, numero & persona, quam sensûs ratio suggeret, v. g. سؤال اولنمق ايچون استولني بلغرادده آدم كوندريلوب جواب كلدكده في الواقع مذكور رعايالري ويركو طلبي ايچون حبس ايتمیوب غيري يوزدن جريمه ناميله آخذ ايتمش ايسه بو تنبيه اولنوب صاليوريلور *Ad interrogandum, in Albam Regalem homo missus est, postquam venerit responsum, eo casu, si præmemoratos subditos ob exactionem tributi non incaptivârunt, si verò alio modô mulcta nomine incaptivâssent, cùm hoc sit interdictum, dimittentur.* Ex lit. Item: اما صكرەدن كم حضرت مريم طوغرمغه وقت ايرشدكده قدسدن چقوب مشرق جانبنه بيت اللحم نام قريەيە توجه ايلمشيدي *Sed postmodum Majestas MARIÆ, cùm JESUM Prophetam pariendi tempus advenisset, ex Hierosolyma exivit, & ad Orientis partem, ad oppidum nomine Bethlehem migravit*. de int. ment. طعام تناول ايلدكده *Postquam cibum sumpsisset*. de int. ment.

Secundò: persæpe post hoc participium ponuntur postpositiones صكره دن & etiam pro *postquam* stare poterunt, cum modo, tempore, numero & persona, quam constructionis ratio suggeret præcipuè in passivis, quia & apud Latinos ea participia sunt præ-

præteriti temporis & manent in tempore cum præpoſitione *poſt* vel per ablativum abſolutum, ùt è ſequente exemplo colligetur:

حضرتلرینڭ سلطانم افندم نعم ولیء عنایتلو و سعادتلو و دولتلو

خاکپای سعادتلرینه روی عبودیت مالیده قلندقدن صکره

Felix, fortunate, auxiliumq́; prabens, gratiáq́; tutans Patrone & Sultane mi, poſt inclinatam obſequij frontem, vel, *inclinatâ obſequij fronte ad pulverem proſperitatis pedum dignitatis ejus.* lit. Tek. ad Supr. Viz. turc. Item: بو صورت ظاهر اولدقدن صکره ایدوب آشکاره الضمیرین ومافی کلدی ایلرو *Poſtquam hac forma manifeſta evaſiſſet, coram venit, & quidquid in ejus animo erat, patefecit.* de mir. mund.

Tertiò: Si huic ipſi participio ſyllaba چه adjiciatur, habentur latinæ voces: *quandoq́;* & *Quotieſcunq́;* & *in quantum* & modus, tempus, numerus, & perſona ab ipſius ſensûs perſona & qualitate intelligetur, ùt: ازدرها کردار افلاکه چکلوب روز

روشن شب آسا کوکاره بویاندی واردقچه اول آتشین سوزان شویله

فروزان اولدی که سراسر اول پیشه‌زارده هر نکم خشکی و تر

واریدی یانوب قب قره خاکستر اولوب هلاک اولدی *Continuus Draconum labor ad orbis ſphæram uſq́; perſonabat dies lucida, noctis inſtar calos colore lugubri imbuebat, Quotieſcunq́;* vel *quandocunq́; progrediebatur, ignis ille ardens ita accenſus fuit,*

ut

ut omne quod in hujus artificij multitudine ſicci aut madidi erat, combuſtum fuerit in nigerrimum cinerem evaſerit, & interierit. Hiſt. Solim.

كيجه ايچنده مختلف و مشتبه يوللر واقع اولدقجه قاترڭ

دزكينين صاليورنم بلا خلاف ولا سهو راست يوله چقــــوب

التوردي *Quandocunq;*, vel, *Quotieſcunq;* *de nocte intricata & dubiæ viæ obtingebant, muli habenam laxavi, ſinè repugnantia & ſinè, hallucinatione ad veram viam prodiens, deduxit.* de mir. mund. ان شاء الله تلدكجه خدمتك ايدريز *Dante DEO in quantum è manibus noſtris proveniet, ſervitium praſtabimus.* Hum. nam. Et hæc ipſa ſyllaba جه latinum adverbium ſimilitudinis prout *in quantum*, vel, *in tantum in quantum* ſignificat in ſe continere poſſe videtur, ùt: قادر اولدن اولدقجه خدمتكز ايدهلم *prout*, vel, *in quantum poterimus*, vel, *in tantum*, *in quantum poterimus*, etiam ſtare poteſt: *quandocunq; poterim⁹*, vel, *Quotieſcunq; poterimus, ſervitium veſtrum faciemus.* Quòdſi præceſſerit مادامكه & hoc participium cum ſyllaba جه ſequetur, ſimul ſumptum pro latino *donec*, vel, *tam diu, donec* ſtare poſſe videtur, ùt: تاتار بكا ديپشكه

آل عثمان عسكري شندي سڭا قرشو كلهمز مادامكه چاير يز

قارش اولمدقجه *Tartarus mihi dixi: Domûs Ottomanicæ Exercitus nunc contra te venire non poterit, donec pratum* (herba prati) *ſit unius ſpithama*, Gem, Hiſt.

Fu-

Futurum Participij.

باقجق *aspecturus, a, um.*

سوجکی *amaturus, a, um.*

تَلْمَكْ *Venire* تَلْمَكْ رَاسْتْ quasi, *dexter venire*, seu potius, *dexterè venire*, aut, *evenire*, id est: *bene succedere* اِيشُمْ رَاسْتْ تَلْدِي *negotium meum bene successit*. تَلْمَكْ خُوشْ *bene venire*, advenienti ad se, dicere solent: تَلْدُكْ خُوشْ *bene veneris*. صَفَا خُوشْ بُولْدُقْ تَلْدُوكْ *incolumiter adveneris*, ad inventum in loco *bene invenimus* بُولْدُوقْ صَفَا *sanè invenimus*. Item pro *placere* فْلَانْكْ سُوزِي خُوشْمَه تَلْدِي *Illius cujusdam verbum ad bonum meum venit*, id est: *mihi placuit illius cujusdam verbum* فْلَانْكْ لَطِيفَهسِي بَكَّا خُوشْ تَلْدِي *Illius cujusdam facetia mihi placuit.* Item pro *conducere* فْلَانْ طَعَامْ طَبِيعَتْمَه خُوشْ تَلْدِي *talis cibus naturæ meæ conduxit*. Item pro *Quadrare*, seu, *convenire*, sed cum præcedente رَاسْتْ v. g. صَاتُونْ آلْدُوغُمْ فَرَاجَه بُويُمَه رَاسْتْ تَلْدِي *exteriorem vestem, quam emi, staturæ meæ, dexterè quadrat*, seu, *convenit*.

وِيرْمَكْ *Dare* قَرْضِ حَسَنْ وِيرْمَكْ *mutuum bonum dare*, id est: *dare alicui mutuum sinè fœnore*. ضِيَا وِيرْمَكْ vel نُورْ وِيرْمَكْ *illuminare*, v. g. كُونَشْ طُوغْدُقْدَه جُمْلَه دُنْيَايَه نُورْ وِيرِرْ vel ضِيا

ضيا ويرر *cum sol oritur, totum mundum illuminat.* خوف ويرمك & بيم ويرمك & رعب و هراس ويرمك *timorem incutere.* بزه فلان كمسنه خوف و بيم ويردي *talis quidam nobis timorem incussit*, vel بزه فلان كمسنه رعب و هراس ويردي *talis quidam nobis timorem incussit* اغوا ويرمك *suggerere* نفس ايله شيطان اغوا ويرر *ipsemet Dæmon mala suggerit*, vel, *ad malum inducit.* آند ويرمك & يمين ويرمك *deferre alicui juramentum* فلان كمسنه يي محكمه يه كتوروب بكا بورجلو اولدوغنه قاضي اوكنده آند ويردم vel يمين ويردم *Talem quendam, ad pretorium deduxi, quòd mihi debeat, coram Judice, Juramentum ei detuli* سوكند ويرمك idem عاريت ويرمك *nudum usum alicujus rei concedere*, ut res eadem restituatur. Juxta Golium عرية scribitur خلل ويرمك *defectum dare, inferre*, more nostro, *præjudicare* فلان آدم كلوب ايشمزه خلل ويردي *talis homo venit, & negotio nostro defectum dedit, intulit* id est: *negotio nostro præjudicavit*, seu, *præjudicium intulit.* Item *corrumpere, damnum inferre* طاشلو بنالره زلزله خلل ويردي *terræ motus lapidea ædificia corrupit*, seu, *lapideis ædificiis damnum*

num intulit ويرمك مشتولق *alii* ويرمك مشتلوق *dare mercedem boni nuncij* كتابيي ضايع ايتدم هر كيم بولديسه بر غروش مشتولق ويره يم *librum meum perdidi, quicunq; illum repererit, eidem imperialem unum læti nuncij dabo.* ويرمك رايحه fragrare كوزل قوقو مسك و عنبر و لطيف رايحه لو چچك ويرمك *bonum odorem dare* ويرر رايحه لر *muſcus & ambra & amæni odoris flores, dant fragrantias* ويرمك فروغ & ويرمك شعله *lucere, ſplendorem dare*, id eſt: *lucere, ſplendere.* بو موم شعله و فروغ ويرمز *hæc candela non lucet, non ſplendet.* ويرمك آرقه *dorſum dare*, id eſt: *fulcire* فلان ديواره آرقه ويردم *murum fulcivi*, item pro *protegere* فلان آدم وزيره آرقه ويرمش *Talis quidam Vizirio dorſum dedit*, id eſt: *Vizirius talem hominem protegit.* ويرمك آل *manum dare*, ſeu, *manus dare*, aſt in re eſt, *eſſe poſſe*, & Germanis ſich thun laſſen. Italis: *puoter fare* بن بو اسبابي اوجوز دخي صاتسم آل ويرور *ſi has merces*, ſive, *veſtes levi pretio etiam venderem, manus dat*, id eſt: *eſſe poteſt.* Wann ich auch dieſe Wahren oder dieſen Zeüg / oder Kleydung wolfeil verkauffen ſolte / es gibt ſich an die Hand / es laſt ſich thun. *Se io vendeſſi anche à buon mercato*

cato questa robba, se lo può fare. شمدي شمديلك بكا استانبوله

كتمك آل ويرمز *Mihi nunc nunc Constantinopolim ire, esse nequit.*

بو اسبابي شو سن ديدككك بهايه ويرمكك آل ويرمز *has merces eo*

pretiô, quo tu dixisti, dare, esse nequit. بزه ايشسز كزمكك آلويرمز

nobis sinè negotio ambulare, esse nequit. دن سنكك فرمانكه بويون

هر نه ايشلرسكك ايشله سكا ويرديم *mandato tuo, ego collum submisi.*

رضا ويررم *Quid quid egeris, age, consensum tibi do*, id est: *consentio.*

CAPUT QUINTUM.

De verbis compositis à nomine in certo casu collocato, aut à postpositione eidem adjecta, & simul etiam à certo verbo auxiliari, vim significandi desumentibus.

Visum est hactenus, apud Turcas ex nomine in suo Nominativi themate existente, & ex alicujus verbi auxiliaris concursu, respectu Latinitatis, verbum unum constitui & formari, nunc est, ut exhibeam, quòd & ex certo nomine, ad certum casum collocato, aut adjectô ad thema nominis affixô, aut postpositione aliqua, illique certo verbo pro auxiliari adjecto, respectu Latinitatis pariter verbum unum solum, observatis insuper structurarum regulis, educi possit, & ex iis verbis nonnulla, eadem

cum observatione, phrasibus latinis peraptè deservire posse, quæ omnia, sequentibus exemplis manifestantur.

Exempla sub forma activa, cum casibus Dativi stantis pro præpositione.

چوره *Circuitus* آلمق *accipere* چورهیه آلمق *ad circuitum accipere*, id est: *circumdare* بوز بوتون اطرافني چورهیه آلمق *totum tractum* (v.g arcis seu muniminis) *circumdare*. Casus dativi, cujus incrementum correspondet præpositioni Latinorum *ad*.

خاطر *animus* آل *manus* خاطر اله كتورمك *animum ad manū accipere*, id est: *placare* فلانك بكا خاطري قالمشيدي بن دخي واروب عذرمي بيان ايتدم و تقصيراتمي اعتراف ايتمكله يالواردم ينه خاطرين اله آلدم *Talis cujusdam animus mihi remanserat*, id est: *mihi talis quidam indignatus fuerat, ego etiam ivi, & excusationem meam declaravi, & defectus meos confitendo rogavi, & demum animum ejus ad manum capi*, id est: *animum ejus demulsi, placavi.* بابانك و آناڭ خاطرين اله كتورمك ثوابدر *Patris & Matris animum ad manum ferre*, id est: *demulcere*, seu, *placare, meritum est.* عهده *stipulatio*, affixa petit, & verbo آلمق jungitur, sic عهدسنه آلمق dativus *ad* in se involvit, ut sit, *ad stipulationem suam accipere*

cipere, id eſt: *promittere* فُلَانْ كَمْسَنَه فُلَانْ اِيشِنِي يِتُورْمَكْــه *Talis quidam, quòd talis cujuſdam negotium perſolvet, ad ſtipulationem ſuam accepit*, id eſt: *promiſit.* آلْدِي عُهْدَهسِنَه دَلِيلِكْ *ſtultitia* أُورْمَقْ *percutere*, per dativum دَلِيلِكَه اُورْمَقْ *ad ſtultitiam percutere*, id eſt: *ſe ſtultum ſimulare.* يُوزْ *facies* in dativo cum hoc ipſo أُورْمَقْ v. g. يُوزَه أُورْمَقْ *ad faciem percutere*, id eſt: *objicere, exprobrare alicui aliquid*, cum affixis, ùt: صَقِينْ بِــرْ كَمْسَنَه‌دَنْكِي عَيْبِنِي يُوزِينَه أُورْمَه *Cave nemini ſua vitia ad faciem percute*, id eſt: *nemini ſua vitia objicias.*

چَاتْمَقْ *Contrahere*, ſeu, *conjungi*, ad dativum poſitum nomen, dat diverſum verbum latinum, v. g. كَنَارَه چَاتْمَقْ *litus petere*, & cum affixo كَيْفِي چَاتْمَقْ quaſi, *qualitatem ſuam contrahere*, id eſt: *animum ſuum ad aliquid, quod hilaritatis eſt, convertere.*

وُجُودْ *Exiſtentia rei, quæ prius non exſtitit.* حُصُولْ *exiſtentia* ظُهُورْ *apparentia, manifeſtatio*, in caſu dativi *ad* ſecum trahunt, quibus ſi verbum كَتُورْمَكْ poſtponatur, Latinis, *manifeſtare*,

conspicuum reddere, ad existentiam ferre, perficere. v. g. بنم مصلحتمي بر ساعتٔ مقدم وجوده كتورمكه سعي شريفكز رجا اولنور *Spe-ratur nobilitatis vestræ diligentia, quòd unâ horâ prius negotium meum manifestabit, conspicuum reddet, ad essentiam feret, perficiet.* ايمانٔ idipsum significant ظهوره كتورمكٔ & حصوله كتورمكٔ & *fides* بن چوق ايمانه كتورمكٔ *ad fidem ferre,* id est: *ad fidẽ convertere* كافري ايمانه كتوردم *Ego multos infideles ad fidem tuli,* id est: *converti.* غضبه كتورمكٔ vel خشمه كتورمكٔ *ad iram provocare, inducere.* فلان كمسه بني غضبه كتوردي *talis quidam me ad iram provocavit* فعله كتورمكٔ & عمله كتورمكٔ *ad executionem deducere, ad actum ponere, exequi* آدم كندو سوزيني عمله كتورمكٔ كركٔ *oportet, ut homo verbum suum ad executionem deducat, ad actum ponat, exequatur,* Item قولني فعله كتورمكٔ كركٔ *pacta, ad actum deducere,* seu, *exequi oportet.* خاطره كتورمكٔ *ad animum deferre,* id est: *recordari* بن سني هر زمان خاطرومه كتوررم *ego te semper ad animum meum defero,* id est: *ego tui semper recordor,* item *tui mentionem facio, te commemoro.* فلان شيي اونتمش ايدم صكره

خاطره

كتوردم خاطره *Talis cujusdam rei oblitus fui, postmodum ad animum retuli*, id est: *postmodum mihi incidit*, seu, *recordatus sum.* Ex primo exemplo patet, quomodo pronomina latina *mei*, *tui* &c. in tali modo loquendi per verbum *recordor*, in turcismo per affixa applicentur. كچمك *transire*, vult ante se immediatè substantivum persicum واز *desinentia*, seu, *recessus ab aliqua re*, Castello teste. Et vox substantivi præcedentis, assumit postpositionem دن, & tunc كچمك acquirit significatum Latinis correspondens, *relinquere*, *derelinque*, *supersedere.* كل بو ايشدن واز كچ *veni, hanc rem derelinquito, hanc rem desere, huic rei supersede.* Item: بو سنك ايشك فنا در اندن واز كچ *hoc tuum opus malum est, illud desere, relinque, huic supersede* سنك يانكده اولان حقمدن واز كچدم *rei, quam apud te sum promeritus, supersedi.*

كسمك *Scindere*, ممه‌دن كسمك *ab ubere scindere*, id est: *ablactare.* سوددن كسمك *scindere à lacte*, id est: *ablactare* صبي‌يي ممه‌دن كسرلر five صبي‌يي سوددن كسرلر *infantem ablactant*, & pro *defalcare*, &, *imminuere*, ùt علوفه‌مزدن بش غروش كسديلر *à stipendio nostro quinque imperiales defalcârunt.*

تَلْمَكْ *venire*, ut pro *punire* juxta phrasem Gentis applicetur, requirit ante se substantivum arabicum حَقّ *æquum*, *justum*, *meritum*, seu, *quod quis meretur*, hoc substantivum affixa, & post affixa postpositionem دَنْ sibi vendicat, v. g. حَقِّنْدَنْ تَلْمَكْ *ex æquo & justo*, seu, *ex merito agentis malum*, *venire*. id est: *mala operantem punire*, *coërcere*, *castigare*, &c. حَقِّمْدَنْ تَلْدِيلَرْ *me puniverunt* حَقِّكْدَنْ تَلْدُمْ *te punivi* حَقِّمِزْدَنْ تَلْدِكُزْ *nos punivistis*. & sic in cæteris.

De structuris horum Verborum.

Structura, consistit in verbo auxiliari juxta regulas verborum simplicium, v. g. يَرَامَزْكِ حَقِّنْدَنْ تَلْنُورْ *improbus punitur*. Ad verbum, passivum Latinorum, v. g. *irâ accendi*, referri potest phrasis turcica: خِشْمَهْ تَلْمَكْ vel غَضَبَهْ تَلْمَكْ *ad iram venire*, seu, *irâ accendi* خُنْكَارْ كِمْسَنَهْ نُكْ اُوزَرِينَهْ خِشْمَهْ تَلُوبْ جَلَّادَهْ اَمْرْ

وَزِيرْ فُلَانْ كِمْسَنَهْ نُكْ اُوزَرِينَهْ غَضَبَهْ تَلُوبْ جَلَّادَهْ اَمْرْ vel اَيْلَدِي

اَيْلَدِي بَعْدَهْ فُلَانْ كِمْسَنَهْ شَفَاعَتْ اِيتْمَكِيلَهْ خَلَاصْ اِيتْدُرْدِي

Rex contra talem quendam irâ accensus fuit, carnifici mandavit, vel, *Vizirius contra talem quendam irâ accensus fuit, carnifici de-*

demandavit, at talis quidam intercessionem interponendo, illum eliberare fecit.

Exempla sub forma neutrali.

تلمك *Venire* تلمك ظهوره *ad apparentiam pervenire*, id est: *palam evadere* تلدي ظهوره ايشلرك جمله كيزلو سنك *Summa tuarum absconditarum rerum ad apparentiam venit*, id est: *palam evasit.*

كورمك *Videre* كورمك vel دوشده كورمك vel واقعده كورمك vel رويادة كورمك *in somnio videre*, id est: *somniare*, seu, *somnium habere.* بوكيجه فلان نسنه يي دوشده كوردم *hac nocte tale quid in somnio meo vidi*, id est: *hac nocte tale quid somniavi.* Advertendum autem est, quòd nomina رويا ✲ واقعه ✲ دوش, *Somnium*, personam somniantis, affixo exprimant, ùt ex exemplo colligitur.

CAPUT SEXTUM.

De verbis compositis è duorum verborum concursu ad unius verbi compositionem.

Reperiuntur apud Turcas nonnulla verba, quæ ad unius verbi significatum formandum, se simul conjungunt, ita, ut primum ordine, infinitivi terminationem مق vel مك rejiciat, ejusvè

ejusvè locô ي literam Kesratam substituat; hæc autem formare, non à componentis arbitrio, sed ab usu, quem authoritas suggerit, dependet. Verbum autem, quod ultimo locô ponitur, est ويرمك *dare*, quod est inflectendum, & ad structuras regulariter, juxta regulas simplicium transferendum. Turcarum autem doctissimorum (apud quos me, de suorum verborum natura, diligenter informavi) hæc est doctrina, quòd vis primi significati in ordine, observari debeat, quasi diceres latinis: *amare sine*. Italis *lascia amare*. Germanis laß lieben. Sed res sequentibus exemplis magis declaratur.

كوسترمك *Ostendere* كوستريويرمك quod nihil plus significat, quàm كوسترمك, ni-ويرمك pro *sinere*, ùt hic dictum est, sumere velis, v. g. بكا يول كوستريوير *ostende mihi viam*, quasi diceres: *finito, ostende mihi viam*. Sed plerumque ويرمك, se pleonasticè habet.

صاليويرمك *à* صالمق *Mittere, demittère* فلاني زنداندن كمي محلنده صاليويرديلر *talem quendam, è carcere dimiserunt.* كلدوكدن صكره يلكنلرين صاليويروب باغلرلر *Cùm navis ad suum locum pervenit, velum demittunt & ligant.*

قويويرمك *à* قومق *Permittere, sinere* خرسوزي دوتيشيكن اللرندن قويويرديلر *cùm cepissent furem, è manibus suis dimiserunt.*

اينويرمك

ايتويرمكْ ab ايتمكْ *protrudere, trudere, intrudere* قُلَانْ كَمَسْنَه‌يي چَامُورْ ايچِنَه ايتويردمْ دُوشْدي *talem quendam ad lutum intrusi, & cecidit.* ياقيويرمكْ à ياقمقْ *accendere.* مُومي يَاقيويرْ *candelam accendito.* Sic dicitur, v. g. كَتُوريويرمَكْ pro كَتُورمَكْ *afferre* كُوتُوريويرمَكْ pro كُوتُرمَكْ *aufferre* قَالْدُري وِيرْمَكْ pro قَالْدُرمَقْ *elevare* v. g. de terra aliquid, aut, *servare*, *custodire* aliquid ايندُريويرمَكْ pro ايندُرمَكْ *facere descendere* صُوني وِيرْمَكْ à صُونْمَقْ *porrigere.* Aliquando secundùm utriusque verbi significatum capi possunt, si usus id exhibuerit, quod rarissimè in usu esse crediderim, v. g. آلي وِيرْمَكْ *accipere dare*, id est: *porrigere* Dicunt & آلي كِتْمَكْ *accipere & ire*, quod an bene sit, ipsi Turcæ litigant, dicunt enim aliqui, bene dici v. g. بَنْ آني وِلَايَتُومَه زُورْ ايلَه آلي كِتْدُمْ *ego eum ad regionem meam violenter accepi, & ivi.* Alij dicunt, non esse bene dictum. آلْمَقْ *accipere, & emere* significat, ut autem *emere* bene exprimatur, صَاتُونْ آلْمَقْ dicunt, quasi, *emptione accipere*, à صَاتْمَقْ *vendere.* Et phrasibus aliorum verborum gaudent, ùt: بَنْ كِيدِيويرديكم كِبي *Cùm ego exivissem*, seu, *quando exivi.* Chur. Eff.

CAPUT SEPTIMUM.

An apud Turcas, alicujus particulæ adminiculo, verbum compositum reperiatur.

NOtanter dico an adminiculo particulæ, ut insinuem, verbo simplici turc-arabico aut turcico-persico aut purè turcico non posse accedere particulam aliquam postpositionis, ut inde ùt apud Latinos verbum aliquod compositum ex verbo simplici & præpositione emanare possit; hoc autem, hac in lingua (etsi non frequenter) contingere potest, ut nomen quo postpositionis locô Turcæ utuntur, terminationem ultimarum syllabarum verbi assumat, & in verbum transeat v. g. ex particula de nomine participante يَانْ quoad nomen *latus pars*, quoad vim particulæ, *prope*, hinc يَانَشْمَقْ vel ut aliqui scribunt يَنَاشْمَقْ *accedere* veluti *ad latus alicujus* خِذْمَتْكَارْ بَڭَا يَانَشْدِي *famulus ad me accessit* (serviendi causâ scilicet, eum suscepi) dicunt & يَقِينْلَامَقْ à يَقِينْ *propinquus* in particulis *prope*, sed verbum inusitatum est, v. g. يَقِينْلَادِي پَادِشَاهَه *accessit ad Regem* sed locô يَقِينْلَامَقْ per-apocopen dicere solent يَقْلَاشْمَقْ *prope accedere*, *appropinquare*. قِيشْ يَقْلَاشْدِي كُومُورْ وُ أُودُونْ لَازِمْدُرْ *Heymes appropinquavit, carbonibus & lignis opus est.* دُولَايْ *circuitus*, inter particulas *circum* دُولَاشْمَقْ *circumire* فُلَانْ كِيمَسْنَه چُوقْ وِلَايَتْ دُولَاشْمِشْ *Ta-*

lis

lis quidam multas provincias circumivit. dicitur & دولامق *cir-cumdare, circumcingere*, v. g. كفار قلعه‌نڭ اطرافن دولاندي *Infideles circuitum muniminis circumdederunt.* چوره *circuitus*, inter particulas, *circum, circa*, sic چويرمك præposito ي ante ر & omisso ه quiescente, *circumdare, circumcingere* كفار قلعه‌نڭ اطرافن چويردي *Infideles circumdederunt arcis*, seu, *muniminis circuitum* & è particulis seu postpositionibus à nominibus non promanantibus قرشو *contra, è regione*, dicetur قرشولامق *contra ire, obviam ire, opponere se.* لشكر اعدا نقدر چوق اولورسه بز انلري قرشولاروز *Exercitûs hostium quotquot demum fuerint, obviam ibimus*, seu, *nos illis opponemus*, & quia talia verba non à certa artis regula, sed ab usu solo dependent, usus ipse, si plura hujusmodi verba darentur, suggeret.

CAPUT OCTAVUM.

Transitus verborum compositorum Latinorum ad turcismum.

PRæpositiones quæ in nostra Latina lingua ad verba accedunt, apud hanc Gentem ad nomina, vel ad alias linguæ proprias phrases, diversis sub modalitatibus transire solent, & ut in harum modalitatum fundamentum pervenire valeamus, in abstracto vim concurrentium præpositionum ad verbi compositi

constitutionem considerare oportet, ut in tali circumstantia, quomodo nos in hujus Gentis lingua gerere debeamus, penetremus.

Primò: Notandum est, perplurima Latinorum verba, præpositiones, solummodo pleonasticè suscipere, & nullam vim simplici verbo tribuere, & in suo simplici significato permanere, v. g. *cognoscere* pro *noscere* item *conservare* pro *servare*, similia in turcica lingua, nulli observationi sunt subjecta, præterquam syntacticæ, sic *cognoscere* بلمك suum casum expetit, aliàs nihil بن سني بلدم *Ego te cognovi*, sic *conservare* صقلامق & dicunt, v. g. آلله تعالي وجودكي خطادن صقلاسون *DEUS Excelsus personam tuam à peccato conservet.*

Secundò: Subinde ipsis verbis turcicis simplicibus, ea vis inest, quæ compositis latinis, v. g. apud Turcas, كيرمك est verbum simplex, quod Latini per verbum compositum *ingredi* exprimere debent, ùt: يوله كرمك *iter ingredi* چقمق Turcis est verbum simplex, Latinis per verbum compositum *egredi* اودن چقدم *Egressus sum domo*, at quid in similibus mysterij lateat, paulò post visuri sumus.

Tertiò: Præpositiones ad Latina verba accedentes, subinde actionem à verbo expressam qualificant, ut *obdormire*, *evigilare*, & similia, apud Turcas, sua propria significata habere, & in oratione nihil immutare videntur, sic: *obdormire* اومزغنمق v.g.

v. g. بر سهل اومزغنديم *obdormiam aliquantulum* sic & *evigilare* اويانمق v. g. صباحدن اول اويقودن اويانديم *Priusquam manè fieret, evigilavi.*

Quartò: Nonnunquam præpositiones Latinæ, dum ad verbum suum accedunt, sensui vim illam tribuunt, quam à verbo simpliciter sumpto, habere nequeunt, ùt in exemplo, latinum verbum simplex *ducere,* quod Turcis ايلتمك significat, sensu non convenit cum *seducere* quod Turcis est آزدرمق v. g. چونكه شامه ايريشدي معاويه قاتنه ايلتديلر *Cum Damascum pervenisset, duxerunt ad conspectum Muaaviæ.* de mir. mund. يرامز يولداش آدمي آزدرر *Malus socius, hominem seducit:* ex his exemplis, sensûs diversitas clarè patet, qua de causa, similia verba respectu turcismi, ùt simplicia verba consideranda sunt.

Quintò quibusdam præpositionibus latinis id inest, ut verbis junctæ motum ad locum vel de loco insinuent, quæ vis, apud Turcas, non in verbo ùt apud Latinos, sed in nomine consistit. Ita ut præpositionis vis, quæ in verbo composito Latino latet, apud Turcas, ad nomen sit transferenda, præscindendo à verbi turcici qualitate, dicta hæc exemplis clara redduntur. Dicunt Latini, v. g. *Constantinopolim advenire* certum est, quòd latinum compositum *advenire*, per præpositionem *ad*, motum ad locum insinuet, hæc præpositio *ad* apud Turcas, non verbo, sed nomini adjicietur, visuri autem sumus paulò post, ubi de præpositionibus agemus, quòd casus dativi turcici, Latinorum præpositio-

 nem

nem *ad* in ſe contineat, *Conſtantinopolis* eſt nomen, ergo illud ad dativum collocabitur, & *advenire* apud Turcas, verbô ſimplici *venire*, exprimetur, v. g. إسْتَانْبُولَهْ گَلْمَكْ *Conſtantinopolim venire*.

مُحَرَّمِكْ اوَاخِرِنْدَه اِسْتَانْبُولَه گَلْدُكْ *In ultimis diebus Muharram Conſtantinopolim advenimus.* Item Latinorum compoſitum *imprimere*, præpoſitio compoſiti eſt *im* pro *in* & motum *ad* indicat, Turcis *imprimere* eſt نِشَانْ اُورْمَقْ quaſi diceres *ſignum tundere*, ſic v. g. *Mercium oneri ſignum imprimere* يُكْ eſt *onus mercium*, ergo يُكْ ad dativum collocabitur & dicetur يُكَه نِشَانْ اُورْمَقْ & ſic de his ſimilibus.

Pro exprimendo autem motu *unde*, ſeu de loco, nomini poſtpoſitio دَنْ adjicienda erit. Dicunt Latini v. g. *aberrare à vera via*, certum eſt, quòd terminus Latinus, *aberrare* motum de loco inſinuet, hæc præpoſitio *ab*, apud Turcas, non verbo ſed nomini adjicietur, & آزْمَقْ quod Turcis eſt, *errare*, in ſuo ſimplici ſignificato permanebit, ergo *via* eſt nomen illud, quod poſtpoſitionem دَنْ aſſumere debet. آزْمَقْ in ſuo ſimplici ſignificato permanente طُوغْرُو يُولْ eſt *vera via*, itaque dici debebit: طُوغْرُو يُولْدَنْ آزْمَقْ *aberrare à vera via*, ſic *jacere* بِرَاقْمَقْ hinc *abjicere* motum de loco inſinuans, manente بِرَاقْمَقْ dicetur, v. g. طَاشِي

طَاشي آلْدَنْ بِرآقْمَقْ *lapidem è manu abjicere.*

Etsi verba in turcismo reperirentur, quæ significatô simplici, cum latino composito motum connotante convenirent, hoc non obstante, nomen termini *ad quem* vel *à quo*, solitum suum dativum aut postpositionem دَنْ regere vult, v. g. *Adigere* compositum ex *ad* & *agere* motum *ad* connotans, Turcis جَبرْ ايتْمَكْ dicetur itaque, v. g. پَاشَا بَكَا جَبرْ ايتدي *Bassa me adegit*, sic *exire* ab *ex* & *ire* Turcis چقْمَقْ *fiet* يُولْدَنْ چقْمَقْ *exire è via. Ablactare* ab *ab* & *lactare.* Turcæ metaphoricè كَسْمَكْ *scindere* dicunt, مَمَدَنْ كَسْمَكْ *scindere ab ubere*, id est: *ablactare.*

Sextò: quibusdam præpositionibus Latinorum in verbis compositis, id inest, ut quietem connotent, & tunc nomini termini quietem connotanti, ده postpositio adjicienda, est ùt ab exemplis colligetur, v. g. *incolere*, *inhabitare*, composita sunt, subsistentiam seu quietem in loco arguentia, horum duorum verborum compositorum significatum, apud Turcas est تَوَطّنْ ايتْمَكْ *habitare*, sic شهرده تَوَطّنْ ايتْمَكْ *Urbem incolere*, sic *subsistere in portu jacere* يَاتْمَقْ دَمُورْ آتْدُقْ فُلاَنْ لِيمَانِنْدَه يَاتْدُوقْ *Ferrum* (anchoram) *projecimus & in tali portu jacuimus*, *substitimus.*

Septimò: Quibusdam præpositionibus Latinorum in verbis compositis, id inest, ut cum motu & quiete simul & situm conjungant,

jungant, cujus cum situ usus, etiam extra rationem motûs & quietis, & etiam pro casu verbo debito stare potest, & tunc Latinorum præpositio verbo adjecta, in Latinum substantivum, vi significandi, cum præpositione conveniens, immutanda est, nomen autem, cujus casum verbum Latinum regit, pro disponenda constructione turcica, ad genitivum collocari debet, tanquam dispositio ad regulam *Quotiescunq;* turcicè sumptam, cadente substantivo ex propositione formato cum suo affixo pleonastico, ad eum casum, qui genitivi non est; id autem contingit, si præpositio, ad certum & determinatum quid referatur. Hanc regulam, exemplis diversitatem situum cum motu & quiete & extra rationem motûs & quietis in se continentibus, intelligentiæ causâ, declaro.

Situs superior cum motu *ad* & *de* & quiete.

Sit v. g. Latinum verbum compositum *supperillinire*, sitque v. g. hæc Latina constructio. *Superillinire vulnus unguento*, casus verbi est, *vulnus*, quod Turcis est, جراحت juxta exigentiam phrasis turcicæ, *vulnus* ad genitivum cadere, & regulæ turcicæ *Quotiescunq;*, principium esse debet; casus alter qui non est genitivus regulæ, & affixum pleonasticum juxta regulæ exigentiam assumit, & ad dativum pro expressione motûs *ad* & situm simul cadit, formandus est, ex præpositione latina verbo adjecta, capiendum est ergo substantivum, quod præpositioni latinæ significandi vi sit conveniens, & est اوزر vel اوست *superioritas*, vel, *superior situs*, aut, *pars* alicujus rei, & ipsa latinitas hoc pacto construendi modum pro turcismo exhibebit, quæ erit, *Ad vulneris superioritatem*, vel, *superiorem partem unguentô linire*. Ex supposito infallibili, quòd casus dativi Turcarum præpositionem

nem Latinam *ad* ſimul & motum *ad* in ſe contineat ſubſtantivum ex præpoſitione formatum, quod ad caſum qui genitivus regulæ non eſt, ob motum quem inſinuat, cadit; caſus autem verbi *linire*, erit *unguentum*, his reflexionibus poſitis, turcicè dicetur: جراحت اوزرينه مرهم سورمك & procedendo juxta hanc obſervationem, conſtructio Latina, *Lapidibus ſepulchrum accumulârunt*, hìc per præpoſitionem latinam *ac* pro *ad*, ſitus & motus *ad* indicatur, quia ſupra ſepulchrum, cum motu ad ſepulchrum cumulârunt, dicetur ergo: مزار اوستنه طاش يغيشلر Item: *lignum aloës igni ſuperimponere* عود آتش اوزرينه قومق hoc eſt: *lignum aloès ad ignis ſuperioritatem ponere.*

In motu *de*, ſpecialiter obſervandum eſt, quòd latinæ lingvæ phraſis, ſub quacunque demum modalitate ſitus concurrat, id exigat, ut motus *de* per aliquam præpoſitionem nomini junctus exprimatur, non obſtante quòd in ea oratione etiam verbum compoſitum ſimili cum præpoſitione reperiatur; quòd etſi Latina phraſis per accidens ab hoc loquendi modo recederet, ſufficit, ſi ad hunc loquendi modum retrahi poſſit. In tali circumſtantia, præpoſitio Latini nominis indicans motum cum ſitu, in ſubſtantivum præpoſitioni conveniens, vertenda erit, verbi autem præpoſitio in ſolo dativo qui ad motum refertur, conſiſtet, quod exemplo clarè exhibetur, v. g. *De lapide equum conſcendere*, hìc eſt præpoſitio *de* motum de loco cum ſitu ſignificans, & ad nomen refertur, ergo præpoſitio *de* in ſibi ſimile ſubſtantivum vertenda eſt, quo facto ad regulam *Quotieſcunq́* turcicam, recurrendum eſt, Genitivus regulæ erit ſubſtantivum cui juncta eſt præpoſitio latina, quod in hac conſtructione eſt *lapis* Turcis طاش, & ex *de* ejus præpoſitione, formabitur ſubſtantivum quod

motui *de* ſitu ſit conveniens, quod erit اوزر *ſuperioritas* ſeu, *ſuperior pars*, quia motus *de* ſit à ſuperiori parte lapidis: اوزر ergo erit caſus, qui genitivi non eſt, illudque affixum, & poſtpoſitionem دن aſſumet, & præpoſitionis latinum verbum componentis ratio, non erit habenda, ſed ùt ſimplex verbum ad orationem cadet, & turcica conſtructio talis evadet: طاش اوزرندن آته بنمك *de ſuperioritate lapidis ad equum ſcandere.* Quod ſi ùt præmonui, Latina conſtructio aliter exhiberetur, nihil obſtabit, ſi modô ad hunc loquendi modum trahi poſſit, v. g. *Aquilæ, pennæ defluunt* quia etiam latinè dici poteſt: *Ab aquila pennæ defluunt,* erit loquendi modus ejuſdem rationis, ùt: عقاب اوزرندن تويي دكلور

Aliquando hujus phraſis ratio vel in qualitate unius ſolius verbi compoſiti Latinorum conſiſtere poteſt, v. g. *pertranſire*, nam *per*, in ſuo ſenſu, poteſt partem rei ſuperiorem inſinuare, & *trans* motum *de* v. g. *Pontem pertranſire*, *per*, arguit ſuperiorem partem pontis, *trans* arguit motum *de* cum reſpectu ad *ire.* *Pons* igitur evadet genitivus regulæ *Quotieſcunq;* turcicæ, & *per* dabit ſubſtantivum, *ſuperior pars*, quod eſt اوست, aſſumet affixum pleonaſticum, & demum pro motu *de* دن, & verbum ſimplex, fietque كوپرو اوستندن كتدك *Pontem pertranſivimus.*

Quietis ratio eadem eſt, quæ pro motu *ad*, eſt allegata, ùt ex hîc adjuncto exemplo colligi poteſt: *Arcis parieti aram inſcripſerunt.*

ſcripſerunt : قَلْعَه دِيوَارِي أُوزِرِنْدَه تَارِيْخ يَازْمِشْلَرْ *Ad arcis parietis ſuperioritatem, aram ſcripſerunt.*

Stantibus ergo fundamentis hìc adductis, juxta eadem & in aliis procedendum erit.

Situs inferior cum motu *ad* & *de* & quiete.

Motus ad. *Hypomoclium ſaxo ſubjicere*, juxta prædicta fundamenta erit: طَاشْ آلْتِنَه مَنْجَنِيق اِيتْمَكْ *ad inferioritatem lapidis hypomoclium facere.*

Motus de. *Sub lapide aqua emanat* طَاشْ آلْتِنْدَنْ صُو نَبُوعْ اِيدَرْ *ab inferioritate Lapidis aqua ſcaturit.*

In quiete. *Serico telam ſubtexere* : حَرِيرْ آلْتِنْدَه بَزْ طُوقُومَقْ *in inferiori parte ſerici telam ſubtexere.*

Situs interior cum motu *ad* & *de* & quiete.

Motus ad. *Veſtes ſuas bulgæ impoſuit* : اَسْبَابِنِي بُوغْچَه‌نُكْ اِيچِنَه قُويُوبْ كِتْدِي *Veſtes ſuas ad interioritatem bulgæ poſuit & abivit.*

Motus de. *è vaſe*, ſeu, *dolio vinum emanat* فُوچِينُكْ اِيچِنْدَنْ

 شراب

شَرَابْ سِزَارْ *ab interioritate dolij vinum emanat.*

In quiete. اَكَرْ اَلاهْوَازْ اِيچِنْدَه اِنْسَانْ بِرْيِيلْ طُورَه عَقْلِنَه
غَايَتْدَه نُقْصَانْ اِيرِيشُورْ *si homo Ahvazæ* (Urbs est) *uno anno subsistat, mens ejus ad magnum defectum pervenit*, de mir. mund.

Cæterùm, omne verbum compositum Latinorum, cujus præpositio insinuat situm cum motu & quiete, juxta hîc exhibita fundamenta, ad orationem introducendum est, sic: situs cum motu *ad* v. g. *Agrum circumferere* præpositio latina *circum* dabit sibi conveniens substantivum *circuitus*, quod Turcis est اَطْرَافْ vel چِورَه ergo *Ad agri circuitum ferere*, & Turcis اَطْرَافِنَه تَارْلَانِكْ اَكْمَكْ *per plateas circumpellere*, id est: *ad circuitum platearum pellere.* قُومَقْ چِورَه سِنَه صُقَاقْلَرِكْ

Situs cum motu *de* v. g. *equitibus & sclopetariis se opponere* præpositio latina *op*, pro *ob*, seu, *contra* Turcis est. قَرْشُو substantivè sumptum, ergo juxta regulas prædictas: آتْلُو وَ تُفَنْكْ اَنْدَارْ قَرْشُولَرِنْدَنْ مُقَاوَمَتْ اِيتْمَكْ *Equitibus, & sclopetariis se opponere.*

In quiete autem, v. g. *In arcem*, seu, *munimen includi*, præpositio Latina *in*, situm simul & quietem indicat, substantivum latinæ præpositioni conveniens est, *interioritas*, quod Turcis est, ايچ

ایچ, ergo قلعه‌نك ایچنده قاپانمق *Ad arcis interioritatem claudi.* Item *perlabi* præpositio Latina, *per*, situm simul & quietem indicat, substantivum latinæ præpositioni conveniens est, *medietas* Turcis اورتا ergo: *Fluvius perlabitur*, juxta Gentis phrasim *in medio ejus, fluvius*, vel, *fluvius, per medietatem ejus labitur*,

بعلبكك بو نيجي بر طاغك صغجنده لطيف زيبا شهردر اورتاسنده

بر ايرمق كلوب اولرينك اكثرندن كذر ايليوب جريان ايدر

Baalbek, hac etiam ad aliquam declivitatem montis amana & ornata Urbs est per ejus medium fluvius quidam venit (eam perlabitur fluvius quidam) *ad plures ejus domus transit & fluit.*

Etsi cum composito verbo Latino, præpositionem situs cum motu *ad* vel quietem indicante, nomen pari præpositione præditum concurreret, idem, est ac si non esset, nullamque in formanda constructione alterationem causat, ùt ab hîc adjunctis exemplis colligere licet, v. g. دلكو بر ايرمق كنارنه كلوب قويروغي طرفن ايرمق ايچنه صوقار *Cum vulpes ad cujusdam fluminis ripam veniret, sua cauda partem ad flumen immisit.* de mir. mund. Patet regula Turcica *Quotiescunq;* cum *flumen* genitivus evadat, etsi latina præpositio *ad* illi sit addita. Item بو سريرك اوزرنده بر كشي ياتور *Supra thronum persona quadam decumbit*: معاويه قاتنه التنيلر *adduxerunt eum ad Muaviam.* de

 mir.

mir. mund. Item ibid. بِرْ طَاغْ اِیچِنْدَه بُو مَغَارَه‌دَه بِرْ اَوْ قَازِلْمِش ايدي *In hac ſpelunca, in quodam monte, domus quædam effoſſa fuit.* Exempla examinanti, rei veritas manifeſtabitur.

Subinde verbi latini compoſiti præpoſitio, excluſo motu & quiete, ſolum ſitum in ſe continet, & juxta prædictam regulam turcicam *Quotieſcunq;*, nihilominus procedetur, & ſubſtantivum ex præpoſitione formatum una cum affixo ſuo, caſum verbi ſequitur, ùt ex hìc ſuppoſitis exemplis colligetur, v. g. *Infideles munimen obſederunt.* Pro turciſmo erit conſtructio: *Infideles muniminis circuitum cinxerunt*: كُفَّارْ قَلْعَه‌نُكْ اَطْرَافِنْ قُوشَاتْدِي videtur quomodo ſubſtantivum è componente præpoſitione manans اَطْرَافْ, ad caſum verbi collocetur. Item *Murum ſubfodere*, dicendum eſt: *Muri inferiorem partem fodere.* دِيوَارُكْ آلْتِنِي قَازْمَقْ *Radicem circum fodere*, dicendum eſt: *Radicum circuitum fodere* كُوكْنُكْ اَطْرَافِنْ قَازْمَقْ &c.

Si in hoc ſeptimo puncto allegatæ præpoſitiones verborum compoſitorum Latinorum, ad perſonam referentur, eò ipsò, ratio regulæ *Quotieſcunq;* turcicæ ceſſabit, formabitur equidem ſubſtantivum præpoſitioni conveniens, cui perſonarum affixa cum caſu & particulis motûs aut quietis, aut his ceſſantibus, cum caſu verbi adjicientur, res exemplis declaratur. *Subſtraverunt nobis ſtramen*, dicendum erit: *ad inferiorem partem noſtram ſtramen ſtraverunt.* آلْتِمِزَه صَمَانْ دُوشَه‌دِيلَرْ *Nebula me circum-*

cumdedit viam videre non potui, dicendum erit: *Nebula superiorem partem meam cinxit, viam videre non potui.* اوزريمي طومان قپلادي يولي كوره مدم

Octavò, si præpositio latina, situm motûs aut quietis connotans, ad vagum & indeterminatum quid referatur, eò ipsò prædictæ regulæ *Quotiescunq;* turcicæ, ratio tollitur, hoc tamen non obstante, præpositio latina in substantivum conveniens immutanda, cum casu aut postpositione sua collocanda erit, v. g. *Mercator Merces suas circumfert*, ergo *circum*, hoc in loco, *pars omnis* significat, & situm vagum cum motu *ad* involvit, unde erit: بازركان قوماشلرينى هر طرفه كتورر: *Mercator, merces suas, ad omnem partem fert.*

Nonò: si verbi latini præpositio modum explicet, quo fit actionis institutio quoad motum, & præpositio neque ad personam, neque ad rem referatur, præpositioni latinæ, correspondebit postpositio turcica, quæ rationi magis consentanea erit, v. g. *resistere*, turcismo conformiter, erit *contra stare*, quod est: قرشو طورمق *Talis homo, mihi resistere non potest* فلان آدم بكا قرشو طورامز ponitur قرشو pro præpositione latina *re*. Item *præferre*, id est: *anteferre* ايلرو Turcis *ante* فلان كيمسنه چوقه يى جمله بازركانلردن ايلرو كتوردي *Talis quidam pannum ante omnes Mercatores tulit.* Item *translucere*. Turcis آشوري est *trans*, ويرمكه ضيا آيدنلق آشوري *Lucem translucere.*

At

At quæ in hoc capite ſic in abſtracto dicta ſunt, mei Calepini Orientalis ope, ſi DEO volente in lucem venerit, omnia facili modô, ſtudioſi adipiſcentur.

CAPUT NONUM.

De verbo compoſito per nomen metaphoricè ſumptum.

Turcæ inter cæteras ſuæ orationis figuras, hanc habere videntur, quòd ſubinde methaphorâ quadam à nominis ſignificato petitâ, elegantiæ causâ, proprij ſignificati uſum deſerant, & metaphoricum ſignificatum libentius amplectantur; modus loquendi ad quem niſi ſtudioſus bene attendat, in dubia & confuſiones incidet, ſit exemplum ex Muſtapha Ben Gelal, Hiſt. Suleim.

جنكي عظيم و قتال اليم اولمش كفار كشتيلري ايله اهل اسلام
كميلري چاتلوب يمانبي طوپلر آتلوب تفنك و تيرلر سنان و
خنجرلر ايله اوغراشمشلر صفحهٔ دريا خوناب كشتيلر ايچنده مسلم و
كافر جنك و آشوبه غرقاب اولمشلر *Conflictus & atrox pugna contigit, cum Iſlamiſmum profitentium naves cum Infidelium navibus junctæ & conſecutivè è tormentis jaculatæ fuiſſent, ſclopetis, telis, haſtis & pugionibus conflixerunt, ſuperficies maris, aqua ſangvis*(erat) *in interioritate navium, Muslimi & Infideles pugnando & confligendo aqua vortex evaſerunt.* Metaphora conſiſtit in غرقاب اولمشلر *aquæ vortex*, vult enim Author à ventorum vortice, qui quæque circum agit & circum girat, petitâ ſimilitudine, impetum & ardorem illum quo milites in ipſis navibus colluctando confligebant, exprimere.

TRA-

TRACTATUS QUINTUS.

DE PARTICULIS.

PArticularum nomine, intelliguntur præpofitiones, adverbia, conjunctiones, interjectiones. Tractatus is, ob dicendarum rerum copiam, tum ob phrafem Genti propriam, in duas partes fubdividendus eft, cujus pars prima, de folis præpofitionibus; pars altera de adverbiis, conjunctione & interjectione aget.

PARS PRIMA.

PArticulæ, quas Latini præpofitiones appellant, ex eo, quòd nominibus præponantur, apud Turcas poftpofitiones funt appellandæ, quia nominibus poftponuntur. Quædam poftpofitiones, in ipfo cafu nominis continentur: quædam cafum nominativi expetunt & feparatim à dictione fcribuntur, è quibus nonnullæ feparatim vel conjunctim pro libitu adfcribuntur, idq; ob calligraphiæ convenientiam, quædam, eodem cum cafu dictioni adfcribuntur. Quædam demum feparatim fcribuntur, & dativi cafum fibi vendicant; Quædam ad fui fignificati poftpofitionalis complementum, poftpofitionem aliam prærequirunt; quædam adminiculo nominis cum requifito cafu aut aliis poftpotionibus exprimuntur; Quædam quæ ex natura fua poftpofitiones funt, ùt ea quæ adminiculo nominis formantur, dirigi volunt. Quædam in certorum fenfuum circumftantiis, in alterius generis particulas, phrafes aut loquendi modos tranfeunt.

De iis omnibus ergo, fingularibus & fubdiftinctis capitibus agam, & correfpondentes Latinorum præpofitiones ad margi-

nem adnotabo, hoc pactô, studiosus diligens, phrasem genti propriam, labore faciliori cognoscere, & eâ regulatè uti poterit.

CAPUT PRIMUM.

De casu cui postpositionis vis inest, & ad quas præpositiones Latinas se extendat.

IPsi dativo turcico postpositionum vim inesse, nullum sanè est dubium, sed iis in circumstantiis, cùm motus ad locum exprimendus est, quocunque demum modo is apud Latinos exprimatur, v. g. اِسْتَانْبُولَه كيدَرُمْ *eo Constantinopolim,* فِرَنْكِسْتَانَه كيدَرْسَنْ *is in Italiam* اَوَه كيدَرْ
AD IN *it domum* تَارْلَايَه كيدَرُوزْ *imus ad agrum.* كَمِيِيَه كيرُورْسِزْ *navem ingredimini* آتْلَرَه بينُورْلَر *Equos conscendunt.* بُونَامَه اِيلَه مَذْكُورْ اِيلْچِي وَ قَپُو كَتْخُدَاسِي اُوسَكْ مَنْزِلِنْدَه قَلُوبْ تَكْرَارْ صُلْحْ اِيچُونْ سُويْلَشْمَكَه اُوتَاغَه كَلُوبْ نَامَه سِينْ ويرْدِي *His cum literis, commemoratus Legatus & ejus Residens, in statione Ossekiana, ut propter pacem demum colloquerentur, ad tentorium venerunt, & literas suas tradiderunt.* G. H. patet quod اُوتَاقْ tentorium in casu dativi cum vi præpositionis Latinæ *ad* ob motum ad locum reperiatur

riatur. Item ibid. نيش قام قصبه يه كلندوكده *postquam deventum fuisset ad Oppidum Nissa dictum.* قصبه *oppidum* قصبه يه *ad oppidum.* Item ibid. آندن بودينه دوغري يولاندي *Inde, directè Budam fuit expeditus* بودين *Buda urbs* juxta motum ad locum.

Sed huic ipsi Dativo nonnunquam præpositiones latinas, *adversus, contra, erga, in,* pro *contra, ob,* seu *propter, per,* & *supra* pro *ad* & *versùs* inesse, sequentibus exemplis exhibetur. اول كشي يه زياده كين طوتدي *adversus,* A D-VER-SUS. seu *contra eam personam multam vindictam tenuit,* id est: *in illam,* vel *contra illam personam plurimâ vindictâ ferebatur.* CON-TRA. de mir. mund. موالاتنه تنشّط ايتدي *Erga ejus,* ERGA vel *in ejus familiaritatem laudabiliter propendebat.* Hum. IN Nam. Item ibid. شاد و خندان ايدم قلبم صميم جاندن آكا متعلّق جانم درون دلدن آكا متسوّي و متعسّق ايدي *latus fui & hilaris, cor meum puritate mentis ei deditum fuit, & anima mea ex interno corde erga eum recta & assidua fuit.* Item كوپري آكا ياپدردي *pontem per* PER *eum fieri curavit,* Gem. Hist. Item, بر غيري نسنه اولايدي غيري كسنه يه ترجمه ايتدرمكه ممكن اولوردي *Si aliquid aliud esset, curare, ut per alium interpretaretur,*

 fieri

fieri potuisset. Chur. Eff. Item بِرْ قِلِجْ اُورُوبْ بَاشِنِى

SUPRA صُفْرَهِيَه دُوشُرْدُمْ *ictum frameâ impegi, caput ejus supra,* vel *ad mensam, cadere feci.* de mir. mund. نَهْرِ بِجْلَه آقُوبْ

VERSUS بَغْدَادَه كِيدَرْ *Euphrates fluvius it, & Babyloniam versùs fluit.* بِرْ اِيكِي كُونْ اَكْلَنْمَزَه بَاعِثْ سَعَادَتْلُو خَانْ بَابَامْزْ

OB PROPTER مُخْلِصْلَرِي قَزَاقْ خَطْمَانِنَه آدَمْ كُونْدَرْمِشِيدِي *Causa ob moram unius & alterius diei, felix Chanus Pater meus est qui ad Ducem exercitûs Cosacorum, hominem miserat.* Gem. Hist.

Adverbia loci Latinorum, quibus ad interrogationem *quo*? respondetur, cùm motum ad locum connotent, è nominibus ad dativum positis componuntur, ideoque hujus loci esse, censenda sunt. Sic regula illa syntactica Alvari: *Ad quò redduntur hæc: huc, isthuc, illuc, eò, eodem, illô, aliquô, aliô neutrô, utroq́, quoque, quocunque, quolibet, intrò, foras, peregrè, longè, nusquam.* Sic *quò?* ex pronomine نَه *quis, quæ, quod,* & يِرْ *locus* dicetur: نَه يِرَه *ad quem locum?* vel ex eodem pronomine, & substantivo آرَا *interstitium inter locum* & *locum,* dicetur: نَه آرَايَه quasi diceres: *ad quod interstitium,* quod corruptè, perque usum receptum نَرَيَه enuntiatur, reponetur:

netur: شو آرايه vulgariter. بو آرايه vel بوراجغه *huc* اوراية vulgariter شورايه *isthuc* اول آرايه vulgariter اورايه *illuc* و نه بو *eò, eòdem, illô* غير يره *aliquò*, *aliò* همان اول يره *neutrò* ايكى يره *utroq;* و نه اول يره *quoquò volo* استدوكم يره *quoquò vis* استدوكى يره *quoquò vult* استدوكك يره *quoquò volumus* استدوكمز يره *quoquò vultis* استدوككز يره *quoquò volunt.* استدوكلري يره هر نه يره ايسه *quocunq;, quolibet* استدوككي يره *quovis* ايچنده كي يره *intrò* ايراق يره *foras* طشره يره *peregrè* ايراق يره *longè* يقين يره *prope* هيچ بر يره *nusquam.* Ob rationis paritatem, huc etiam refertur regula altera Alvari: *Ad quorsum?* id est, *ad quem locum*, *redduntur hæc, horsum*, *istorsum*, *illorsum*, *aliorsum*, *deorsum*, *sursum*, *dextrorsum*, *sinistrorsum*, *leversum*, *prorsum*, *rursum*, *introrsum*, vel *introrsus*, *retrorsus*, *quoquo versum*, *quoquoversus*. Hæc omnia pariter per nomina arabica طرف *pars* جانب *latus* & nonnunquam سمت *semita* ad dativum turcicum collocata enuntiantur, & latino *quorsum* interro-

terrogativo respondebit in turcismo نَه طَرَفَه *ad quam partem?* نَه جَانِبَه *ad quod latus?* نَه سَمْتَه *ad quam semitam?* seu *viam*, id est: *quorsum?* بُو طَرَفَه vel بُو جَانِبَه vel بُو سَمْتَه *ad hanc partem, ad hoc latus, ad hanc semitam*, id est: *horsum* شُو طَرَفَه vel شُو جَانِبَه vel شُو سَمْتَه *ad istam partem, ad istud latus, ad istam semitam*, id est, *istorsum* اُولْ طَرَفَه vel اُولْ جَانِبَه vel اُولْ سَمْتَه *ad illam partem*, &c. id est: *illorsum* غيرْ بِرْ طَرَفَه vel غيرْ بِرْ جَانِبَه vel غيرْ بِرْ سَمْتَه *aliorsum, alioversum* آشَاغَكي طَرَفَه vel آشَاغَكي جَانِبَه *deorsum* يُوقَارُوكي طَرَفَه vel يُوقَارُوكي جَانِبَه *sursum* صَاغْ طَرَفَه vel صَاغْ جَانِبَه *dextrorsum* صُولْ طَرَفَه vel صُولْ جَانِبَه *sinistrorsum*, vel *levorsum* اِيچِنْدَه‌كي طَرَفَه vel اِيچِنْدَه‌كي جَانِبَه *introrsum*, vel *introrsus* كيرُويَه *retrorsus* vel *retrorsum* دُوغْرُويَه vel دُوغْرِييَه *prorsum* قَرْشُويَه *rursum* هَرْ طَرَفَه vel هَرْ جَانِبَه *quoquoversum*, vel

CIS CITRA *quoquoversus* بَرُو طَرَفَه vel بَرُو جَانِبَه *cis, citra*, اُوتَه طَرَفَه vel اُوتَه جَانِبَه *trans.*
TRANS

Ejus-

Ejusdem rationis erit etiam dativi casus in pronominibus, sive absolutis, sive affixis, in absolutis dicetur, v. g. بكا كلدي *ad me venit* سكا كلدي *ad te venit* آكا كلدي *ad eum venit*, بزه كلدي *ad nos venit* سزه كلدي *ad vos venit* آنلره كلدي *ad illos venit.* كيمه كلدي *ad quem venit?* كيملره كلدي *ad quos venit?* In affixis autem, cum reflexione ad ea, quæ dicta sunt supra Tract. secund. cap. vigesimo nono, *de iis, quæ accidunt nomini in sua declinabilitate.* Sic procedendum est آستانه‌دن ادرنه شهرنه كلندي *à Porta, ad Urbem Adrianopolim deventum est.* Gem. Hist. بر عادل پادشاه حضورينه وارايين *Ibo ad conspectum alicujus justi Regis.* de mir. mund. بر كمسنه‌يي قاضي حضور شريفلرينه چاغرمق *aliquem ad nobilem conspectum Judicis citare.* Chur. Eff. حق تعالينك روحانيتي جانبنه *ad DEI Excelsi spirituale latus.* de int. ment.

CA-

CAPUT SECUNDUM.

De postpositionibus à dictione separatis, è quibus quædam conjunctim, si lubet, scribi possunt. & nominativo gaudent.

اوزره Juxta sensuum diversitatem, tribus latinis præpositionibus correspondere potest, veluti: *In*, *juxta* vel *secundùm*, *supra*. Et hæc postpositio, nominativo gaudet, v. g. آياس باشا واسطه‌سيله كليا اول سمتلرده عصيان اوزره تيغدار آرناود طايفه‌سي وار ايسه كليا كلوب اطاعت و انقياد ايلديلر *Per mediationem Ajas Bassæ, quot quot in*

IN *illis partibus Epirotarum in contumacia erant, omnes venerunt, obsequium & obedientiam exhibuerunt.* Gem. Hist.

JUXTA SECUNDUM Item. طبيعتلري استقامت اوزره *juxta*, vel *secundùm suorum Geniorum rectitudinem.* de int. ment اول منوال اوزره *juxta illum modum*, sive, *juxta illam rationem.* Item اول لغت اوزره حفظ اولنماسي اهم مهماتندن اولايدي *Cu-*

SUPRA *stodia ejus supra idem idioma, foret de summis necessitatibus.* de int. ment.

ايچون Correspondet præpositionibus latinis: *ob*, *pro propter*, dictioni separatim & conjunctim adjici potest.

بر كون صيد و شكار ايچون طشره چقدي *die quadam ob* OB
venationem & prædam exivit. de mir. mund. Item ibidem آخرتك مصلحتي ايچون بر نسنه تدارك ايله *pro* PRO
negotio alterius vitæ aliquid dispone. Item ibid. آنــــڭ ايچونكه كونش ضياسي بعيددر *propter hoc, quòd solis* PROPTER
lux ab illis remota sit. Et conjunctim dicitur, v.g. مراد اجليچون *ob causam voluntatis* تڭري حقيچون *propter veritatem DEI* بنم ايچون *propter me* سنڭ ايچون *propter te* آنڭ ايچون *propter illum.* بزم ايچون *propter nos* سزڭ ايچون *propter vos* آنلرڭ vel آنلر ايچون *propter illos.* Ex quo patet, quòd ob hanc postpositionem, pronomina possessiva, primitiva evadant, dicunt & pro نه ايچون نيچون *cur?* & كيم ايچون & كيمڭ ايچون *ob quem?* *pro quo?*

ايله Correspondet præpositionibus latinis *cum* & *per* *ob* & *propter*. ejusve adminiculo, ablativi latinorum absoluti instrumenti causæ, modi, & actionis, exprimuntur.

nunc separatim, nunc conjunctim cum dictione scribitur.

CUM — بن ابن صيار ايله مصاحبت ايلدم *ego cum Ibn Sajar sum conversatus.* de mir. mund. Item موسي بني اسرائيلله آنده صويه كيرنكلري كبي *Illico, ut Moyses ibidem cum filiis Israël aquam ingressus est.* de int. ment. Item ibid.

PER — ايچنده اولان معجزاتلريله ثابتدر *per miracula, quæ in eo sunt, firmum est.* Ablativus absolutus, v. g. ألله‌نك

ABLATIVUS ABSOLUTUS — عنايتيله *auxilio DEI,* seu, *auxiliante DEO.* Ablativus instrumenti, v. g. روزكار بر ابتداسندن بحر محيطك

INSTRUMENTI — ايله كتنسك سني يكزك اكثرنه كتورر *Si ab initio Oceani ventô aliquô progredieris, te ad plurimam partem maris deferet.* de mir. mund. Ablativus causæ, v. g. انسان

CAUSÆ — رحمتندن اوتوري و تقديرِ رباني مراد الله ايله اولمش

OB PROPTER — *Propter,* vel *ob misericordiam hominis* (erga homines) *dispositio divina facta est, voluntate DEI.* de int. ment.

MODI — Ablativus modi, v. g. يا روح الله يا كلمة الله دعا ايله كه حق جل و علا حضرتي بني بو ورطه‌دن اسان وجهله خلاص ايليه *O Spiritus DEI, O Verbum DEI, ora Majestatem magnificati & Exaltati DEI, ut me ab hoc infortunio*

tunio

tunio modò facili eliberet. de mir. mund. Ablativus actio- ACTIO
nis. آرالرنده بيع و شرا ايدرلر آنكله دن تعامل و الفتلري NIS
Inter se emunt & vendunt, & hac re, commercium & familiaritatem habent. de mir. mund. Et per hanc ipsam postpositionem, pronomina possessiva in vim pronominum primitivorum transeunt, sic: بنم ايله vel بنمله *mecum*, سنكله *tecum* آنكله *secum*, vel, *cum eo.* بزم ايله *nobiscum* سزكله *vobiscum* آنلر ايله & آنلركي *secum*, seu *cum iis.* Dicitur & كيمكي & كيم ايله *cum quo?* ابراهيم دخي آنكله اولدي *Abraham etiam cum eo erat.* de int. ment.
Sic & آشوري *per*, *trans*, ùt: صو آشوري كچمكي *transire per aquam* Chur. Eff. Item idem. طاغ آشوري كچمكي PER
transire per, vel, *trans montem.*

CAPUT TERTIUM.

De postpositionibus nominativo immediatè connexis.

POstpositiones nominativis immediatè connexæ, seu adjectæ sunt: جه ☼ دن ☼ ده ☼ سز vel سيز nonnulli سوز hæ postpositiones simplici themati, seu nominativis utriusque numeri adjiciuntur.

جه Correſpondet latinis præpoſitionibus : *juxta*, *ſe-cundùm* & ſubinde *in* v. g. حق تعالينكڭ امر شريفنجه وارديم *Ivi juxta nobile mandatum DEI Excelſi.* de int. ment. Item ibid. قايدهسي اولدوغي تقديرجه حسرت و پشيمانلق اولور *Secundùm quantitatem utilitatis, quam habuit, anxietas*

JUXTA SECUNDUM *& pænitentia erit.* صحيح اولدوغي تقديرجه *juxta eam determinationem, quæ vera fuit.* Col. Iſlam. Prout ſubſtantiva cum poſtpoſitione, affixum admittunt, ut: عيني عيننجه *hoc ipsũ, juxta eſſentiam* كناه مقدارنجه *juxta menſuram peccati ejus.* سوزومي بكنميوب آنكڭ خلافنجه

IN سوزم سويلدي *Cùm verbum meum non placuiſſet, in ejus contrarium verbum locutus eſt.* Chur. Eff. جه Subinde adjectivis aut participiis poſtpoſitum, iis vim adverbialem tribuit, ſic: مقدم *præcedens, prior exiſtens, antecedens.* مقدمجه *præcedenter, antecedenter, prius*, ùt: ايكي آدم معا سفره كتمكه قول ايلسهلر بريسي مقدمجه فالغوب يولداشنه فاتلنميوب كتسه ايلرو كتدي ديرلر *Si duo inter ſe conveniant, quòd ad expeditionem bellicam ire velint, & unus eorum antecedenter*, ſeu *prius diſceſſerit, non ex-*

ſpectando

pectando socium suum, dicunt, antecessit, præcessit. Chur. Eff.

دن è Latinitate correspondet : *à, ab, abs, de, è,*
ex, per, præ ùt: پس بو انجولردن و بنابق مسكدن
ممكن اولدوغي قدر آلدم *Itaq; ex iis gemmis & globu-* EX DE
lis musci, in quantum possibile fuit, accepi. de mir. mund. A
Item : آنا تضرعدن خالي اولمايهوز *à supplicatione ad il-* AB ABS
lum nè desistamus. de int. ment. بالق باشدن قوقار *pi-* E
scis à capite fœtet. proverb. آندن كلدم *Ab eo veni* افلاقو
بغدان عسكري سفره كلمكه اوزره در ولايتمز ايچندن
كچمسون *Valachorum & Moldavorum Exercitus in pro-*
cinctu est veniendi ad iter bellicum, nè transeat per interio- PER
rem partem regionis nostræ. Gem. Hist. Item ibid. يا ابا
الفقرا يا ابا المساكين اشته آجلقدن قيرلدق *O Pa-*
ter pauperum, O Pater miserorum! ecce, præ fame peri- PRÆ
vimus. Gem. Hist.

Hæc ipsa postpositio in motu de loco, perpetua est,
v. g. اون كون ايچنده مصردن كيلر شام شريف اسكلهسنه
كلدي *Ex Ægypto, seu Memphi inter decē dies ad nobilis Dā-* EX

sci portum naves advenêre. Gem. Hist. Item ibid. شام
A شريفدن آستانه‌يه اون يدي كونده كلدي *A Damasco nobili ad Portā, inter septemdecim dies venit.* Itē ibid. آستانه‌دن ادرنه شهرنه كلندي *à Porta ad Urbem Adrianopolim deventum est.*

Ad hunc motum de loco, ut ex nominibus compositis ex adverbiis loci Latinorum, referuntur hæ regulæ Alvari: Ad *unde redduntur hæc*: *hinc*, *isthinc*, *illinc*, *inde*, *indidem*, *aliunde*, *undelibet*, *undevis*, *undiq;*, *undecunq;*, *undequaq;*, *utrinq;*, *eminus*, *cominus*, *supernè*, *infernè*, *peregrè*, *intus*, *foris*. Sic *unde*, ex pronomine نه *quis, quæ, quod*, & ير *locus*, dicetur: نه يردن & etiam قندن *unde* ? بوندن *hinc* شوندن *isthinc* آندن *illinc & inde* آندن عيني *indidem* غير يردن vel سائر يردن vel غير جانبدن vel سائر جانبدن vel سائر طرفدن vel غير طرفدن *aliunde* ايسه هر نه يردن vel ايسه هر نه طرفدن vel ايسه هر نه جانبدن *undelibet*, *undevis*, *undecunq;*, *undequaq;*. ايكي يردن *undiq;* هر جانبدن vel هر طرفدن vel هر يردن vel ايكي طرفدن ده vel ايكي جانبدن ده vel ده ده aut ex duali

duali arabico جانبيندن vel جانبيندن طرفيندن *utrinq.* طرفيندن

الاعتبارِه شرايطِ عهدْ و يمانيِ رعايتْ و قواعدْ صلحْ و

امانه صيانتْ ايلمكْ بابنده صدرْ الحكامْ همايوننز

كتابتْ اولندي *In confiniis nostrarum regionum custoditarum existentibus imperantibus existimationis Possessoribus ut conditionibus pacti & fœderis reverentiam exhibeant, & leges pacis & securitatis custodiant, nostra Augusta mandata Confiniorum*

UT

rum Præfectis scripta sunt. ex lit. Hic terminus arabicus se per latinam particulam *ut* resolvi finit. Item aliter: *Ob* vel *propter reverentiam erga conditiones pacti & fœderis, & propter custodiam legum pacis & securitatis.* **OB PROPTER ERGA** Patet & quòd per præpositionem latinam *Ob* vel *propter* se resolvi finat, videtur pariter in hac interpretatione, qualiter constructio turcica, in qua postpositio turcica *erga* significans explicitè non est, eodem stante sensu, in constructione Latina explicitè educatur. Hæc item constructio eodem stante sensu hoc modô resolvi posset: *Ad exhibendam reverentiam conditionibus pacti & fœderis, nec non ad custodiendas leges pacis & securitatis,* &c. **AD** Concluditur ergo hunc terminum arabicum باب ad omnes particulas causales Latinorum trahi posse. Sumitur subinde pro latino *quoad*, vel, *in quantùm*, v. g. آلتون وآقچه بابنده سزاوار اولدوغندن زیاده ویروب بو کشیء احسانلرندن شرمنده ایدرلر *Quoad*, vel, *in quantùm ad aurum & pecunias, plusquàm conveniens est, dando, hanc personam muneribus pudibundam efficiunt.* de mir. mund. Sed quòd & pro *circumstantia* poni possit, exemplô edocemur, v. g. بر کیمسنه یه سویلیه جکنی اوکرتمك *docere aliquem id quòd loquendum est*, cùm phrasis hæc Turcismo non adeo conveniat, Magister meus subjunxit: بو بابده سوزی اوکرتمك دیرلر. *In hac circumstantia, verba docere dicunt.*

CA-

CAPUT UNDECIMUM.

An arabicæ & persicæ præpositiones se Turcismo communicent?

PEr decursum hujus partis, utique sufficienter exhibitum est, qualiter arabici & persici termini, ad Turcarum postpositiones concurrant, nunc autem oritur quæstio, an ipsæ præpositiones Arabum & Persarum se integrè Turcismo communicent? Respondeo affirmativè, hac tamen cùm observatione, quòd præpositio arabica solis terminis arabicis, persica autem arabicis & persicis præposita reperiatur. Nemo tamen sibi persvadeat, harum duarum linguarum præpositiones, Turcis esse communes aut necessarias, cùm earundem in oratione usus, non à scribentium arbitrio, sed ab authoritatis documento, sit desumendus, rei veritatem exemplorum allegatione comprobo, v. g. أمّا بو مرضڭ زمانِ حدوثندن إلي هذا الآن بو فكرده ايم *Verùm à tempore accidentis infirmitatis usq; ad hoc momentum, in ea cogitatione sum.* de mir. mund. أوچ اينمكي كذالك درت اينمكي بش اينمكي إلي غير النهايه *Tria facere, pariter quatuor facere quinq; facere usq; in infinitum.* Chur' Eff.

ب *Per* dicetur, v. g. بحمد الله تعالي وجودمز صحتِ اوزره در *Per DEI Excelsi laudem. Nos ipsimet, vel, essentia nostra, in incolumitate est.*

بحسب

بحسب *Juxta, secundùm,* تحصيل معارف بحسب لطف خداندر *Acquisitio scientiarum juxta promptitudinem* seu *secundùm dispositionem, est beneficentia DEI:* بحسب الفرمان اول كيجه حبس ايلديلر *Juxta mandatum illa nocte incarcerârunt.* de mir. mund. Nota فرمان est terminus persicus *mandatum* significans, habet articulum arabicum أل, me alibi simile quid vidisse non recordor, suppono esse contingens rarissimum, & solum ob euphonicam orationis cadentiam, positum esse.

بعد *Post:* بعد زمانن قلقدي *Post tempus surrexit,* de mir. mund. Notą quòd Author dicendo زمانن giarrum arabicum, præpositionis casum exprimere voluerit, quod rarissimum quid est. Quod aliàs sic exprimendum: شايد كه بعد زمان پشيمان اولور *post temp' aliquod pœnitebit.* Hum. Nam.

بغير *Sinè* ùt: بن او مجلسه بغير علم واروب سزي بولدم *Ego ad eum consessum abs*, vel, *sinè præcognitione veni & vos inveni.*

بلا *Sinè, absq;* تطويل الكلام بلا فايده تصديعدر *Protractio sermonis sinè utilitate, est perturbatio capitis.*

بين *Inter* بين الناس استعمالي اولدوغي ايچون *Quia ejus usus inter homines fuit.*

نَازِلِي عَلَي ٱلتَّفْصِيلْ قَضَا اِيتْدُوكْدَنْ *Juxta* عَلَي
Ex eo quia juxta prolixitatem preces determinavit.

عَنْ *Abſq; ſinè*, hæc præpoſitio, plerumque ſimul cum tota conſtructione arabica ad turciſmum tranſit v. g. حَقْ تَعَالَي عَنِ ٱلنَّظِيرْ vel حَقْ تَعَالَي جَلَّ عَنِ ٱلشَّبِيهِ
DEUS excelſus & Magnificatus ſinè ſimili.

عِنْدَ *Apud* v. g. حَسَدْ اِيتْمَكْ عِنْدَ ٱللَّهْ وَ عِنْدَ ٱلنَّاسْ مَذْمُومْدُرْ *Invidere, & apud DEUM & apud homines vilipendium eſt.*

فَوْقْ *Supra*, v. g. فَوْقِ ٱلْحَدْ وَٱلْغَايَة مَسْرُورْ اُولْدِيلَرْ
Supra terminum & modum læti fuerunt.

فِي *In*, hæc præpoſitio pariter cum integra arabica conſtructione ad turciſmum tranſit, v. g. فِي نَفْسِ ٱلأَمْرْ
in rei ſubſtantia.

لِ *Per*, v. g. لِلَّهِ تَعَالَي سَنْ كِمْ سِنْ *Per DEUM excelſum, tu, quis es.*

مَعْ *Cum*, v. g. لَكِنْ بُوكِشِي بُونِي مَعَ ٱلْكَرَاهَة اِچْدِي
Verùm hac perſona hoc cum nauſea bibit.

مِنْ *A, abs, de, ex*, v. g. مِنْ جَمِيعْ جَوَانِبْ مَحْصُورْ
و

وَ خَايِبْ اُولْدُوقْلَرِنْدَنْ شَاشْدِيلَرْ *Ex eo quia ex omni parte obsidebantur & premebantur, exhorruerunt.*

Nec alienus est modus à Turcis, Arabum præpositiones, eo modô, ad orationem suam inducere, quô modô ipsi Arabes illas ad suam orationem inducunt, dictum est, specificationis casum Arabum, in se præpositionum causalium vires, etiam continere posse, unde illa vis præpositionis causalis una cum aliis præpositionibus arabicis sibi connexis, ad orationis turcicæ fluxum induci potest: quod hîc annexo exemplô confirmatur. بِلْمَكْ كَرَكْ كِه حَضْرَتِ قُرْاٰنْكْ حَقَايِقِيلَه دَقَايِقِيلَه جُمْلَه مَعْنَاء عَجَايِبَاتِنَه بَطْنًا بَعْدَ بَطْنٍ وَ حَقّ تَعَالِي نُبِكْ رَسُولْ حَضْرَتِيلَه اُولَانْ رُمُوزِ اَسْرَارِ اِلَهِيسَنَه كَنْدُويِلَه رَسُولِنْدَنْ غَيْرِي مُطَّلِعْ اُولْمَقْ مِيسَّرْ دَكُلْدُرْ *Scire oportet quòd non sit facile, per veritates* (demonstrationes) *& subtilitates, in omnes sensus admirandarum rerum dignitatis Alcorani, ob internum post internum* (id est propter recondita mysteria) *& ad DEI excelsi Divina mysteria & typum, cum dignitate Prophetæ, præter ipsum & Prophetam, cognitione pervenire.* de int. ment. بَطْنًا بَعْدَ بَطْنٍ *Ob internum post internum.* Bene autem notandum est, quòd etsi sæpe adverbialiter casus specificationis Arabum capi possit, quòd ipsa Arabum masdara, in se præpositiones causales implicitè contineant, quòdve cum

 da-

dativo turcico construi velint, veluti : آنی عِلْمِنَه رِعَايَةً
وَ حِلْمِنَه حِمَايَةً وَزِيرِ اَعْظَمْ اِيتْمَكْ مُرَادِ هُمَايُونُمْدُرْ
Eum propter venerationem suæ scientiæ, & ob respectum ejusdem mansvetudinis, supremum Vizirium facere intentio mea Augusta est. Hist. Mahmud. Bassæ. Quòd si magis arabizent, arabicum giarrum in mixta constructione post se poni volunt, v. g. اِمْتِثَالاً لِلْاَمْرِ اَلْعَالِي جَمْعْ اُولُنْدِي
Propter obedientiam mandato excelso collectum fuit. Can. Ottom.

Arabicæ præpositiones cum arabicis affixis in oratione turcica.

Turcas orationi suæ, præpositiones arabicas affixis arabicis junctas commiscere, res est manifesta, idque sequentibus exemplis comprobatur : سُلْطَانْ مُرَادْ
خَانْ غَازِي مُحَمِيَهِ اَدْرَنَه‌دَه سَاكِنْلَرْ اِيكَنْ عَادَتْ وَ
قَانُونْلَرِي بُو اِيدِيكَه عَدَالَتْ وَ ظُلْمْلَرِي مَعْلُومْ اُولْسُونْ
اِيچُونْ هَرْ قَاضِيلِقْلَرَه كَنْدُو جَانِبِنْدَنْ مُعْتَمَدْ عَلَيْهِ
كِيمْسَنَه‌لَرْ خَفِيَّةً اَحْوَالِ وِلَايَتْ نِيجَه اِيدُوكِنْ مَعْلُومْ
اِيدِنُورْلَرْدِي *Cùm Sultanus Murad Chan bellicosus Adrianopoli moraretur, consvetudinem & Canonem hunc habebat, ut illi æquitas & iniquitas perspecta foret, à latere suo ad omnem*

nem Jurisdictionem, quidam supra eum fulcrum (quorum fide se fulcire poterat)*erant, clam, qualis esset stat⁹ regionis informabant.* Hist. Mah. Bassæ. nam مُعْتَمِد Castello teste est: *fulcrum* & عَلَيْهِ *supra eum*, quid est: *fulcrum supra eum*, id est: *cui fidendum est*, seu, *cui quid fiditur.* Item مَكْتُوبْ إِلَيْهِ مُنَاسِبْ دُعَا دُر *Epistola ad eum, est apprecatio conveniens*, de art. scrib. عَنْهُ *de eo*, plerumque in apprecationibus quæ de mortuis fieri solent, locum habet, v. g. حَضْرَتِ عَلِي بِنْ أَبِي طَالِبْ رَضِي ٱللَّهُ عَنْهُ *Dignitas Aaly Ben Ebi Talib, DEUS complacentiam habuit de eo.* Hist. Sul. رَضِي ٱللَّهُ عَنْهُمَا *DEUS complacentiam habuit de his duobus* & رَضِي ٱللَّهُ عَنْهُم *DEUS complacentiam habuit de iis.* Et hæc sic arabicè constructa plerumque orationi turcicæ immiscentur.

Arabica præpositio cum affixo arabico, & casus obliquus pronominis arabici, apud Turcas, nominis ad instar capiuntur, & postpositiones & affixa turcica admittunt.

SI arabica præpositio cum affixo arabico, in oratione arabica ita incidat, ut cum respectu ad quid quod antecedit, quasi pro unius sensûs termino capi possit, Turcæ ipsi præpositioni arabicæ affixo junctæ, postpositionem suam adjicient, quod ipso exemplô declaro. مَا نَحْنُ

چقالم فيهدن *in quo nos ſumus exeamus*. Turcæ per id: *in quo nos ſumus*, nil aliud intelligunt, quàm diſcurſum in quo inter ſe colloquentes verſantur, ergo dicendo: چقالم فيهدن مانحن dicunt: *à diſcurſu recedamus.*

Quin immo caſui obliquo pronominis arabici, Turcæ affixa & poſtpoſitiones ſuas adjiciunt, v. g. ما وضع لكستنده *In ejus illi, non eſt partus*, Turcis, idem eſt ac noſtris Rhetoribus, *Catachreſis* quæ Soarez teſte eſt *cum abutimur verbô ſimili & propinquo pro certo & proprio* & ſic: *non eſt partus*, eſt dicere: *non eſt proprium verbum*, & illud: *in ejus illi* vult dicere rem illam, quæ certo ſuo & proprio verbo non fuit appellata, & in diſcurſibus ſcientificis hujuſmodi termini reperiri ſolent.

Quid de perſicis præpoſitionibus ſit ſentiendum?

Præpoſitiones perſicæ, ùt hactenus colligi potuit, in oratione turcica perſæpe reperiuntur, ſoliſque arabicis & perſicis terminis adjiciuntur, & de iis hoc locô quid dicamus, nihil occurrit.

Adnotatio.

In primo capite hujus partis, dictum eſt, Dativis turcicis vim præpoſitionis ineſſe, obſervavi attamen, quòd præpoſitio illa, quæ dativo caſui ineſt, in concurſu naſbi ſpecificationis arabicæ, quòd præpoſitio non ad eum caſum cui ineſt, ùt ſupra notatum eſt, ſed ad ſe ſequentem

tem caſum ſpecificationis referatur, v. g. مابينمزده اولان محبت و مودته بناءً *Ad confirmationem amoris & benevolentiæ quæ inter nos eſt*, ex lit. Latina præpoſitio *ad*, quæ eſt in مودته, & ùt è tranſlatione ad Latiniſmum apparet, caſui ſpecificationis magis convenit. Specificationis quippe caſus, vel in ipſo arabiſmo, à ſuo caſu ſpecificativo non recedit, etſi ei præpoſitio giarrum exigens adjungatur, ùt in ipſo turciſmo luculenter apparet, dicunt enim ipſi Turcæ Arabum more v. g. يوماً في يوماً قوت بولدي *de die in diem vires recuperavit.* de mir. mund.

Accidit aliquando ut in ipſa phraſi ſeu modo loquendi Turcarum, præpoſitio aut poſtpoſitio non reperiatur, ad Latinitatem attamen, ſinè adminiculo præpoſitionis transferri nequit, v. g. اكركه جهنّمليك اولسه quaſi diceret: *Etſi eſſet infernalitas* Latinus ſenſus obſcurus foret, aſt phraſis Gentis intelligit hominem, & latinè diceretur: *Quòdſi eſſet in inferno.*

Notandum etiam eſt, quòd arabicum ſubſtantivum, وجه *facies, vultus, effigies, modus*, præpoſitum nominibus arabicis, à Turcis pro ſua poſtpoſitione ايله capi poſſit, ſic me meus Conſtantinopolitanus Magiſter Chu-
rem

rem Effendi docuit, ùt: وَجْهِ قابِلِيَّتْ vel وَجْهِ اِسْتِعْدَادْ pro قابِلِيَّتْ ايلهَ اِسْتِعْدَادْ ايلهَ *Cùm dispositione cùm habilitate*, aliquando in suo significato arabico permanet, aut ùt pleonasticum habetur, ùt: بِزمْ فُلانْ شَيَهِ اِسْتِعْدَادمِزْ يوقدرْ *Ad rem talem modum dispositionis non habemus*, aut absolutè: *Ad rem talem dispositionem non habemus*. Item وَجْهِ وَصْفُ ٱلْحَقِيقَة pro وَصْفُ ٱلْحَقِيقَتى ايلهَ *cum prædicato vero*.

PARS ALTERA.

De aliis particulis.

Particulæ aliæ sunt adverbia, conjunctiones, interjectiones, quas hîc ordine, cum phrasibus & modis loquendi, quos è diligenti lectione collegi, subjungo.

CAPUT PRIMUM.

De adverbio.

Suppositâ adverbij definitione ùt est in Alvaro, certum est, arabismum diversis sub modalitatibus se hujus orationis parti commiscere, ùt hoc in capite visuri sumus, priusquam autem ad eorum qualitates descendam; necesse est, ut quædam in abstracto præmittam.

Primò

Primò: Illud ipsum substantivum arabicum, quod à Turcis substantivè sumitur, nonnunquam eo ipso nudo substantivô, ùt adverbiô utuntur, sensus orationis autem, rationis disparitatem exhibet, veluti: زيادة *incrementum* & غايت *finis*, *terminus*, dicitur enim, v. g. آندن زيادة و نقصان ايلمز *Nunquam augmentum*, vel, *incrementum aut decrementum facit*. de mir. mund. Item غايت سفر فتح و ظفردر *Finis belli, victoria & triumphus est*. تمام *perfectio*, *persolutio* rei, v. g. آنلك مصلحتني تمامه كتوردیلر *ejus negotium perfecerunt*, vel, *ad finem perduxerunt*. Chur. Eff. Patet quòd hi tres termini زيادة غايت & تمامه substantivè sumantur, & idipsum, sensûs qualitas suggerit; sub hac ipsa formalitate pertinent ad adverbiale significatum: ﭘندندن زيادة بيحضور اولدي *Ex ejus exemplo magis inquietus*, vel, *multùm inquietus evasit*. Chur. Eff. Item بو طاش غايت سياهدر *hic lapis valdè niger est*. de mir. mund. الندە اولان بازقناديلة جامي اوروب ايچندە اولان آب تمام دوكلدي *Falco, quem manibus gestabat, aliis phyalam percussit aqua quæ in ea erat, totaliter fuit effusa*. Hum. nam. An quid simile in substantivis persicis contingat, ipsa praxis edocere debet.

Secundò: Adjectiva arabica & persica & turcica, nonnunquam simpliciter sumpta, ad significatum adverbiale transeunt, sic ex arabicis: أول teste Golio *prior, anterior, primus*, idem & Turcis

ùt : باب اوّل درت فصل اوزره ترتيب اولنديى *Caput primum juxta quatuor ſectiones ordinatum eſt.* Can. Ottom. Item ibid. فصل اوّل زنايه متعلّق جرمي بيان ايدر *Sectio prima, exhibet multam adhærentem ſcortationi*, & in ſenſu adverbiali : اوّل بن سويلدم بعد اول سويلدي *Primò, ſeu, prius ego locutus ſum, poſtea ille locutus fuit.* Chur. Eff. Ille idem. اوّل فكر ايله آندن سوزكي صكره سويله *Primò verbum tuum perpende, demum loquere.* Item معقول participium paſſivum arabicum teſte Golio *id quod intelligitur*, ſeu, *intelligibilis*, item *rationi conveniens*, ſeu, *conforme* idem & Turcis, v. g. بو حكمي معقول كورديلر *Hanc ſententiam rationi conformem exiſtimaverunt.* Lex. اوّل كتخداسن مكمّل قپوسيله بوطرفه كوندرمك معقولدر *Primò ejuſdem Locumtenentem cum Aula ſua perfecta (optima) militia ad hanc partem mittere, rationi conſentaneum eſt.* Gem. Hiſt. Et adverbialiter : يكك معقول *rationi convenientiſſimè*, ſeu ùt Latini dicere ſolent, *Optimè.* Item محكم teſte Golio *firmus* idem & Turcis ùt قلعه يى شمدي محكم ايتديلر *Munimen nunc firmum reddiderunt.* Chur. Eff. Et adverbialiter: قپويي محكم قپاديلر *Portam firmiter clauſerunt.*

Chur.

Chur. Eff. Ex perficis, v. g. آفرین *Creans*, feu, *Creator*, idem & Turcis ùt: اول جهان آفرین *Ille mundi Creator* & adverbialiter approbando & laudando dicitur: آفرین ùt apud Latinos *egregiè fanè*, *egregiè profectò*, *praclarè*. Item خوش *amænus*, *latus* fic & Turcis: خوش زبان ایله سویلدی *amænâ linguâ locutus eft*, &c. & adverbialiter خوش کلدک *bene veneris*. Item خور *vilis*, *abjectus*, idem & Turcis: خور ایتمک *vilem*, feu, *abjectum reddere* خور متاعی خور ایدوب بهاسندن آشغی ایندی *Mercem abjectam reddidit & de pretio detraxit*. Chur. Eff. بقمق *viliter afpicere* بکا ایو آدمدر خور باقدی *me viliter afpexit*. Ex turcicis ایو *bonus* ایو *bonus homo eft*. خرسوزی آصدیلر ایو ایتدیلر *Furem fufpenderunt, bene fecerunt*. Chur. Eff. Item پک *durus validus* بو اتمک پکدر *hic panis durus eft*, & adverbialiter صو پک اسیجاقدر *Aqua valde calida eft*. Chur. Eff. item چوق *multus* چوق شی *multa res* چوق سویلر *multum loquitur*. Sic & cum adjectivis diminutivis, de quibus in Tract. 2. cap. 17. dictum.

Adjectiva quæ gentile nomen funt, ut adverbia evadant

جَه vel جَه assumunt, ùt: تُرْكْ *Turca* تُرْكْجَه *turcicè* لَطِينْ *Latinus* لَطِينْجَه *Latinè* فِرَنْكْ *Italus* فِرَنْكْجَه *Italicè* مَجَارْ *Hungarus* مَجَارْجَه *Hungaricè.*

Tertiò: Perplura tum substantiva, seu masdara, tum adjectiva, aut participia arabica, sub forma arabicæ specificationis, aut cum tanvino nasbi, seu accusativo, ad Turcas, ùt adverbia transeunt.

Exempla substantivorum seu masdarorum خُصُوصًا *præcipuè*, ùt: آرْمَغَانْ كُونْدَرُرْلَرْ خُصُوصًا قَوْمِ يَهُودِي *Dona mittunt præcipuè populus Judaicus.* de mir. mund. Itē جُمْلَةً *summatim totaliter*, جَبَلْ قَافْ شُولْ طَاغْدُرْكِه يَرْ يُوزِينِي جُمْلَةً احَاطَه اَيْلَمِشْدُرْ *Mons Kaf. Mons ille est, qui superficiem terræ totaliter circumdedit.* de mir. mund. مَثَلاً *exempli gratiâ, verbi gratiâ*, ùt: بُو چَشْمَنْكْ صُويِي مَثَـلاً اِنْجُو كِبِي بَيَاضْ وَ صَافِي اُولُورْ *Aqua hujus fontis, exempli*, aut, *verbi gratiâ, candida & pura evadit ùt unio.* de mir. mund. قَرْضًا *planè, omnino, datô casu, suppositô.* قَرْضًا بُو يِلَانْلَرْكْ كَثْرَة وُ وَفْرَتِنْدَنْ اَهَالِيسِي جِلَايِ وَطَنْ اَيْلَمِشْلَرْدُرْ *Omnino*, seu, *planè ob multitudinem & copiam horum serpentum, incolæ ejus* (insulæ) *è patria migraverunt.* de mir, mund. Item ibidem. قَرْضًا كُورُنْسَه نِجَه زَمَانْ بَاقِرْسَنْ

بَاقْرَسَنْ حَتَّي قُويْرُوغِي طَرَفِي نَخِي ظُهُورْ ايْدَيْهَ *Dato casu*, seu, *supposito si videretur, multum temporis aspicies, donec etiam suæ caudæ partem ostendat.* Item ibid. دِرْهَمْ دِرْهَمْ فَرْضَا صُوتَلْيَا اُولْ كَيعْ اُولُنُورْ *Aqua illa universim, planè drachmatim* (per drachmas) *divenditur.* تَفْصِيلاً *fusè, distinctè*, ut: بَغْدَادُنْ آحْوَالِي تَفْصِيلاً مُحَلِّنَدَه ذِكْرْ اُولُنْمِشْ *Babyloniæ status, suo locô fusè* seu, *distinctè commemoratus fuit.* de mir. mund. لِسَانًا *Oretenus* لِسَانًا اِمْتِثَالاً اِعْلَامْ اِيتْمَكْ اِيچُونْ *Ad significandum oretenus.* اِمْتِثَالاً *conformiter, adinstar.* اِمْتِثَالاً لِلْاَمْرِ ٱلْعَالِي جَمْعْ اُولُنْدِي, *collectum adinstar alti mandati.* Can. Ottom. فَرْدًا فَرْدًا *Sigillatim* هَرْبِرِي حَدِيثْلَرْ اِيلَه فَرْدًا فَرْدًا مُسْتَنَبَدْرْ *Eorum quisque sententiis sigillatim bene dispositus est.* (liber) Col. Islam. اِجْمَالاً *compendiosè summatim*, v. g. عِبَارَاتْ ظَاهِرَه اِجْمَالاً مُشْتَمِلْ اُولْدُوغِي اِجْلْدَنْ *Ex eo quia compendiosè,* seu, *summatim manifestæ explicationes continentur.* Col. Islam. مَحْضًا *purè putè tantummodo*: قُرْاٰنْدَه حَضْرَتِي تَعَالَي حَقْ مُؤْمِنْ اَلَّذِي طُقُوزْ يَرْدَه مَحْضًا اِيمَانْ اِيلَه مَدْحْ اَيْلَدُوكِيدُرْ *Fidelis est qui in Alcorano, in quinquaginta novem locis, purè putè per fidem Ma-*

jestatem excelsi DEI laudat, Col. Islam. جبرًا *violenter* حصاري قهرًا فتح ايتديلر جبرًا *Munimen violenter expugnárunt* & قهرًا *violenter subjuganter* جبرًا و قهرًا آلمق *violenter & subjunganter arripere.* Chur. Eff. ظلمًا *injuriosè, crudeliter, tyrannicè*, ùt: فلان كمسنه بنم ملكوم ظلمًا المدن آلدي *Talis quidam, bona mea, injuriosè è manu mea accepit.* Chur. Eff. sic خيرًا *bene, feliciter* شرًا *malè*, &c. & alia. Notandum attamen quòd ابدًا *nunquam, in æternum non*, اصلًا *nimimè, nullomodô, nequaquam nequicquam, neq́, nihil*, &c. قطعًا *nullatenus, nunquam, minimè*, &c. verba negativa sibi vendicent, ùt: ابدًا خوف ايتمز *nunquam timet.* de mir. mund. Item ibid. آندن عورته ايچورسه‌لر ابدًا حامله اولميه *si fecerint ut inde mulier bibat, nunquam gravida evadet.* متجرن اول ولايتده ساكن اولان آدملره اصلًا ملال و حزن كلمز ايمش *solumodo hominibus illis qui in ea regione habitant mæror & tristitia nunquam venerit.* de mir. mund. Item ibid. اصلًا بونلردن خوف ايتمز *Ab iis nunquam timet.* Item ibid. اصلًا لطافتي و قيمتي يوقدر *Ei nequicquam gratia aut pretij inest.* Item ibidem. كرك كومش كرك التون

آلْتُونْ اُولْسُونْ قَطْعًا آكَا ضَرَرُو كُزَنْك اِيرِشْمَزْ *Sive argentum sive aurum sit, ad eum nullatenus damnum aut detrimentum pertingit.* Item ibid. قَطْعًا رَايِحَه‌سِي چِقْمَازْ *De ejus odore nec quicquam prodit*, &c.

Exempla adjectivorum aut participiorum مُفْتْ و مَجَّانًا *frustra gratis* كُلِّيًّا *totaliter universaliter* : بُو صُويُكْ قَرَارِي وَ كَنَارِي كُلِّيًّا رِيكِسْتَانْدُرْ *Hujus aquæ statio* (alveus) *& litus totaliter locus arenosus est* سَابِقًا *antecedenter* عَيْشَه رَضِيَ اَللّٰهُ عَنْهَا سَابِقًا نَذِرْ اِيلَمِشْدُرْ *Aaischa de qua DEUS complacentiam habuit, antecedenter votum fecit.* Col. Islam. دَفْتَرْدَارْ پَاشَا سَابِقًا جَبَه‌جِي پَاشَا اِيدِي *Defterdar Bascha*, seu, *supremus rationum Magister, fuit antecedenter munitionum Bascha*, seu, *Præfectus*. Gem. Hist. غَالِبًا *potissimum* غَالِبًا اِحْتِمَالِي بُو دُرْ *Ejus tollerantia plerumq;*, seu, *potissimum hac est.* عَلَانِيَةً *manifestè* كِمْسَه‌لَرْ دَخِي عَلَانِيَةً كُورْدِيلَرْ *Nonnulli etiam manifestè viderunt*. de mir. mund. مُسْتَقِلًّا *specificè, absolutè* اِشْبُو دُرْتْ دُرْلُو دَلِيلْلَرْكْ هَرْ بِرِيسِنْدَه بِرْنِجَه دَلِيلْلَرْ كَتُورُوبْ تَفْصِيلْ اُوزَرِينَه مُسْتَقِلًّا بِرْ رِسَالَه اِيلَمِشْدُرْ *Ad hac quatuor diversa, argumenta*

menta aliquot attulit, diffusè absolutè tractatum parvum fecit. Col. Islam. عيانًا *apertè, publicè, manifestè, palam.* آنده غوغا و غلبه و مشغله آوازي ايشديلور لكن عيانًا بر فرد كورنمز *ibidem rixa & prævalentia & sonus tumultuosus percipitur, verùm palam, aut, apertè nemo videtur.* de mir. mund. واحدًا ايشده واحدًا واحدًا بعد واحد دوتًا *sigillatim, seorsim*: واحدًا *Ecce talis quidam & talis quidam, sigillatim & alternatim, huic testes sunt.* Hum. nam. شاهد در فرعون باطنًا *internè* ظاهرًا *externè* اول ديارده غرق اولنشدر بحر مظلم در وخش در باطنًا و ظاهرًا *in eo mari submersus est Pharao, mare obscurum est, & vile est internè & externè*, id est: *in interno & externo.* de mir. mund. معًا *simul, conjunctim* آستانه‌دن معًا كلدي *à Porta simul venit.* lit. بو ايكي سوز بربري ايله معًا ديمزلر *hæ duæ voces conjunctim non dicuntur.* Chur. Eff. واقعًا *datô casu, positô,* عارضًا & عرضًا *accidentaliter* عاجلًا *festinanter.* معجلًا *festinanter*, ùt: پادشاه نخي معجلًا محمد پاشا ايله احمد پاشايه آدم صالدي *Rex etiam festinanter per Muhammed Bassam, Achmed Bassæ homines misit.* Algen. مطلقًا *absolutè* مطلقًا حرام اولور *absolutè prohibetur.*

dc

de mir. mund. شرعًا *Judicialiter.* اول آدمي شرعًا تعزيـــر ايدرلر *hunc hominem Judicialiter puniunt.* Chur. Eff. Et alia plura.

Aliquando ſub hujuſmodi nasbatis adverbiis, latet adverbium latinum *quoad*: طولاً اون بش كونلك يول در *quoad longitudinem, via quindecim dierum eſt.* de mir. mund. Item ibid. و عرضا تيجي اون كونلك يول ايمش *& quoad Latitudinem fuit via decem dierum.* طولاً و عرضا بيوك جزيره در *quoad longitudinem & latitudinem magna inſula eſt.* de mir. mund.

Aliquando, locô tanvini nasbi, ſimplici fathâ utuntur, v.g. أكثريا *plerumq́,* v. g. اول علم روم ولايتنه دوشدوكنده روم علماسي أكثريا اول علمي كرو عرب يلى اوزرينه بيان ايدوب عوام خلقنه علم نافع يرّ آلتنده پر كزلي مال كبي مستور قلدي *Poſtquam hac ſcientia* (doctrina) *in Graciam incidit* (delata eſt) *Gracia ſapientes etiam plerumq́,* vel, *ùt plurimùm, demum juxta Arabum linguam explicabant. Plebi, doctrina utilis, veluti divitiæ abſcondita ſub terra, condita permanebat.* Col. Iſlam. دايما *ſemper continuò*, ùt: فلان آدم دايما ايلكك و صلاح اوزره در *Talis quidam ſemper eſt in bonitate & tranquillitate.* Chur. Eff. مقدما افنديــز

 علي

علي پاشايه خبر كوندردي *Dominus noster præcedenter Aalij Bascha informationem dedit.* Gem. Hist.

Quartò: Turcæ amplectuntur etiam formam adverbiorum Persicorum in انه, sive ex arabicis, sive ex persicis adjectivis emanent. Ex arabismo عاقلانه *Sapienter, prudenter*, adjectivè بر عاقل و دانا آدم بولنمدي *Non repertus fuit vir Sapiens aut Prudens*, adverbialiter: بنم قرنداشم كون بكوندر عاقلانه حركت ايده لم *Mi frater dies in diem est* (dies post diem labitur) *sapienter nos moveamus.* Gem. Hist. adjectivè: محب مخلص *Amicus sincerus*, محبانه انها اولنان بو در *quod amicabiliter significatur hoc est.* مخلصانه انها اولنان بو در *Quod sincerè significatur hoc est.* Ex persico دوست adjectivè *amicus*: سن بنم دوستم سن *Tu es meus amicus* دوستانه انها اولنان بو در *Quod amicabiliter significatur hoc est.* ex lit.

Quintò: Præpositiones arabicæ cum arabicis; persicæ, cum arabicis & persicis; & postpositiones turcicæ cum arabicis persicis & turcicis substantivis junctæ, ad adverbia turcismi trahi, & à Latinis vel nominaliter cū præpositione *cum* vel adverbialiter sumi possunt; sic ex arabicis بالتمام *completè, perfectè*: اوجي ايله آلتوني صيارلر

چقارْ آلتونْ بِرْ بيكَنْ بِالتَّمَامْ صَيارلَرْ *Volâ suarum manuum numerant, mille & unus aureus, cum perfectione*, vel, *completè prodit.* Hist. Mahm. بِالْجُمْلَة *in summa, in totalitate, summatim* چاسارْكِنْ بِالْجُمْلَة عَسْكَري وَمَجارْ عَسْكَري قرقْ بيكَنْ *Cæsaris, in summa*, vel, *in totalitate*, vel, *summatim Exercitus, cum exercitu Hungarico, sunt quadraginta millia.* Ex lit. بِالذَّاتْ *essentialiter, propriè*, v.g. بَعْضي امُورْ واركه بِالذَّاتْ جَنَابِ پادشَاهه مَخْصُوصْدُرْ *Negotia quædam sunt quæ essentialiter*, seu, *propriè ad Regem spectant.* Hum. Nam. بِالْفِعلْ *Nunc, actu, actualiter*, ùt: بِالْفِعلْ مَجَارْ مَمْلَكَتنِنْكْ پالاطِنُوسي اسْترحازي ميقْلوسْ *Nunc, actu* vel *actualiter Regni Hungariæ Palatin⁹ Nicolaus Esterhazi.* بِالطَّبْع *naturaliter* عَاقِبَتْ عِلْمُكْ بِالطَّبْعْ سَويجيسي اوُلُورْ *Tandem naturaliter*, vel, *per naturam scientiæ amator erit.* de int. ment. بِالكُلِّيَّة *totaliter, omnimode* بُو جُمْلَه حَرامْدَنْ وَ اوْصَافِ ذَميمْدَنْ بِالكُلِّيَّه خَلاصْ اوُلْمغَه يُوقْدُرْ *Ab omnibus his illicitis & vituperabilibus attributis totaliter*, vel, *omnimodè*, vel, *cum totalitate eliberari non est remedium.* جَبَه خَانهء تَنْخي بِالكُلِّيَّه صُويَه بِرَاقْدي *Munitionem etiam totaliter ad aquam projecit.* ex lit. عَلَي التَّفْصيلْ

 fusè

fusè, *distinctè*, ùt: تمازلري علي ٱلتَّفْصيلْ قضا ايتدْوكدن *Ex eo quia fusè*, vel, *ex eo quia juxta extensionem*, *preces determinavit* علي ٱلخُصُوصْ بـــو : *præcipuè*, *principaliter* علي ٱلخُصُوصْ سرحدلرده قشلاية تعيين اولنان اون بيكْ تاتار ايدي *Præcipuè in his Confiniis ad hyberna determinati decem mille Tartari.* Gem. Hist. فوق ٱلحدّ و ٱلغايــة فوق ٱلحدّ *supra, ultra, summopere*. مسرور اولديلر *supra*, vel, *ultra modum*, seu, *summopere & excessivè lætatus fuit.* في ٱلمثل *in similitudine*, seu, *pariformiter*. v. g. آسمانك كنغلري في ٱلمثل قورلمش *Cæli tractus in similitudine*, seu, *pariformiter extensi sunt.* de mir. mund. Et plura alia quæ usus edocebit, ùt: علي ٱلتَّعْجيل vel علي ٱلعجلة *festinanter*, *subitò*.

Pauciora sunt adverbia quæ sub hac formalitate persismum respiciant. Præpositio persica cum substantivo arabico, v. g. بتمامه *in perfectione*, id est: *perfectè* بتمامه چكي و ترازو اولميا بتمامه كوزلنه *Nè libra sit aut statera in perfectione*, seu, *perfectè attendatur*, Can. Ott. بر دوام *supra continuationem*, seu, *continuò esse*, *semper esse*, v. g. بر دوام اولهسن *esto supra continuationem*, seu, *continuò sis*, id est: *diù sis felix, diu vive*, &c. بيمعني سويلمك

Sinè

Sinè ſenſu loqui, id eſt: *inutiliter*, ſeu, *vanè loqui, fruſtra loqui*: بيمعني هنده ايلچي ارسال ايلديلر *Legatum fruſtra in Indias miſerunt*. de mir. mund. بي چاره *ſinè remedio, irremediabiliter*: بي چاره آغلادي *ſinè remedio*, id eſt: *irremediabiliter flevit*. بي كار *ſinè opere*, ſeu, *otioſè* بي كار كزن *Sinè opere*, vel, *otioſè incedens*. فرهاد پاشا طريق فساده سالك اولوب بو بهانه ايله اول ديارك اعياننڈن بش آلتي يوز مقداري كمستهلري نا حق يره خفيـــة قتل و هلاك ايتدردي *Ferhad Baſſa per iniquitatis viam ambulabat, & hoc cum prætextu, quinque*, vel, *ſexcentos circiter illius regionis Magnates injuſtè & occultè occidere & perire fecit*. Hiſt. Suleim. Si plures hujuſmodi phraſes reperientur, praxis eas ſuggeret.

Turcæ poſtpoſitiones ſuas pluribus arabicis ſubſtantivis, aut maſdaris jungunt, quæ ſæpiſſimè adverbiorum locô capi ſolent, v. g. شهوتيله *cum appetentia, cum libidine*, id eſt: *appetenter, libidinoſè*, ùt: نيخي بر كمسنه نا محرم عورته شهوتيله نظر ايلمه *Si quis etiam ad fœminam extra clauſuram exiſtentem appetenter*, aut, *cum appetentia aſpiciet*. C. Iſl. Itē ibid. قصد ايله *cum propoſito, ſponte, deliberatè*, بر كمسنه بر وقت نمازن قصد ايله ترك ايلسه *Si quidam, tempore aliquo, cum propoſito, ſponte*, vel, *deliberatè*

Orationes omittat. Col. Iſl. Item بنم دوستم حقیقتن ایله بلمکك استروز *Mi Amice, per veritatem ſcire volumus*, vel, *veraciter ſcire volumus*. ex. lit. Item. هر وجهله کمسنکك مساویسن سویلمکدن پرهیز ایدهسن *Per omnem modum*, aut, *omnimodè cavebis ab elocutione vitiorum alicujus.* de int. ment. Et alia plurima, quæ praxis exhibebit.

Sextò. Subinde Turcæ per regulam *Quotieſcunq;* perſicam, id enuntiant, quod Latini per adverbium enuntiarent, v. g. همان توبهء تعجیل ایدك ad verbum eſt : *Solummodo feſtinationis pænitentiam facito* Latini dicerent. *Solummodo feſtinanter pænitentiam agito.* de Illum. ment.

Harum igitur regularum in abſtracto ſumptarum adverbia, ſtudioſorum quiſque ad ſpeciem illam adverbiorum ad quam referri debent, ſuâ ipſâ prudentiâ retulerit· Cætera juxta eum ordinem qui in rudimentis Alvari reperitur, adjectis Gentis phraſibus, ſubjunguntur.

Optandi, de iis particulis obſerva id, quod ſupra in Optativo præſente verbi بقمق & سومکك adnotatum eſt.

Vocandi ای یا.

Interrogandi نیچون *cur* نیجه vel نیجه *quomodo?* نه سبب ایچون

إيچون *qua de causa, quare* & subinde نتە pro نچە & nominaliter نه شكل *quæ forma*, id est: *quomodo* نه يوزدن *qualiter? quomodo?* ùt: صلحي نه يوزدن ايدەلم *qualiter*, aut, *quomodo faciemus pacem?* Gem. Hist. Ad interrogationes pertinet ùt plurimùm syllaba مي, quæ Latinorum particulæ interrogativæ *nè* correspondere videtur, verbisque in sensibus interrogativis uno tractu adscribitur & enuntiatur v. g. يوقمي *num non est? nonnè habet?* وارمي *estnè? habetne?* سورمي *amonè?* سورميسن *amasnè?* سوردمي *amatnè?* اوقودمي *legitnè?*

Respondendi affirmativè اوت vel بلي ita اويلەدر *ita est* بلكه *immo* بلكه دخي vel بلكيدە *quin immo* ظاهر vel تحقيق *verè*, vel كرچك *certè*, vel مقرر *profectò, certò* vel صحيح vel كرچه تحقيقا *certè* بلا ريب vel بي كمان *sine dubio, procul dubiô* vel كرچه كه *quamvis, etsi* حد داننده *in ipso termino*, vel ùt dicimus *in terminis terminantibus, tandem,* &c. في الواقع *accidentaliter, contingenter* اولسون نولا vel نه اولا vel كرچكدن *re verâ* باش اوزره *supra caput*, id est: *Omnino* باش نه كوزل *esto perbellè* باش اوستنه

بَاشْمْ كوزم اُوسْتنَه *ad superioritatem capitis*, id est: *libenter* اُوسْتنَه *ad superioritatem capitis & oculi mei*, quasi Latinè diceres: *libentissimè ex toto corde.* جَانْ ايلَه بَاشْ اُوسْتنَه *Per animam & ad superioritatem capitis ejus*, phrasis Gentis id est: *libentissimè* جَانْ و كُوڭلدَنْ *ex animo & ex corde.*

Respondendi negativè يُوقْ *non* خَيرْ *bonum*, sed in usu pro *non.* Quasi quis negando diceret: *omne bonum*, quod & in nostris loquendi modis nonnunquam in usu est, v. g. Was neues mein Herr? alles gutes. Sive sit quid boni, sive non. وَ نَه *nec, neque* نَه اُوْلْ نَه بُو *nec hic, nec iste.* نَه بَنْ وَ نَه سَنْ *neq; ego, neq; tu.* Et adverte negantes particulas يُوقْ & نَه, in usu esse, dum verbo negativo non junguntur, aliàs negandi vis verbo adhæret. Ast ubi per negationem actio affirmans negatur, verbum affirmativè sumptum, manet in sua forma affirmativa, & ei particula negativa نَه præponitur, v. g. وَ نَه آذِي اُولْدُرْديلَرْ وَ نَه آنِي اَصْديلَرْ *neq; eum occiderunt*, *neq; eum suspenderunt.* de int. ment. Item دُرْكه طَايِفَه بُو بِرْ كَفَرَه نَمْچه دُو نَه صُلْحه رَاضِي وَ نَه سُوزْدَنْ آلُورْ وَ نَه اِلْزَامْ اُولُورْ *Hi Germani Infideles, populus est, qui neq; pace contentus, neq; de verbis accipit, neq; cogitur.* Gem. Hist. نَه نَاصِحْلَرِينْكْ كَلَامِنِي وَزْنْ و حِسَابَه الديلر

آلديلرْ وَ نه اَسْرَارِ سَلْطَنتِي كه اِسْرَارِي وَاجِبْ اِيدي بنْدَنْ مَخْفِي طُوتْديلرْ *Nec consulentium verba ponderârunt, aut perpenderunt, nec imperij secreta, quorum celatio necessaria erat, à me absconderunt.* Hum. Nam. برْ شَيْ *res aliqua*, sed pro *nihil* sumitur. برْ شَيْ . بِلْمم *nihil scio.* هيچ *nihil* برْ شَيْ هيچ *nihil.* Adverte, quòd particula negans, verbo negativo cum permanente vi negationis jungatur. هيچ بِلْمم *nihil scio.* Item syllaba negativa constituens verba negantia, suô modô hujus loci esse videtur عمرا *nunquam.*

Confirmandi دُرُسْتْ *bene, rectè*, ejusdem rationis cum præcedente respondendi affirmativè, quod vide.

Negandi vide *respondendi negativè* paulò ante. Præterea negandi vis in *nè*, si Gentis phrasem consideremus, etiam ex modo loquendi affirmativè educi potest, infinitivo verbi affirmativi, postpositionem دَنْ adjiciendo, v. g. غرقْ اُولْمَقْدَنْ زِيادَه خوفْ اِيْلَدي si infinitivus غرقْ اُولْمَقْدَنْ substantivè sumatur, est: *à submersione valde timuit.* Si verbaliter, hoc ipso sensu stante, est: *timuit nè submergatur.* de mir. mund. Item ibid. اَللّهْ صَقْلاَسُونْ اَهْلِ اِيمَانْ بُو وَبَالَه كِرِفْتَارْ اُولْمَقْدَنْ *DEUS avertat, nè fidelis hôc infortuniô prematur.* Item مَحْو اُولْمَقْدَنْ غَايَتْ

قورقو وارندر بر ضرر و زيان تلمكدن و بر كزند ايرشمكدن حفظ و حراست ايدر Nè (illi) *noxa aut damnum aliquod immineat, aut nè detrimentum instet, protegit & custodit.*

Notandum est, quòd, etsi particula negativa مه ipsi negativo verbo insit, si negatio ex causa fuerit, post verbum negativum postpositio ايچون ponenda erit, ùt: حق سبحانه و تعالى انلرك اوزرلرينه بر ملك موكل قلدي بدنلري چوروممسون ايچون بونلري هر كون بر يانته دوندرردي *DEUS Excelsus super eos* (illis) *Angelum quendam præfecit, qui corpora eorum, nè putrefierent, quotidie ad partem unam vertebat.* de mir. mund. يوق *non* هيچ *nihil* vid. Tract. 2. cap. 8 in additamento. هيچ بر وجهله *nullô modô* هيچ بر وجهله تقيمانوسدن خوف ايتمدي *à Deciano nullô modô timuit.* de mir. mund.

Dantur quædam particulæ apud Latinos, quæ verbis aut nominibus præfixæ vim negandi in se continent, quæ verbis junguntur, faciunt verbum turcicum in esse suo negativo permanere, v. g. *ignorare â gnarum esse*, est negatio in ipso verbo turcico, juxta regulam nempe: واقف اولمامق. حالكه واقف اولمادم *statum tuum ignoravi*, ast quæ nominibus adjiciuntur apud Turcas, in nomine manere non possunt, sed negatio ad verbum quod in sensu reperitur, cadere debet, v. g. *inobsequens* ut nega-

gativè cadat, negativum verbum ab اُولْمَقْ quod eſt اُولْمَامَقْ ac-
cipiendum eſt; مُطِيعْ *obſequens* ſignificat اُولْمَامَقْ مُطِيعْ *obſe-
quentem non eſſe*, erit pro: *inobſequentem eſſe* & ſic de cæteris, cum proportione ad ſenſum autem, verbum capiendum eſt. Huic regulæ ſubinde derogat Tract. 2. cap. 5. non arte ſed authoritate.

Dubitandi بَلْكه *fortè, forſan, fortaſſis, fortaſſe.* اُولَه كه
vel شَايَدْ كه vel شَايَدْ كه بَعْدَ زَمَانٍ پِشِيمَانْ *forſan, fortaſſis*
اُولُورْ *forſan poſt tempus,* (aliquando) *pœnitentiâ ducetur.* Hum.
Nam. اِحْتِمَالْدُرْ كه زَحْمَتْ وَ بَلاَ چكَمسِنْ *fortè moleſtiam & in-
fortunium patieris.* قُو كِتْسُونْ شَايَدْ كه بُونْكْ عَوْعَاسِنْدَنْ تَلْبْكِي
دَوْشَه بَاشِمْزْ غَوْغَايَه *Sine, ut canis tuus abeat, fortè ejus latratu
caput noſtrum in diſcrimen cadet*, id eſt: *de capite noſtro agetur.*
de mir. mund. اِحْتِمَالْدُرْ *tolerantia eſt*, id eſt: *eſſe poteſt*, id eſt:
fortaſſis.

Hortandi هَلَه *eja* هَلَه ايمْدِي *eja ergo* پَسْ ايمْدِي *igitur*
& verbaliter: كُورَيمْ سَنِي *videbo te*, id eſt: *agedum*, غَيْرَتْ ايلَه *fac
animum*, ſeu, *audacter*, تِيزْ اُولْ *velox eſto, velociter*, طُوتْ تِيزْجَه
ſubitò cape, id eſt: *citò agito*, تِيزْجَكْ *citiuſcule.*

Prohibendi. Omne verbum prohibitionem significans, ùt: صَقِنْمَقْ *cavere* پرْهيزْ اِيتْمَكْ *abstinere*, & si quæ alia hujus significati reperiuntur, item omne verbum negativum, in se negationem simul & prohibitionem continet. دَكْمَه imperativus à دَكْمَكْ *sinere*, *relinquere*, servit aliquando pro particula prohibendi, sed verbo negativo præponetur, v. g. بُو صُويَه مَريضْ اُولْمَيَانْ دَكْمَه كِرْمَزْ *Adhanc aquam, qui infirmus non est, caveat nè ingrediatur.* de mir. mund.

Eligendi بَلْكَه *immò, quin immò, potius*, v. g. اُوچُنْجي عِبَادَتْ رَمَضَانْ آيِنِي اُورُوجْ طُوتْمَقْدُرْ وَ اُورُوجْ هَمَانْ يَمَكْدَنْ اِيچْمَكْدَنْ جِمَاعْدَنْ اِمْسَاكْ اُولْمَغِلَه اُولْمَازْ بَلْكِه نَوَاهِيدَنْ اِجْتِنَابْ اِيدُوبْ اَفْكَارْدَه وَ اَقْوَالْدَه اَطْوَارْدَه وَاَفْعَالْدَه اِمْسَاكْ اُولَاسِنْ اُوزْرَه *Tertia servitus est observatio jejunij mensis Ramezani, & jejunium solummodo in abstinendo ab esu potu & coitu, nequit esse, immò*, vel, *quin immò*, vel, *potius abstinendo à rebus prohibitis & in cogitationibus, & in verbis, & in procedendi modis, & in actionibus supra cohibitionem esto* (te cohibebis) de int. ment. Item. عَوَامْدَنْ نِيچَه كِمَسْنَه لَرْ آنْلَكْ دَرِيسِنْدَنْ كَنْدُويَه تَقْتَانْ اِيدينُورْلَرْ وَ اِنِّي تَفَخُّرَا كَيُوبْ بَلْكِه نَمَازْ دَخِي قِلُورْلَرْ *Quidam de plebe*

plebe sibi ex ejus (tigridis) ***pelle vestes fieri curant, & eas ob gloriam induunt, immò etiam preces persolvunt*** (in talibus vestibus scilicet, lege Muhammedanâ prohibitum indumentum, quô, qui indutus est, à precibus arcetur.)

Terminus Latinorum *potius* ad adverbia eligendi pertinens, apud Turcas, in oratione, non ita latè patenter significat ùt apud Latinos, hinc est quòd cum terminus hic de Latinismo ad turcismum est transferendus, examinandus sit, potest enim contingere ut terminus hic apud Latinos electivè simul & comparativè, aut solummodo electivè in orationem cadat, qua de causa, in turcismo, termini diversitas reperietur: per *electivè* & *comparativè* intelligo, si terminus Latinus *potiùs* eodem stante sensu, ad comparativum simul vim electivam habentem cadere possit, quod ex adjectione particulæ *quàm* colligi potest, v. g. *potiùs obambulabo quàm sedebo.* Quia huic termino *potiùs* vis electionis cum comparatione inest, etiam Latinè dici poterit, *Melius est ut ambulem quàm ut sedeam.* & tunc regula illa Tract. 2. cap. 16. *de comparativis* ج. *In expressione electionis*, &c. locum habebit, & hìc prænotatum exemplum in turcismo sic cadet: اوتورمقدن ايسه كزيم يكدر item: *potius bibam quàm comedam* يمكدن ايسه ايچيم اولادر & elegans est sequens modus loquendi اولمكدن ايسه نصف مال ايله خلاص اولمق دولت و سعادتدر *Potius quàm mori, mediâ substantiâ liberari, prosperitas est & felicitas.* de mir. mund. Quòd si terminus latinus *potius* in sola vi electionis sinè comparationis termino permanserit, tunc Turcæ voculis بغي تيمز id est: *citius* uti solent, v. g. Si detur inter duas res optio, & quis diceret, *hoc potius accipiam*, dicerent Turcæ:

بوني

تيمز آلورم نَهَا بونِى & quia تيمز نبخى nihilominus etiam com-
parativi gradus est, comparativorum more construi poterit, v. g.
potiùs hoc accipiam quàm illud. تيمز آلورم نَهَا بونْدَنْ بونِي &c.

Comparandi زيادة *magis* آرتوق *plus amplius*, compara-
tionis ratione زيادة magis in usu est quàm آرتوق, hoc آرتوق
verbis persæpe simpliciter adjungitur, v. g. آرتوق آغلامز *plus*,
ultra, amplius non flet آرتوق اويور *jam dormit*. Particula com-
parativi *quàm*, verbis juncta in postpositionem دن transit, ùt:
حرامدن و ربادن بر درهم كسب ايلمكى اوتوز كز زنادن اشد در
Ex illicitis & ex usura drachmæ unius utilitatem facere, durius est,
quàm trigesies machari. Col. Isl. آرتق اوله ديدى *plus fiat dixit.*
زيادهجه ùt plurimum.

Congregandi جميعا *collectivè* معا vel بله vel بيله vel
بلهجه *simul* برله pro بر ايله *unà simul*, &, *unà cum* سوكو برله *unà*
cum amore. باشقجه vel باشقه باشقه

Separandi بر بر *seorsim, sigillatim*
seorsim, separatim, sejunctim, distinctè هبان ملاى آلاى *solummodo.*

Intendendi hæc adverbia plerumque è prædicta regula
hujus

hujus capitis: *Quintò Præpositiones arabicæ cum arabicis*, &c. كسكنلكله vel سرتلكله vel تأكيد ايله تقيّد ايله *acriter* *studiosè, diligenter* زور ايله vel كوجمله *violenter* قوّتله vel قوترتله *fortiter, potenter* شدّتله *vehementer.*

Remittendi تنبللكله *Segniter negligenter* يابجه يابجه vel سهلجه سهلجه vel آهسته آهسته *paulatim.*

Temporis قچان vel قچن vulg' *hatschan, quando* نه زمان v.g. نه *quod tempus*, id est: *quando* شمدي *nunc* حالا vel حاليا terminus qui plerumque titulis dignitatis alicujus adjicitur, *nunc, actu* talis & talis. شمدیجككّ diminutivum à شمدي & شمدي *solummodo nunc, adesso á punto*, gleich anjetzo: في الحال *statim, subitò, illico* فوري *mox* فوريجه diminutivum hujus quasi *moxulle* si dicere liceret تيز *citò* تيزجه vel تزجه diminutivum ex تيز *citiusculè* تيز بازار prefici termini: *citò cum desiderio*, id est: *citissimè* تيز بازاري idem seu *raptim* يقينده vel يقينلرده *proximè, primò nuper* چوقدن *pridem, jam pridem.* بولدر vel كچن ييل *annò*

præ-

præteritô اوتَه كه ييلْ *tertiô ab hinc annô*, دُونْ *heri* اوتَه كُونْ vel
دُونْ دَكُلْ اوبرْكُونْ *nudius tertius* دُونْ كيجَه vel دُونْ آخْشَامْ *heri ve-*
ſperi, بُو كُونْ *hodie*, بُو كيجَه *hac nocte* صَبَاحْ vel صُبْحْ *manè*
آخْشَامْ *veſperi* يَارِينْ *cras* ايرْتَهسي vel يَارِنْدَهسى *ſequenti manè*
يَارِنْ دَكُلْ اوبرْ كُونْ *perendie* هَرْ كُونْ *quotidie* كُونْدَنْ كُونَه *de die*
in diem يِيلْدَنْ يِيلَه *de anno in annum* هَرْ زَمَانْ vel دَايِمَا vel
هَمِيشَه *ſemper* كُونْدُوز كيجَه *diu noctuq;* صَبَاحْ آخْشَامْ *manè*
veſperiq; كَچَنْ زَمَانْدَه vel كَچَنْلَرْدَه *nuper, olim, tempore præteri-*
to يَقِينْلَرْدَه *proximè* اوّل كُونْلَرْدَه vel اوتَه كُونْلَرْدَه *nuper* عَنْ قَرِيبْ
vel يَقِينْدَه *brevi tempore, paulò poſt* صَبَاحْدَنْ بِرُو *à manè* كَاهْدَه
بِرْ vel كَاهِجَه بِرْ vel كَاهِبْجَه بِرْ vel كَاه كَاه *ſubinde, aliquando, in-*
terdum بِرْ زَمَانْ *aliquando, olim* اوّل زَمَانْ vel اوّل وَقْتْ *tunc* (de
tempore) هَمَانْ سَاعَتْ *illico, eô inſtanti,* بِرْ آزْدَنْ vel بِرْ آزْدَنْ
صُكْرَه *paulò poſt* بِرَزْ *aliquantulum* بِرْ سَهَلْ *paulisper* بِرْ آنْ vel بِرْ
لَحْظَه *unô momentô* اِرْ vel اِرْجَه vel اِرْكَنْ vel اِرْكَنْجَه *maturè, tem-*
peſtivè

peſtivè كَچْ *tardè* كَچْچَه *tardiuſculè* بِرْ نيچَه *quouſq; tandem* نيچَه سَنْ بُونْدَه سَجْدَه‌دَه نيچَه‌يَه *quamdiu?* نيچَه‌يَه دَكِينْ & يَعْنِي كِي قَاچْ زَمَانْ دَكِينْ *in hoc orationis actu quamdiu permanebis.* قَالُورْسِنْ & نَقَدَرْ زَمَانْ *quamdiu?* اُولْ قَدَرْ زَمَانْ *tamdiu.* Alia hoc locô obſervatione digna, vide in ſequente capite. اَلْآنْ *nunc* چُوقْ زَمَانْ *diu* اَوَّلْ vel مُقَدَّمْ *antea* اَقْدَمْ بُونْدَنْ *ante hac* صُكْرَه *poſtea* بُونْدَنْ صُكْرَه *poſthac* صُكْرَه اٰتّي *ultimò tandem, demum* اَكْسِزْ vel آپْ طَرْفَةُ vel اَكْسِزِينْ *derepentè, ex improviſo* طَرْفَةُ اَلْعَيْنْ vel اَكْسِزْ اَلْعَيْنْدَه *in nictu oculi* صِقْ صِقْ vel صِقْچَه صِقْچَه *ſæpe, ſæpiſſimè* بُو اَثْنَادَه vel بُو آرَادَه *interim, interea* كُونْدُوزِينْ *de die, interdiu* كيچَه ايلَه *noctu, de nocte* يَازِينْ *in æſtate* قِيشِينْ *in hyeme* اُورُوجِينْ *jejunij tempore* اُويْلَه‌يِنْ *meridiano tempore* يَارِيسِنْدَه دُونْ *de media nocte* صَبَاحِينْ *tempore matutino* آخْشَامِينْ *tempore veſpertino* قُوشْلُغِينْ *tempore nonæ, ſeu, medio inter ortum ſolis & meridiem* اِيكِنْدِيِينْ *tempore medio inter meridiem & occaſum* يَاتْسِيِينْ *tempore inter crepuſculum nocturnum & mediam noctem*, &c. Ex lexicis.

Loci Quia hæc adverbia apud Turcas ex nominibus & poſtpoſitionibus fiunt, juxta interrogationes *quo? ubi? unde?* ubi.cap.1. & 3. de poſtp. obtinebuntur, quo ſtudioſum remitto.

Numeri قاچ کره vel نیچه دفعه *quoties?* اول دکلو *toties* بر قاچ کره vel چوق کره vel دفعاتله vel مرات و کرات *aliquoties*, vel *multoties*, & numeris cardinalibus poſtponuntur, vel کره vel دفعه vel کز & habentur adverbia numeralia, velut: بر کره vel بر دفعه vel بر کز *ſemel* ایکی کره vel ایکی دفعه vel ایکی کز *bis* اوچ کره vel اوچ دفعه vel اوچ کز *ter* دورت کره vel دورت دفعه vel دورت کز *quater* اون کره vel اون دفعه vel اون کز *decies* یکرمی کره vel یکرمی دفعه vel یکرمی کز *vigeſies* اوتوز کره vel اوتوز دفعه vel اوتوز کز *trigeſies* یوز کره vel یوز دفعه vel یوز کز *centies* بیک کره vel بیک دفعه vel بیک کز *millies* & ſic conſequenter. سیمرک vel نادر *rarò* کیرو *retro* ینه vel کنه vel یکیدن *demum*, *denuo*, vel, *de novo*, *rurſus* بر دخی *ad huc ſemel* قات اندر قات *multipliciter* هر جان قاچ دفعه ایشتدیسه اول دکلو حج میسر اولدی *omnis anima quoties audiviſſet, toties ei peregrinatio facilis evaſit.*

evasit. Col. Islam. Item كرّاتْ و مرّاتْ تجْربه و امْتحانْ اولنْمشْدرْ *aliquoties, multoties praxi & experientiâ comprobatum est*. de mir. mund. غالبا vel غالبًا *potissimùm, fere, maximè, plerumq;* significant, sed participium غالبْ etsi juxta phrasem turcicam in statu participij permanere videatur, respectu Latinitatis adverbialiter sumendum esse videtur, ùt : بينْ النّاسْ استعْمالي غالبْ اولْدوغيچونْ مطْلقًا استعْمالي حقنْده نهى حديثي وارْداولْمشْدرْ *Quia inter homines ejus usus est prævalens* (maximè prævalet) *in ejusdem usûs favorem, sententia interdicti pervenit* (emanavit) de mir. mund.

Ordinis مقدّمًا *antecedenter*, *antehac* صكْره vel اندنْ *posthac*, *deinde* غيبْ دنا حتى ذاتنْده vel عاقبتْ *postremò* آخرْ *tandem*, *postremò* آخرْ الامرْ vel عاقبتْ الامرْ *tandem*, *postremò* الحاصلْ *summa rei*, *tandem*, *in summa*, *summariè* محصّل كلامْ *productum verbi*, seu, *productum è verbo*, id est: cùm nos Latini dicimus : *concludenter*; seu, *conclusivè loquendo* نتيجه كلامْ *consequentia verbi*, nos dicimus *sermonis summa*, vel, *quod è sermone sequitur* برْبرنه *simul*, *invicem* sed cum motu *ad*, quasi, *unus ad alterum* برْبريله *simul*, *invicem*, seu quasi, *unus cum altero*, aut, *inter se invicem* ùt :

ùt: حاكم شهر طرفندن بريسي گچركن بونلرك بربريله نزاع و جدالن استماع ايندي *Ex parte Urbis, sapiens quidam abambulando, illorum inter se invicem contentionem & disputationem audivit.* de mir. mund. بررجك بررجك *sigillatim per particulas,* ùt:

بو طاشك آلتنده كزلو كنز وار در ييجيمدك آلتونك بررجك بررجك يلان كتوره سنه منتظر اولالم *Sub hoc lapide thesaurus aliquis latet, quamdiu allationem serpentis sigillatim per particulas præstolabimur.* de mir. mund. صره ايله *consecutivè, subsequenter, successivè,* id est: *unus post alterum.* نوبتيله *vicibus successivis,* vel, *ordine successivo* آلايله *solenniter, pomposè,* ùt in publici triumphi exhibitione صف صف *odinatè* Italis: *alla fila* Germanis Gliedweiß / ùt in progressu militum.

Modalitatis, adverbia modalitatis, seu modum, quô fit actio exprimentia, fiunt repetitione nominis substantivi, è quo adverbialiter, modalitatis significatum, directè vel descriptivè educi potest, ùt in exemplo: *turma,* dabit adverbium directum, *turmatim,* cohors autem, dabit adverbium descriptivè modalitatem connotans, adminiculô præpositionis *per* v. g. *per cohortes,* cùm ergo modalitatis actio adverbialiter est exprimenda, fiet apud Turcas ejusdem substantivi repetitione, sic in Historia Sultani Suleimani بلوك بلوك سپاهيلر سلحدارلر علوفه جيلر غريبلر طلب

طَلَبْ طَلَبْ قُوشُونْ قُوشُونْ جُمْلَه جُمْلَه جَمْعْ جَمْعْ كُرُوهْ كُرُوهْ صَفْلَرْ دُوزَتْمِشْلَرْ *Sypahi, Ensiferi, stipendiarij & peregrini, turmatim, appetenter & festinanter, simul, collectivè, confertim & per cohortes, ordines disposuerunt.* Hist. Suleim.

Numeri ordinales adverbialiter sumpti, plerumque ex arabismo cum tanvino nasbi, ast in purum fatha conversô ad Turcismum trahi solent, ùt: أَوَّلَا *primò* ثَانِيَا *secundò* ثَالِثَا *tertiò* رَابِعَا *quartò*, ùt: أَوَّلَا شَرَايِطِنْ ذِكْرْ ايدَهلُمْ ثَانِيَا سَاعَتْلَرِينْ ثَالِثَا هَرْ بِرِينُكْ حِصَّهلَرِينْ بَيَانْ ايدَهلُمْ *Primò conditiones ejus commemoremus; secundò horas ejus, tertiò uniuscujusq; partes demonstremus.* lib. cabal.

Eventûs يُوخْسَه vel وَ الَّا *aliàs, alioquin.* هَلَه *sit, ùt sit, ùt ùt est.*

Similitudinis hæc adverbia, amplè se extendunt, ùt hìc patebit, ùt: نِتَه vel نيجَه vel نِتَهكَه vel نيجَهكَه vel نِتَهكِمْ vel شُويْلَه نيجَه كِمْ *quemadmodum, sicut* أُويْلَه vel أَيْلَه vel بُويْلَه vel *sic, ita* أُويْلَه هَمَانْ *omnino, hoc modô, sanè*, vel بُونْجِلَينْ *hujusmodi, ejusmodi.* صَانْكَه vel كُويَا vel كُويَاكَه vel قَرْصَاكَه vel

بياغي

بیاغي vel مَحْضا *quasi, acsi, quasiverò, planè, aquè ac, perinde, acsi.* صُورتًا *apparenter.*

Quomodo autem particulæ بُونْجِلَيِنْ & آنْجِلَيِنْ nec non particulæ کبي ✿ بِرلَه ✿ اُوزرَه adverbia similitudinis, orationi sint applicanda vid. Tract. 2. cap. 8.

Particulæ similitudinis, persæpe ex arabismo petuntur, v. g. كَمَا كَانَ *sicut fuit*, v. g. قُوجَالِغِي وَ ضَعْفِي كيدُوبْ يَكْي بَاشْدَنْ تَرُو تَازَه اُولُورلَرْ وَ يِكتِلكلَرِي كَمَا كَانَ عَوْدَتْ ايدَرْ *senectus & debilitas recedit, denuo à capite molles & recentes evadunt, & eorum Juventus sicut fuit, redit.* de mir. mund. كَمَا فِيْ ٱلْأَوَّل *sicut præcedenter*, v. g. كَمَا فِيْ ٱلْأَوَّل قُورْتَه قَلْعَهسِني مُحَاصَرَه ايتْدِي *sicut, præcedenter munimen Coronam obsedit.* Gem. Hist. كَا لْأَوَّل *sicut ante* يِقِلَانْ يَرِي كَالْأَوَّل بِنَا ايدُوبْ كَذَلِكْ مُحْكَمْ يَاپْدُورَهسِنْ *diruta loca, prout ante, ita fortiter exstrues.* Gem. Hist. كَذَلِكْ *similiter, pariter,* ùt: جِغَا نَاحِيَهسِنْدَه كَذَالِكْ *pariter, similiter in districtu Cziga.* Can. Ottom. تَا positum ante verbum, & ejusdem casum & sequente immediatè نَتْلُو pro latinis particulis

acsi

acsi stare posse videtur: تا آني اولدرمك معصيت اولماييمي *nonnè acsi eum occidissent, prævaricatio facta est.* de int. ment. Particulæ similitudinis subinde in ipso sensu implicitè continentur, v. g. حاشا اول آصلان تكري اولمق واريمشسه ايدي كركيدي كيم جمله عالم يوغ اولايدي يرلر دپرنمك وكونش طوتلمق نه جزوي نسنه در بونلر خود هميشه اولەكلمكده در *Absit! si possibilitas fuisset, ut ille crucifixus, DEUS fuisset, oportuisset, ut totus Orbis in nihilum redigeretur, terræ motum esse, eclypsim solis fieri, quid partium est?* (quid miri est) *hæc autem semper in antiquo accidere sunt*, id est: *accidunt, sicut ab antiquo accidere consueverunt.* de int. ment. Ita Muhammedani Christi divinitatem negantes.

Aliquando arabico substantivô رسم *signum, vestigium* ad dativum turcicum collocatô, præcedentibus turcicis pronominibus utuntur, ùt: وافر ياغمور ياغدي شو رسمه اولدي كه چورەمزدن سيللر روان اولديلر *abundans pluvia pluit, ita ut à circuitione nostra, torrentes manaverint.* Gem. Hist.

Dantur præterea duæ particulæ similitudinis جلين una & altera لين, plerumque pronominibus primitivis & demonstrativis absolutè sumptis postponuntur, & pro *sicut*, aut aliis adverbiis similitudinis stare solent, ùt: بنجلين *sicut ego* سنجلين *si-*

cut

cut tu اُولْجِلَينْ *ficut ille* سَنْ دَخي بَنْجِلَينْ اُولُورْسَنْ *tu eris fi-*
cut ego. de illum. ment. آنْكِجِلَينْ *ficut hujusmodi* آنْجِلَينْ اَسْبَابي
كُورْمَمِشِيمْ *hujusmodi vestem non vidi* بِزْجِلَينْ *ficut nos* سِزْجِلَينْ
ficut vos. In tertia persona conveniet potius آنْلَرْكِبي vel آنْلَرُكْ
كِبي *ficut illi.* لَينْ autem aliis nominibus adjici solet, ùt: مُحَمَّدْ
عِيسَي لَينْ اُولُوِيي دِرِي قِلُورْ *Muhammed ficut JESUS mortuos*
suscitat. Serag. Item. آشْكَارَه دُرْكِه آسْتَانَهء سَعَادَتْ طَرَفَنْدَنْ
كُوزَلْ صُلْحُمُزِي دُوغْرُولِقْ اِيلَه چَالِشْمِشِيزْكِه اَوَّلْكِهلَيِّنْ
دُوتَاوُزْ *Manifestum est, quòd ex parte felicitatis Porta, cum sinceritate, bona paci laboraverimus, ut pacem, ficut antea, observemus.*
Gem. Hist. Item & verborum temporibus, ùt: وَبُو نَه سَنُكْلِكَ
دَعْوَاسِينَه مُتَحَمِّلْ دُرْكِه كَلْدُوكْنْدَه بُو قَدَرْ نَسْنَه اَلُومَه كِيرْدِي
دِيُو سَوِينَهسِنْ وَ اَلْدَنْ چِقْدُقْدَه بُو دَكْلُو نَسْنَمْ ضَايِعْ اُولْدِي
دِيمَجَكْلَينْ اُولَا *& hoc neq; tuaitatis* (quod ad te pertinet) *praten-sionem sustinet, cum advenerit, dicendo: tantum quid ad meas manus pervenit? lateris, & cum, manibus exiverit, acsi*, vel *quasi dicturus esses, tam multum meum quid?* (quid de meo) *deperditum est.* de int. ment. Ast hic loquendi modus non adeò fre-

quens,

quens, nec alicui alteri tempori verbali, particulam junctam vidi, quòd si se ultro extenderet, praxis edocebit.

Particula كبي pro suæ collocationis diversitate, diversas particulas similitudinis significat, postposita nomini, pro *sicut*, aut pro *adinstar* stare potest, ùt: بر ممه‌دن كسلور اوغلانجق كبي
در *Sicut infans, qui ab ubere rescinditur* (ablactatur) de int. ment. آب كبي روان در *fluit adinstar aquæ.* de mir. mund. Pronominibus possessivis بنم ☆ سنك ☆ آنك ☆ بزم ☆ سزك ☆ آنلرك vim primitivorum & demonstrativorum pronominum tribuit, si iis postponatur, permanente significatô *sicut.* سنك كبي بر آدم كورمديم *non vidi hominem sicut tu* (es) Posita item post infinitivum verborum pro *prouti*, aut, *veluti* sumi potest, ùt: حقّ
تعالينك حرام بيوردوغي چوقدر يلان سويلمك كبي و زنـــا
ايلمك كبي و نا حق يره سويلمك كبي و غيبت سويلمك كبي
Ea, quæ DEUS Excelsus prohibuit, multa sunt, veluti, aut *prouti, mendacium loqui, mœchari, injustè loqui & detrahere.* Col. Islam. cum repetitione particulæ ad omnem infinitivum, quod apud Latinos in usu non est. Item pro *acsi* post præterita participiorum in مش ùt: اول كشي بندن ظلم شكايت ايتمش كبي در
Illa persona est, acsi me injuriæ arguens fuisset. Col. Islam. Ad has similitudinis particulas referri potest etiam syllaba adjectitia

جه sub duplici modo, primò simpliciter, & idem valebit ac Latini termini: *acsi*, vel *sicuti*, v. g. انجيل ترجمه‌سي بو جانبه ارسال اولنورسه دنيالرجه ممنون اولورز *Si Evangelii interpretatio transmittetur ad hanc partem, acsi mundi* (essent) *obligabimur*. Chur. Eff. Secundò: subinde huic جه præponitur نجه ùt: بر سراي ييرلركيم بيوكلكي نجه بو دنياجه *Palatium exstruunt, cujus magnitudo sicut hic mundus erit*. de illum. ment. گوره etiam pro particula similitudinis stare posse videtur, sed pronominibus primitivis dativi casus, jungi debet, quæ Latinorum respectu ùt possessiva significabunt, ùt: فلان كمسنه اويني بكا گوره ياپمشدر يعني بنم اومي گوردكدن صكره آكا گوره ياپمش در *Talis quidam suam domum sicut meam exstruxit*, id est: *postquam meam domum vidit, exstruxit unam sicut illa*. Chur. Eff.

Diversitatis غيري درلو vel غيري گونه quibus vocibus ita junctis, pro adverbio diversitatis *aliter*, seu *secus* utuntur, ùt: عثمانلي عسكري سردار ايله بغداد اوزرينه هجوم ايتمش زنهار قرشو طوروب جنك ايتميه‌سز قلعه‌ي ويره‌سن غيري دورلو ايتميه‌سن *Ottomanicus Exercitus suo cum Duce irruptionem fecit in Babiloniam, cave nè resistendo confligas, dabis munimen, secus*, seu *aliter*

aliter nè feceris. Ex lit. Item : يونده غيري كونه سعي و اقدام

اولنه *hic aliter*, seu *aliô modô laboretur.* Gem. Hist.

Addo per accidens, quòd Turcæ pro Italico termino *alla larga* dicant آلارغه & illis est idem ac *remotè*, ùt: نتره صوي قلعه‌نك بر يانندن آقار لكن خندقنه اوغرامز آلارغه آقار *aqua Nitra fluit ab una parte arcis, verùm ad fossam non ingreditur, remotè fluit.* Gem. Hist.

Qualitatis. Ex iis adverbiis, quæ in abstracto adducta sunt, ad hunc locum ea, quæ in numero tertio & quarto continentur, pertinere videntur, & adverbia pro qualitate interroganda, veluti: *qualiter, quomodo?* sunt نه شكل اوزره *qualiter?* seu, *juxta quam formam?* نيجه vel نيجه *quomodo? qualiter?* نيجه معقول كوريلورسه ايلجه اولنه *qualiter rationi consentaneum est, taliter fit.* Hist. Dav. Bas. نه يره *ad quem locum?* seu *quomodo? qualiter?* نه و ايتدي كسب قندن مالن ايلدي خرج يره *opes suas unde acquisivit? & ad quem locum,* seu *qualiter exposuit?* de mir. mund. نه وجهله *per quem modum,* seu *quomodo?* يره عذاب نه وجهله طور *pæna ad nos quomodo venit?* Col. Islam.

Quantitatis. چوق vel خيلي *multùm, multò* vel چوقجه *multulum* پك *valde,* پكجه hujus diminutivum, quasi *validiusculè* قتي *nimis* قتي چوق *nimis multum* آز *parum* بر مقدار *aliquantum*, in Tract. 2. cap. 8. inter hujusmodi adjectiva quantitatis, perplura adjectiva reperientur, quæ se nonnunquam adverbialiter sumi sinunt. Latinorum *quantò plus* vel *magis* per Turcarum نه مقدار & اولقدر enuntiantur, ùt hoc exemplô exhibetur: نه مقدار ديارندن دور اولسه رايحه سي اولقدر زياده اولور *quantò plus*, seu *quantò magis à sua regione remota* (aves nempe) *erunt*, *tantò plùs*, vel *tantò magis illarum odor erit*. de mir. mund. Et *tantùm*, *quantùm* per مقدار exprimitur, sed per regulam *Quotiescunq;* turcicè sumptam cum genitivo occulto, ùt: كاغد صافي صو ايچنده كفايت مقداري صمغ عربي قتمق *Ad aquam puram tantùm*, *quantùm sufficit*, *gummi arabicum miscere*. يشيل چنق ايچنده كفايت قدر تحريك ايده لر *in paropside viridi*, *tantùm quantùm sufficit*, *moveant*. de art. scrib. آنجق بو دگلو *tantùm* دگلو بيلورين *tantùm duntaxat scio*. Col. Islam. *Tantùm*, *quantùm* per syllabam نجه nomini adjectam enuntiari potest, ùt: يا احمد اكر بر قولم جمله كوكلرك بيرلرك اهلنجه نمازقلسه

O Acb-

O *Achmed! si quidam meorum servorum tantùm, quantùm Incolæ Cœli & terræ, oraret.* de int. ment. Item. per قدرنجه ùt: وجمله عالم خلقنك قدرنجه اوروج طوتسه *Et si jejunaret tantùm, quantùm Orbis populus.* de int. ment.

Nota اوش etsi minus civiliter pro اوشته aut اشته *en, ecce accipitur*, ùt اوش دورت يكا بقارم *Ecce ad quatuor latera aspicio.* de illum. ment. Sed salvô aliorum Judiciô pro interjectione dolentis, mihi stare posse videtur, quam vide.

CAPUT SECUNDUM.

Quomodo particulæ quædam adverbiales Latinorum ad Turcismum sint transferendæ?

UT in aliis lingvis, ita & in latina, certis sub modalitatibus, quarundam particularum usus est, qui alia in lingva sub illa ipsa modalitate non subsistit, qua de causa in modum inquirendum est, mediante quô, quædam illius lingvæ particulæ ad alterius lingvæ phrasem sunt transferendæ, v. g. Latinorum particulæ *quàm* & *tam*, diversis sub modalitatibus apud Latinos se orationi commiscentes, à Turcismo alia sub modalitate accipiuntur. De particula *quàm* in quantum comparativis latinis deservit, quomodo ad Turcismum transeat, suô locô jam visum est, sed quia constat, quòd hæc ipsa particula, adjectivis qualificantibus ampliando, vel imminuendo emphasim tribuat, exemplis, qualiter id in Turcismo contingat declarabitur. Prius igitur illius meminisse oportet, quod hìc in præcedente capite de

 ad

adverbiis in abstracto ad §. *secundò adjectiva*, &c. contingere enim potest, ut hæ duæ particulæ, *quàm* & *tam*, uno in sensu nominaliter incidant, & ad Tract. 2. cap. 8. ubi de adjectivis *qualis* & *talis quantus* & *tantus* agitur, pertineant, in alio sensu autem se adverbialiter habeant, ita ut differentia, inter unum & alterum terminum, è sensu sit colligenda. Notandum est præterea, particulam نه, quâ Turcæ sæpe pro *quàm* utuntur, terminum æquivocum esse, nam præter vim negandi, quam habet, ùt in præcedente capite dictum est, est & pronomen relativum: *quis, qua, quod*, vel *quid*, & *qualis, quale*, qua de causa contingit, ut nunc relativè, nunc adverbialiter significet. Ast, ut ad rem, quàm fieri potest, fundamentaliter accedamus, Latinitatis phrasibus, quæ in syntaxi sub hac particula reperiuntur, phrasem turcicam opponamus, hocque pactô, difficultas resolvetur, & pro.

Primò: Si particula نه soli substantivo addatur, relativi aut adjectivi *qualis* significato adhærebit, v. g. باشكه نه بلا تلدي *capiti tuo, quod infortunium venit?* vel *imminuit*? Chur. Eff. بو نه بهانه در *qualis est hic prætextus*? Quòd si substantivo adjectivum adjiciatur, adverbialem vim acquirit, & pro *quàm* stare solet, ùt: بو نه بلاء سياه در *hoc, quàm nigrum* (execrandum) *infortunium.* de int. ment.

Secundò: *Quàm affectibus serviens, quàm cùm admiratione, commiserationi atq; interrogationi permista servit.* Idipsum & apud Turcas contingit, ùt: اول نه هيبتلو تسنه در *quàm ab-*

abominabile quid, eſt hoc? de illum. ment. بو نه موتلو آدمدر *hic quàm felix*, ſeu *fortunatus homo eſt*.

Tertiò: *Quàm* pro *quantùm*, *poſitivis præponitur*. Sic & نه turcicum ſub hoc ſignificato, v. g. اي مؤمنلر جومردلك نه خوش نسنه در *O in unum DEUM credentes? liberalitas quàm pulchrum quid eſt*. Serag. اوزوم نه كوكجك طعام در نه لطيف نعمتدر *Uva quàm elegans eſca eſt, quàm amæna gratia eſt!* de mir. mũd.

Quartò: *Quàm* pro *quantum cum verbo poſſum iunctum, ſuperlativis adjungitur*. Hujus regulæ uſus apud Turcas ſat clarè videtur in mea turcica ſyntaxi, *de participiorum conſtructione*, ad titulum: *ad exprimendam quantitatem ſive in re, ſive in poſſe*.

Quintò: *Quàm ut*, *eleganter comparativa ſequitur*. Huic regulæ Latinæ correſpondetur apud Turcas per participia præteriti in دوق vel دوك, aut per participia futuri in جق vel جك additis affixis, ſequentibus poſtpoſitione دن & gradu comparativi. Vide in ſyntaxi turcica: de conſtructione participiorum turcicorum, ad titulum: *de particulis Latinorum plùs quàm, magis quàm, pluris quàm, minus quàm, quàm ut*.

Sextò: *Quàm* pro *valde ſuperlativis elegantiſſimè adjungitur*. Apud Turcas ponitur *valde* & obſervatur modus in Tract. 2. cap. 16. ad Titulum: de gradu ſuperlativi, & hæc quoad correſpondentiam cum ſyntaxi Alvari.

Par-

Particulâ *quàm*, utuntur Latini & in aliis loquendi modis, quos subjungere, iisque phrasem turcicam opponere lubet, v.g. *quinto die quàm*, id est: *post quintam diem*, vel, *post quinq; dies* بِشْ كُونْدَنْ صُكْرَه *quàm mox, quàm citò* هَمَانْدَمْ item عَلَي ٱلْفَوْرْ *quàm dudum tu advenisti?* سَنْ كَلَەلُو قَاچْ زَمَانْ دُرْ id est: *à tempore, quo tu advenisti*, vid. syntaxim in constructionibus participiorum. Sic &: *quàm pridem non edisti?* يِمَدُوكُڭدَنْ بَرُو قَاچْ زَمَانْ دُرْ *sunt vestrum quàm multi* سِزُدَنْ چُوقْ كِمْسَه دُرْ *quàm pulchrè!* نَه كُوزَلْ *verbis quàm usitatissimis uti.* پَكْ مُسْتَعْمَلْ كَلَامْلَر اِيلَه بِرْ نَسْنَه تَعْبِيرْ اِيتْمَكْ *quàm potero, adjuvabo senem*, id est: *in quantùm potero, adjuvabo senem.* پِيرْ اِنْسَانَه قَادِرْ اُولْدُوغُمْ قَدَرْ يَارْدُمْ اِيدَرُمْ *quàm maximas potest, armat copias.* قَادِرْ اُولْدُوغِي قَدَرْ بِرْ عَسْكَرِي قَالْدُرُرْ *quàm velit sit potens.* اِسْتَدُوكِي قَدَرْ قَوِي اُولْسُونْ vel قُوَّتِي اِسْتَدُوكِي قَدَرْ دَخِي اُولْسَه Horum loquendi modorum regulas vide in syntaxi *de constructione participiorum in* دُوقْ vel دُوكِي *quàm vellem etiam noctu amicis operam darem* وَ هَمْ كِيجَەدَه دُوسْتْلَرَه خِدْمَتْ اِيدَرْدُمْ *humanior, quàm doctior.* Similia comparativa ad nomina substantiva transferenda sunt, & juxta hanc phrasem dicetur; *potior est humanitas, quàm doctrina ejus.*

ejus. fietque اَنَبِي عِلْمِنْدَنْ زِيَادَه دُرْ . *Charior mihi es, quàm te offendam.* Talis phrasis latina ad causalem modum loquendi transferenda est, quia in ea allegatur causa, ob quam aliquid fit vel non fit, & hæc phrasis juxta hanc rationem sic resolvetur: *Quia tu mihi valde charus es, te offendere non possum,* quàm constructionem Latinam, turcicè sic exprimes: سَنْ بَنُم دوستم اُولوبْ سَني اِنْجِيدَه مَمْ . *Non potest majus quid facere, quàm eleemosynam dare.* Infinitivus verbalis in infinitivum nominalem vertitur, ut regula comparationis prodeat, v. g. *Eleemosyna datione non potest majus quid facere.* & Turcismi phrasis obtinebitur, nempe: صَدَقَه وِيرْمَكْسِنْدَنْ اَعْلاَ بِرْ شَيْ اِيدَه مَزْ Item: *non potest minus facere, quàm venire.* Infinitivum verbi ad infinitivum nominascentem vertere, & ad nominativum cum personæ affixo, sequente adjectivô aliquô certitudinem exprimente, collocare oportet, eritquè مُقَرَّرْ دُرْ كَلْمَكْسِي sic: اِنْ شَاءَ اَللّٰهُ بِــلاَ تَوَقُّفْ كَلْمَلَرِي مُقَرَّرْ دُرْ *favente DEO sinè mora, adventus eorum certus est.* Latini dicerent: *non possunt minus facere quàm venire.* Hìc etiam involvuntur particulæ Latinorum: *quin non*, v. g. *non potest esse, quin non veniat.* Gem. Hist. Item. بِتْلَنْ اِسْتَوانْ دُوسْتُكُزِكْ تَعَدِّي وَ تَجَاوُزِينْ مَنْعْ اِيتْمَكْدَه سَعْيِ اِيتْمَمِزْ مُقَرَّرْ دُرْ *Minus facere non poterimus, quàm esse diligentes in arcenda hostilitate & injuria Amici vestri Stephani Bethlen.* ex lit. nempe: *arcendo hostilitatem & injuriam, quam facitis Amico vestro.*

Circa particulam *tam* autem, quæ pariter emphasim adjectivis qualificantibus addit, أُوِيْلَه vel أَيْلَه vel بُوِيْلَه vel شُوِيْلَه est, & sub nominali vel adverbiali usu cadere solet, ipsô sensu differentiam exhibente, sic: شُوِيْلَه روايت اولنور *talis traditio fit.* de mir.mund. & صدقه شويله كزلو ويرك كيم صاغ الكز ويردوكن صول الكز طويميه *Eleemosynam ita occultè dato, ut de eo, quod manus vestra dextera dedit, sinistra non animadvertat.* de illum.ment. Item, فلان كمسه أُوِيْلَه vel بُوِيْلَه vel شُوِيْلَه اوقومشميدر *Talis quidam tam doctus nè est.* Et hic modus loquendi est in similibus interrogationibus.

Pronomine شول *ille*, hæc ipsa particula *tam* exprimi potest, ùt: شول كامل استادلرك الندن چقمش *E manibus tam perfectorum Magistrorum exiit.* de mir. mund.

Aliquando hoc adverbium per شول وجهله *hoc modô* enunciatur, ùt: امّا جمله سي شول وجهله شجيعلر در كه آز اولور آنلر كبي *sed omnes hoc modò* (tam) *generosi sunt, ut pauci sint ipsis pares.* de mir. mund.

Nonnunquam per شول مرتبه *iste gradus*, ast adverbialiter, ùt:

ùt: امّا افندیمز شول مرتبه اهل علم ایدی که تعبیرینه ادا ایدمکه قادر دکلدز Sed Dominus noster hoc in gradu (tam) scientificus erat, ut ejus declarationem persolvere non possimus.

Hæc ipsa particula *tam*, in کبی præmissô participiô aliquô præteriti in دوق vel دوکی, aut futuri in جق vel جکی cum debitis affixis, ùt in syntaxi *de constructione participiorum in* دوق vel دوکی videbitur, implicitè continetur, ùt: فلان کمسه دیدوککی کبی اوقومش دکلدر *Talis quidam tam doctus non est, ùt dixisti.*

Tam subinde per بو قدر exprimitur, ùt: شاه بغدادک بو قدر عظیم الشان و صاحب تاب و توان ایدوکن بلمزدی *Regem Babyloniæ, tam magnæ dignitatis, & possessorem roboris & potentiæ esse, nesciebat.* de mir. mund.

Nonnunquàm etiam ita ferente phrase, subticetur, & juxta phrasem latinam exprimitur, si id nempe, quod apud Latinos adjectivè sumitur, apud Turcas substantivè sumatur, ùt: چوقلق خلقی وار که حسابه کلمز v. g. si Latini dicerent: *Populus tam multus est, ut numerari non possit.* pro Turcismo, constructio taliter disponetur: *multitudo populi est, ut ad numerum non veniat.* Et sic ad verbum se habet hìc adnotata constructio turcica, de

 mir.

mir. mund. Ad cujus imitationem aliæ hujusmodi enuntiari poterunt.

Concursus autem utriusque particulæ *tam* & *quàm* ad eundem sensum, apud Turcas per particulam copulativam وَ & enuntiandus esse videntur, ùt sequentibus exemplis exhibetur.

Hæ duæ particulæ in unico termino قَدَرْ cum participiis in دُوقْ vel دُوكْ & affixô contineri possunt, ùt: بُوا۟نْجُولَرْدَنْ يَسْ وَ بَنَادِقِ مِسْكَنْدَنْ مُمْكِنْ اُولْدُوغِي قَدَرْ آلْدُمْ *de his igitur margaritis & globulis musci, tam multum, quàm esse potuit, accepi.* de mir. mund. De cætero, hic modus loquendi Latinorum apud Turcas, per particulam copulativam وَ expediri solet, quod in studiosi gratiam, diversis exemplis, hìc exhibeo, v. g. خَيْرُ وَ شَرْ جُمْلَهسِي اَلْلَّهْدَنْدِرْ *tam bonum, quàm malum, omne à DEO est.* Col.Iſl. وَ اِسْكَنْدَرْكْ عَسْكَرِي چُوغْلِغِينَه وَ شَوْكَتُ وَ عَظَمَتِنَه نَظَرْ اِيدُوبْ *Cùm multitudinem & generositatem & magnitudinem Exercitûs Alexandri conspexissent.* de mir. mund. Latini dicerent: *cùm tam multitudinem quàm generositatem Exercitûs Alexandri conspexissent.* de mir. mund. جُمْلَه صَغِيرُ وَ كَبِيرِيكُزْ قِلِيچْدَنْ كَچَرْسِزْ *omnes tam parvi quàm magni vestrûm frameâ peribitis.* Gem. Hist. Item. بِغَايَتْ دَانَا وَ عَاقِلْ صَنْعَتْدَه اُسْتَادْ كَامِلْدُرْ *valde prudens & sapiens,*

piens, *& in arte perfectus Magister est.* id est: *tam prudens, quàm sapiens, & in arte versatus seu perfectus Magister est.* de mir. mund. Item. اَفَنْدِيمِزُڭْ مُرَادِ شَرِيفْلَرِي لُطْفِ حَقِّيلَه اُورْتَه مَجَارْدَنْ وَ اَرْدَلْ مَجَارْلَرْدَنْ نَمْچَه كَفَرَه سِينْ اِخْرَاجْ اَيْلَمَكْ اِيدِي جُمْلَه مَجَارْ طَايِفَه سِنُڭْ قِرَالِي اُولْ اُولْسُونْ *Nobiles intentiones Domini nostri hæ erant, cum gratia DEI, tam ab Hungaris in medio sitis, quàm ab Hungaris Transylvanis, infideles Germanos exire facere, ut ille* (Abafti scilicet Transylvaniæ Princeps) *totius Hungaricæ Gentis Rex evaderet.* Gem. Hist. اَفَنْدِيمِزْ اَحْمَدْ بَاشَانُڭْ عَدَالَتْ وَ حُكُومَتِي وَ تَدْبِيرُ وَ عَاقِلْلَغِي مَسَامِعِ عَالَمَه شَايِعْ اُولْدِي *tam Justitia, quàm regimen, tam consilium, quàm sapientia Domini nostri Achmed Bassæ, per Orbis auditum diffusa fuit.* Gem. Hist.

Si hæ particulæ, inter duo adjectiva ponantur, quæ mensuram significant, adjectiva, in substantiva vertenda sunt, v. g. *tam longus, quàm latus.* & adjicietur قَدَرْ ùt supra in Tract. 2. cap. 8. ubi agitur de *tantus* & *quantus*, v. g. *hæc tela tam longa est, quàm lata.* pro Turcismo constructio sic formabitur: *hujus telæ longitudo est ejus Latitudinis mensura*, vel, *quantitas.* Et erit بُو بَزُڭْ اُوزُونْلِكِي يَصّيلِغِي قَدَرْ دُرْ.

Quamdiu, tamdiu apud Latinos etiam pro particula *donec* vel pro *ad illud usq; tempus* sunt in usu, tali in circumstan-

 tia,

tia, observanda erit regula illa Tract. 4. cap. 2. parte 2. adducta cujus titulus est: *Quomodo infinitivi præsens Turcarum, rejiciendo ultimam suæ terminationis syllabam* مق vel مكك *& alias assumendo, se modis & temporibus finitis communicet?* v. g. à كورمكك *videre* كورنجه vim particulæ adverbialis *quamdiu* in se continebit, ùt: بلغم و لنش و مردار و نجس مقولهسى اولان نسنهلري انسان كورنجه تنسفور *Quamdiu homo pituitæ aut cadaveris, aut spurci, aut quasdam impuri species videt, abhorret.* de mir. mundi. Cùm autem *quamdiu* & *tamdiu*, ad unum sensum concurrunt, tunc *quamdiu*, sub verbi formalitate in نجه comperietur: & pro *tamdiu*, مادامكه stare posse videtur, ùt: افندم شمدي بويلهميدر كه آل عثمانه خراج ويره بو نامي بيز قبول اتمزيز مادامكه عسكريمزدن بر آدم قالنجه *Dominus meus modò talisnè est, ut Domui Ottomanicæ tributum det? hoc nomen non acceptamus, tamdiu dŭ in Exercitu nostro, homo unus superstes erit.* Deniqùe cum particula دك vel دكين vicinitatem habent hæ particulæ, v. g. عمرم تمامهدك *usq; ad finem vitæ meæ*, id est: *quamdiu vivam*, &c.

Per وقتهدك شول تا *tam diu quamdiu*, vel, *quamdiu donec* si-

significare posse videtur, ùt: اول كشي يه زيادة كمن طوتدي تا شول وقتدنكه بر كون فرصتين بولدي و امان ويرميوب آلتينه آلوب كوكسيله ازيب هلاك ايلدي *Erga personam illam plurimâ vindictâ ferebatur, tamdiu, quamdiu die quadam*, vel *tamdiu, donec die quadam occasionem nactus est, ei securitatem non dedit, sub se cepit* (camelus hominem) *pectore compressit, & occidit*. de mir. mund.

Aliquamdiu est: بر قاچ زمان ùt: بر قاچ زمان افنديلكه نامية دفتردار اولوب *cùm aliquamdiu titulô spectabilitatis Registrorum Custos esset*. Gem. Hist.

Quin non, hæ duæ particulæ, idem sunt ac *ut non*, quas voces, Turcæ duplici phrase per verba negativa exprimunt. Prima est: conjunctivi modus verbi negativi, particulâ *ut* subintellectâ, v. g. مال اولماز اصلتمسه آياغن يوروبان صوده نتهكيم صاحبي دخي ايله در كم آزمسه اولماز *Quemadmodum, qui ad aquam vadit, minus esse nequit, quin non madefiat, ita est & dives, minus esse nequit, quin non erret*. de int. ment. Et advertendum est, quòd vox illa latina *minus*, quæ in Latinitate reperitur, apud Turcas in considerationem non cadat. Altera phrasis est rejiciendo ab infinitivo negativo مق vel مكك & (ùt in Tract. 4. cap. 2. dictum est) substituendo syllabas يجه veluti:

luti: حمّامه كيرن درلنمينجه *non sudare* درلنمك *sudare* درلنمك اولماز *quisquis in balneum ingreditur, esse nequit, quin, non sudet*. Chur. Eff.

Phrasis autem illa latina: *parum abfuit, quin non*, est: آز *veluti*: فلان كمسه طبيعتمه آغر بر سوز سويلدي قالدي كه كوجيله تحمّل ايتدم آز قالدي بن دخي آكا قارشو سوز سويليم *Talis quidam naturæ meæ grave verbum locutus est, difficulter* (vix) *toleravi, parum abfuit, quin illi non obloquerer*. Chur. Effendi.

Non solum, sed etiam. Hic loquendi modus Latinorum, plerumque per particulas copulativas expediri solet, v. g. امّا بو ذكر الله ايتمكك اوج مرتبه اوزرينه در بري دل ايله دركه كوكل آندن غافل در و بري هم دل ايله هم كوكل ايله اولور اولكي عوامك در بو خواصك در و بر دخي هم دل ايله و هم كوكل ايله و هم جميع اعضا ايله اولور *Ast hanc DEI commemorationem facere est juxta tres gradus, unus fit lingvâ, à qua animus negligens est*, seu, *abest, & alter fit non solùm lingvâ, sed etiam animô*, seu *corde Primus est vulgarium, hic autem specialium. Et unus etiam* (tertius)

tius) *fit non solùm linguâ, sed etiam corde, & simul omnibus membris.* de illum. ment. Et hic modus, magis usitatus est. Dici quidem etiam potest per دَكُلْ & بِلَه id est: *non est*, & *simul*, v.g. اوُغْلاَنى دَكُلْ آغَاسِني بِلَه اوُردُم *non est puerum, Dominum ejus simul tutudi.* Id est: *non solùm puerum, sed etiam ejus Dominum percussi.* Chur. Eff. Melius tamen dicitur: وَ هَمْ اوُغْلاَنِي وَ هَمْ آغَاسِني اوُردُم.

Latinorum loquendi modus per *quantò plus, tantò plus*, vel *tantò magis.* est per نَه قَدَرْ *quantò plus*, & زِيَادَه *tantò magis* ita ùt: نَقَدَرْ ad sui membri principiũ, & زِيَادَه ad sui membri finẽ collocetur, v. g. نَه قَدَرْ آغَا اغزِزْ وِ اِكْرَامْ اَيْلَسَه شرّتُ و تَمَرّدِي زِيَادَه اوُلُورْ *quò plus illi honoris & venerationis exhibuerit, tantò plus*, vel *magis malitia & pertinacia ejus fiet*, Chur. Eff.

CAPUT TERTIUM.

De Conjunctionibus.

Conjunctio, à conjungendo inter se orationis partes, seu, ùt dicit Alvarus, connectens, ordinansque sententiam.

Conjunctionum species, sive significationes variæ sunt.

Copulativa وَ *&*, هَمْ *&* *etiam* وَ هَمْ *&*, *etiam* دَاخِي vel دَخِي vel دَه seu ùt passim vulgus loquitur دَهَا *etiam*. Hìc reflexio facienda ad Tract. 4. cap. 6. part. 2. *de verbali dictione in* وب terminante, cui virtualiter conjunctio copulativa inest. Hæc ipsa copula وُ persæpe præstantioris euphoniæ causâ inter copulandas voces enuntiatur ùt dſamma, v. g. أَمْنُ و أَمَانْ *securitas & fides* رُوزُ و لَيَالْ vel لَيْلُ و نِهَارْ *noctu diuq́* رُوزُ و شَبْ *diu noctuq́* مَرْحُومْ بَاشَا رُوزُ و لَيَالْ اِهْتِمَامْ اِيدُوبْ *Cùm misericordiam consecutus Bascha, diu noctuq́ conaretur.* Hist. Suleim. عَهْدُ و پَيْمَانْ *fædus & pactum.* جَانُ و كُونْكُلْدَنْ *ex anima & mente*, qui modus non ubique imitabilis, sed idipsum, peritioribus in lingva, loquendi svavitas suggerere solet.

Disjunctiva يَا vel يَا خُودْ *vel, aut* وَ هَمْ *aut*, *&* اَكَرْ vel كَرْكْ *sive*, ùt: هَرْ نَه كِمْ فُقَهَا كِتَابْلَرِنْدَه وَارْدُرْ اَكَرْ فَرَايِضْدَنْ اَكَرْ وَاجِبَاتْدَنْ اَكَرْ سُنَنْدَنْ اَكَرْ نَوَافِلْدَنْ اَكَرْ آدَابْدَنْ حَقِيقَتِيلَه سَوْكُو بِرْلَه يُوكُرُوشُوبْ اُوكُورْ دُوشُوبْ مُسَارَعَتِيلَه اَدَا اِيتْمَكْ كَرَكْ *Quidquid in libris divinarum, humanarumq́ legum peri-*

peritorum reperitur, ſive de præceptis neceſſariis à DEO *datis, ſive de rebus neceſſariis, ſive de legibus* (Muhammedanis) *ſive de actionibus ſpontaneis, ſive de moribus cum rectitudine, ſimulq; cum affectu ſe incitando, & per ſe præcurrendo, cum celeritate perſolvere oportet.* de int. ment. Item : شويله بِلكِن كه بحر محيط بحر

اعظمدر شويله كه سائر بحارك مادةسيدر يعني اصليدر كرك

متصل كرك منفصل اولسون *Ita ſcito, quòd mare circumdans*(Ocean⁹) *ſit mare maximum, ita ut aliorum marium materies nempe origo ſit, ſive conjunctum, ſive ſeparatim ſit.* de mir. mund. Item استر vel

يوخسه ùt : يوخسه اول استر استرسن *ſive tu, ſive ille* يوخسه بن يوخسه

سن *ſive ego, ſive tu.*

Adverſativa امّا *ſed, tamen* فامّا *attamen* خون vel ايسه *autem* خون او *ille autem* ايسه اول *ille autem* لكن vel ليكن *tamen, attamen, autem, verummodo.* كرچه vel اكرچه *etſi, tametſi quamvis, quamquam, licèt.* Item مكر & الّا Et de harum particularum vi, lege ſupra Tract. 4. cap. 1. parte 2. ad modum Conjunctivi. Obſervanda eſt præterea vis ſignificandi, quam habet Latinorum particula *niſi*, quæ, ſi pro *ſi non* ſumatur, conjunctivus verbi negativi, abſque alia particula, hanc eandem vimin ſe continebit, v. g. *hanc ſententiam intelligere non poteſt, niſi ſit doctus,*

ctus, id est: *si non est doctus.* Et turcicè, sic se habebit: اوقومش نكيسه شو حديثي آڭلايامز. Quôdsi hæc ipsa particula *nisi* pro *præter* aut *præterquam* sumatur, stabit particula الا ùt: بو قومڭ ماوراسنده نسنه يوقدر الا بحر محيط دڭز *ad ulteriorem*, vel *citeriorem partem hujus populi nihil est, præterquam* (nisi) *Oceanus.* de mir. mund. Sin verò hæc ipsa particula *nisi* significat *donec non*, vel *quousq; non* in se non contineat, ad sæpe dictam formationem infinitivi in syllabas ينجه abjectô مق vel مك recurrendum erit, ùt: صبر اولمينجه توكل اولماز *donec non*, vel *quousq; non* (nisi) *habeatur patientia, non potest esse fiducia.* proverb.

Collectivæ, sive *illativæ*, sive *rationales*, ùt: پس *itaq;* پس اون ييلدن صڭره واردي *itaq; post decem annos ivit.* امدي *ergo, igitur* سن كيمڭ اوغلانجغسن فلان كشينڭ اوغلي ايم ديدي امدي سنڭ آتاڭ بنم دوستم ايدي *Tu cujus filiolus es? talis personæ filius sum dixit, ergo Parens tuus, fuit Amicus meus.* de mir. mund. پس امدي *itaq; ergo* پس امدي حرامدن قچمق وقچمش حرامزلرڭ قمدين كورمكڭ غايت مهمدر *Itaq; ergo, ab illi-*

illicitis fugere , & præteritorum illicitorum curam habere, valde necesse est. Col. Islam. اوتورو آندن vel اوتوري آندن vel آندكى

ايچون vel اوتور بوسببدن vel بو سبب ايچون *quare, idcirco, quam obrem , qua de causa, qua propter.*

Causales زيرا vel چرا *nam, namq;, siquidem , quia , quoniam*

زيرا كه *propterea quòd* امّا vel لكن vel ليكن *ast, tamen, attamen, verùm tamen* امّانه *quid attamen,* چون vel چونكه *quia, quoniam siquidem, cùm, quum, dum, quando, postquam* چونكه تمام مرادين

حاصل ايتدي *cùm assecutus fuisset suæ intentionis finem.* Hum. Nam. Hoc locô in memoriam reducenda est vis, quæ in gerundiis & in verbali dictione in وب reperitur.

Conditionales. اكر *si* vel Persarum more كر.

Expletivæ. ùt in Alvaro sunt, *quidem, equidem*, sunt speciales Latinitatis particulæ affirmandi, ut ita dicam aliqua cum exceptione, & ùt bene notant latini Lexico graphi, post se assumunt *sed, tamen, verò, ast, verùm tamen, at, autem, certò, profectò*, ùt in aliis lingvis, sic & in turcica omne adverbium confirmandi hanc ipsam vim obtinet, si sequatur una ex hìc allegatis particulis, ùt: كرچكم بونده سنكى آزادلغكى واردر و ليكن

 بنم

بَنِمْ اَسِيرْلِغِمْ وَارْدُرْ *tua certè* (quidem) *hic libertas eſt, ſed & mea captivitas eſt.* de illum. ment.

Quòd autem aliquæ particulæ Conjunctionum ſint præpoſitivæ, aliæ ſubjunctivæ, aliæ communes, ùt dicitur in Alvaro, id ipſum, ùt in aliis, ita & in turcica lingva contingit.

CAPUT QUARTUM.

De Interjectione.

Quæ, ùt eſt in Alvaru, varios animi affectus indicat.

Laudantis. آفَرِينْ *bene, egregiè, plauſibiliter.* آفَرِينْ سَڭَا *tibi ſit applauſus.* نَه كُوزَلْ *quàm bene, quam bellè.*

Excitantis. كُورِيمْ سَنِي *videbo te,* id eſt: *Euge!*

Exultantis, ſeu *inſultantis.* بِرَّه وَاه *vah!* ذُو v. g. ذُو اَللّٰهْ حَضْرَتِينَه اِيتْدِي *Majeſtati DEI vah dixit.* de Illum. ment.

Lætantis. بَخْ vel بَه vel بَه بَه.

Dolentis, & *ingemiſcentis.* وَايْ حَالِمَه *eheu!* وَايْ *eheu ſtatui meo!* اُوشْ *eheu!* ùt: اُولْ وَقْتْ كِه صَاغْ اِيدُمْ بُو كُــونْ يَارِينْ دِيُو عُمْرْ كَچْمِشْ طُوْيَمَامِشْ اِيمْ اُوشْ شِمْدِي اُولُومْ كَلْدِي *tempore, quo fui ſanus dixi hodie, cras, vita tranſiit, non animadverti, Eheu! nunc mors mea advenit.* de Illum. ment.

Suſpirantis. آهْ v. g. اه دُوتُوبْ بَلْنِي دِكْلَدِي سُوزِينِي بُونْڭُكْ اِيلْدِي

أيلدي *hujus verba auſcultavit, lumbos tenuit, fecitq́ Ah*, id eſt: *ſuſpiravit.* de Illum. ment.

Lugentis. هاي v.g. عاشقلر اولور كم حقدن هر نه كلسه

آكر راحت آكر محنت هيچ فرق ايلمز هاي بو راحت در

هاي بو محنت دو ديمزلر *Amantes illi ſunt, qui à DEO, quid quid acciderit, ſive quies, ſive afflictio, non diſtingvunt, nec dicunt: heu! hæc eſt quies, heu! hæc eſt afflictio.* de Illum. ment.

Ejulantis. ايواه *oh! oh!*

Admirantis. سبحان الله ☼ په نه ☼ بق بق *DEUS Excelsè!* بارك الله *benedicens DEUS* الله آلله Item. عجبا ùt:

عجبا نيچون كلمز *mirum! cur non venit?* Chur. Eff.

Irridentis. آلا آلا ما.

Exclamantis. Et aliô ſenſu etiam *Vocantis*, ùt inter adverbia vocandi videri poteſt, اي vel يا v. g. اي نفس كل

بازاره كيدهلم هله مقصودكي كورسن *O anima!* vel *proh anima! veni, ad omnẽ mercatum eamus, utiq́ deſiderium tuum diſcernes.* de Illũ. ment. يا اوغل ربم الله در *O fili! Dominus meus, eſt DEUS* آيا *ô! heus!* آيا فلان آدم بزه كلورمي *heus! talis homo venietnè ad nos?* Chur. Eff. Item. آيا عزيز قرداش بلكلكيم *ô honorifice frater ſcito, quòd.* Si-

Silentium indicentis. سُوسْ vel اُولْ سُوسْ *tace, st.*

Exprobrantis. بَهَيْ *heu!* ût : بَهَيْ آدَمْ دَلُوميسَنْ *heu tu homo, stultus nè es?* Chur. Eff.

Timentis. يَايْ ût : يَايْ رَبِّمْ O *Domine mi!*

Deprehendentis طُورَه طُورَه *at, at.*

Præsagientis malum, vel *miserantis*, vel *minantis.* نَه اُولْسَه *quid futurum? quid erit?* vel نُولَسَه vel نَه اُولاَ vel نُولاَ بَاشْكَه نُولاَ *capiti tuo quid erit?*

Rejicientis cum fastidio. يَرَه *Apage cornutè!* يَرَه كِيدي

مَلْعُونْ *Apagesis maledicte!*

Stomachantis sive *indignantis* نَه بَلاَ *quod infortunium.*

Execrantis. في *pfui* في دينْسِزْ *pfui perfide* اَيُوبْ عَلَيْـــه اَلسَّلاَمُكُ بُورْنُنَه بِرْكَرَّه اُفْ دِيدي *Job supra quem pax, semel ad ejus nasum* (faciem) *pfui dixit..* de illum. ment.

Reprobantis. حَاشَا اُولْمَيَا كه *absit, nè sit ut.* اُولْمَيَا كه آدَبْسِزْلِكْ ايدَهسَنْ *Ne sit ut immodestum actum committas.* حَاشَا *absit* نَعُوذُ بِاللّٰه اَلْعِيَاذُ بِاللّٰه *refugium ad DEUM*, id est: *DEUS avertat.* *refugiamus ad DEUM*, id est: *DEUS id à nobis avertat.*

FINIS GRAMMATICÆ.

SYN-

SYNTAXIS
DE
OCTO PARTIUM CONSTRUCTIONE.

POtuisse cuivis orationis parti Turcarum correſpondentem partem orationis ex arabiſmo & perſiſmo opponere, & earundem commixtionem inter ſe exhibere, eſt in ipſo Grammaticali curſu, perplura quæ ad literalis turciſmi rationem pertinent, ſyntacticè tractaviſſe, non enim, aliô modô iſtarum commixtionum fundamentum exhiberi poterat: ſuppoſitâ ergo illâ ſyntacticâ ratione, quæ commixtionis intuitu tangenda erat, nunc nos ad eam ſyntaxim convertimus, quæ præſcindendo à partium commixtione, ad regulatam connexionem partium inter ſe tendit: & ut ſtudioſi intellectum planâ quadam viâ ad hanc artem deducam, cum incogniti ùt ajunt Philoſophi ſit nulla cupido, per cognitas ſemitas eundem deducere, optimum eſſe cenſui. Quis enim eſt de profitentibus Orthodoxam fidem, qui non per Alvari fundamenta, ad lingvæ Latinæ apicem perveniſſet? ideoque Alvari ſyntaxim operationis meæ ideam eſſe volui, hæc enim via cognita eſt, mediante quâ ad incognitum, ſtudioſorum quiſquè deduci poteſt: nec dubitandi locus, quin Latinè loquentibus, ſyntacticæ Alvari regulæ ſint via ſecuriſſima per quas ad incognitæ rei notitiam per-

venietur, eò ipso enim, quòd ratio latinæ phrasis cognoscetur, & intentæ lingvæ loquendi modus cognoscetur: similitudo enim erit vel dissimilitudo, quidquid horum fuerit, regulæ locô erit, quòd si quid in hac syntaxi adhuc desideraretur. Id Calepini mei Orientalis ope, in inquirentis studiosi emolumentum suggeretur.

De constructione nominis cum verbo.

Verbum finiti modi, postulat ante se Nominativum apertè vel occultè, ejusdem numeri & personæ, ùt: شُولْ سَلْطَنَتْ كِه سَنْ آنْكْ اِيچِنْدَه سَنْ اِحْلَامِ نَايِمَه بَكْزَر *Imperium illud in quo tu es, somnio dormientis, simile est.* de mir. mund. سَنْ *tu* nominativus apertus, &c. Item. ibid. عُمْرِينِي قَنْدَه اِفْنَا اَيْلَدِي *vitam suam ubi consumpsit?* scilicet *ille*, nominativus occultus.

In sententiosis modis loquendi, nominativus verbi, subinde Turcismum sequitur, & verbum absolutè arabicum est, ùt: حَقْ تَعَالَي سَنِي آنْكِيچُونْ مَالِكْ اَيْلَدِيكِه كَنْدُونْكْ قُولْلَرِي اُورْتَاسِنْدَه فَاحْكُمْ بَيْنَ النَّاسِ بِالْعَدْلِ *DEUS Excelsus te ideo constituit regnantem, ut inter tuosmet famulos, utiq; impera inter homines cum justitia.* de mir. mund. Tu nominativus occultus, ast verbum finitum, est arabicus imperativus radicis حَكَمْ *Imperium exercuit, judicavit.* Modus loquendi rarus, adinstar divini oraculi, sed & elegans.

Nam

Nam verbum infiniti modi, ante se accusativum habet. Modus & à Turcis commendatus vid. Tract. 3. part. 2. cap. 7. num. 6. in Gram.

Voces copulatæ, sæpius verbum plurale desiderant. & id ipsum, apud Turcas esse potest, ùt: آرسلان و قورد و دلكو قرنداشلر اولوب اتّفاقله صيد و شكاره چقمشلر *Leo, lupus & vulpes, cum fratres essent, cùm casu ad prædam quærendam exivissent.* de mir. mund.

Interdum singulari contentæ sunt, ùt: سماع كير جان و دل چون آني استماع ايتدي *Auditum capiens meus & animus, cùm eum audivisset.* Hum. nā. Itē. آنك كناهي و وبالي ابد الآباد كردنكدن كتمز *Hujus peccatum & peccati pœna, à cervice tua non abit.* Hum. Nam. Item ibid. عاقبت قهر و تغلب معلومكدر *tandem violentia & tyrannis, tibi nota est.* Hum. Nam.

Quod intelligitur, etiamsi nonnunquàm omittatur conjunctio, ùt: يولنده جان و باش اوينايورلر *Animâ capite ad ejus viam ludunt*, id est: *Animam caputq; suum pro ejus servitio ponunt.* Item. امر و فرمان پادشاه عالم پناه حضرتلرينكدر *Imperium, mandatum, est Regiæ Majestatis, ad quam mundus confugit.* Gem. Hist. امر و فرمان لطف و احسان

اِحْسَانْ سُلْطَانِمْ حَضْرَتْلَرِينِكْ دُرْ *Mandatum & imperium, favor & beneficium dignitatis Sultani mei est.* أَمْرِ فَرْمَانْ سَعَادَتْلُو سُلْطَانِمْكْدُرْ *Imperium mandatum mei felicis Sultani est.* ex lit. Extra similes loquendi modos, Turcis hæc regula, non adeò in usu est.

Verbum plurale, si nomina sint diversarum personarum, nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est quàm secunda & tertia; secunda tertiæ anteponitur, & idipsum in turcismo: سَنْ وَ مُصْطَفَي قَرْنْدَاشُكْ سَلَامَتْدَه اُولَاسِزْ *Tu & Frater tuus Mustafa sitis in sanitate.* يَارِينْ بَنْ وَ خُوَاجَه اَكْرَمِمْ سِزَه كَلُورُوزْ *Cras Ego & Magister meus venerabilissimus ad vos veniemus.*

Prima & secunda persona fere non explicantur, nisi cum diversa studia significamus, ùt: اِشِتْدُمْكِه سِزْ بَنْدَنْ غَيْرِي تَكْرِيَه طَپَرْسِزْ *Audivi, quòd vos DEUM à me alienum adoretis.* پَسْ اِمْدِي حَقْ جَلَّ وَ عَلَادَنْ خَوْفْ اِيتْ وَ نَفْسِكِي اَسْرَكَه مَادَامْكِه جِهَانْدَه اُولَاسِنْ *Tu itaq; DEUM Exaltatum & Excelsum time, quamdiu in orbe eris.*

Aut cùm plùs significamus, quàm dicimus, ùt: وَ بُو نَصَايِحَه سَنْ جُمْلَه دَنْ مُقَدَّمْ سَنْ وَ بُو تَذْكِرَه يَه اَنْسَبْ وَ اَوْجَبْسَنْ *ad hæc do-*

documenta tu omnibus anterior es, & ad has commemorationes, ſeu *recordationes, convenientiſſimus & neceſſariiſſimus.* de mir. mund.

Verbum infinitum interdum partes nominativi agit. Modus loquendi Turcis familiariſſimus, ùt: زن ايتدي اي پير نا بالغ بو سوزدن فارغ اول كه خوبرولرده وفا اولمز بونلردن حسن عهد اومق همان سهيلي ثريا ايله جمع ايتمك و آتش سوزان ايچره نهال كل دكمك كبي در *Fæmina dixit: ô Imperite ſenex! ab hoc ſermone deſiſte, quia in amanis faciebus, non eſt obſervatio fidei, ab iis pulchritudinem pacti ſperare, eſt quaſi Canopum ſtellam cum Plejadibus jungere, & ſurculum roſæ, in urente igne plantare.* Hum. Nam. Et ſimili in circumſtantia, ipſi Infinitivi perſici ad Turciſmum transferri poſſunt, ùt: حكايت رفتن صدر اعظم با اوردوي همايون *Relatio adventûs Magni Vizirij ad Auguſta Caſtra.* Gem. Hiſt. Sed in Tract. de inflexionibus verborum de phraſibus infinitivorum perplura dicta ſunt, ad quæ Lectorem remitto.

Poëtæ verbo plurali aliquando utuntur, intercedente præpoſitione cum, *Oratores ſingulari. Item Poëtæ intercedente præpoſitionem* cum, *verbum multitudinis præſtantiori perſonæ reddunt. Oratores verò, verbum nominativo reddunt, nullâ habitâ ratione ablativi, quod idem & Poëtæ faciunt.* Turcæ tali in circumſtantia Oratores latinos imitari videntur, & etiam intercedente præpoſitione ايله vel بله ايله verbô in ſingulari utuntur, ùt: كورجي

محمد باشا دخي قبله‌لي ايله بله كلجك ايدي *Giurgi Mechmed Baſſa cum Kubleli ſimul venturus erat.* Gem. Hiſt. Sed & idipſum apud Turcas in oratione obſervari (quod Alvarus de Poëtis latinis dicit) exemplis edocemur, v. g. ذو القرنين اصحابيله بو جزيره‌يه واصل اولديلر *Poſſeſſor duorum cornuum* (Alexander, magnus Orientis & Occidentis poſſeſſor, ita dicitur) *cum ſuis ſociis ad hanc Inſulam pervenerunt.* de mir. mund. Latini, in oratione dicerent: *Alexander cum ſuis ſociis, ad hanc Inſulam pervenit.*

Id apud Turcas ſpecialiter (ùt de Perſiſmo tractans inſinuavi) obſervandum eſt, quòd & nomē & verbum pluralis numeri, cum ſingulari nominis collectivi jungatur, ùt: عسكر اسلام يولين سد ايلمكه قادر اولمديلر *Exercitus Islamiſmi, ejus viam claudere non potuerunt* (potuit) Gem. Hiſt. بر طايفه وار بدنلري آدم كبي و دخي باشلري يرتجي جانور كبي در *Populus quidam eſt, quorum corpora ſunt ſicut hominis, & quorum quoq; capita ſunt ſicut brutorum dilaniantium.* de mir. mund. Quin imo, adjectiva in ſingulari pluralitatem arguentia, hanc regulam ſequuntur, ùt: آنلردن بريسي كلمديلر *nemo eorum* (venit) *venerunt.* de mir. mund.

Subinde, duo diverſa collectivè ſumpta, verbum in ſingulari admittunt, cum apud Latinos pluralis eſſe deberet, ùt: آقار صو يشل چمن

چَمَنْ اِنْسَانْلِكْ كُوڭْلِينْ آچَارْ *aqua fluens*, & *viride pratum*, *hominis animum recreat* (recreant) Chur. Eff. Sed circa hanc materiam, agitur in Gram. Tract. 2. cap. 22. *Singularis numerus Turcarum nonnunquam ùt pluralis numerus sumendus est.* At & id observandum est, quòd verbum singularis numeri, cum plurali nominis multitudinem rerum collectivè comprehendentis stare possit, ùt: هَمَانْ اَفَنْدِيمِزْ اِيلَهْ بَارِشَا كُورَلُمْ جَمِيعْ مَصَالِحْ مُيَسَّرْ اُولُورْ *attendamus, ut cum Domino nostro pacem ineamus*, & *omnia negotia bene succedet* (succedent) de int. ment. بِنْ اُولْ كِمْسَهْ كِمْ قَپُوجِيلَرِي بَنِي مَنعْ اَيْلَمَزْ *Ego sum ille, quem, Janitores arcere non potest* (possunt) de illum. ment. Reverentiæ causâ tertia persona pluralis verbi, refertur ad tertiam personam nominis singularis numeri, ùt: حَضْرَتِ رَسُولِ اَكْرَمْ صَلَّى اَللّٰهُ عَلَيْهِ وَ سَلَّمْ بُيُورْدِيلَرْ *Dignitas honorificentissimi Prophetæ, benedixit beneq́ precatus est illi DEUS Excelsus, imperaverunt*, id est: *dixit* de mir. mund. Id præterea observandum est, quòd adjectiva, quæ vi sensûs ad plurale collocanda essent, ad singularem numerum collocentur, si pronomen aliquod ad ea adjectiva pertinens, in plurali positum præcesserit, ùt: اَيْ مَلِكْ رَعِيَّتُكْ يَوْمِ آخِرَتْدَه سَنُكْ خَصْمْلَرْكُدُرْ اِمْدِي جَهْدْ اَيْلَه آنْلَرِي بُو دُنْيَادَه رَاضِي وَ شَاكِرْ اَيْلَه O Rex! *subditi tui, in die alterius vitæ, tui adversarij sunt, diligentiam adhibe, eos in hoc mundo contentum & gratum* con-

(contentos & gratos) *fac*, præcedit quippe pluralis pronominalis. آنلري

Verba apparet, fallit, fugit, præterit, latet, interdum locô nominativi, membrum orationis habet. Et idipſum in Turciſmo reperitur, ùt: كوك يوزي يشل كورندوكي آندن در *quòd firmamenti facies viridis appareat, inde eſt.* de mir. mund. فلان آبله كورنور *talis quidam ſimplex eſt, apparet.* كمسة ابله در كورنور *ſimplex apparet.* يهوديي ايله آلش ويرش ايتمك جايز دكل در اهانت ايچون مسلمانى آلداتمغه چالشور *Cum Judæo negotiari non licet, ob machinationem, Mulſulmanum fallere ſtudet.* Quod exemplum ad rem eſſe crederem, ſi *fallit*, à *fallere*, id eſt: *decipere* eſſe cenſeatur, quod & in Perſimo hoc in loco ſic intellexi. Quòd ſi *fallit*, ſub alio ſenſu (ut mihi perſvadeo) ſumatur, veluti: *hæc doctrina fallit*, tunc *fallit*, non eſſe rem abſolutam, nec perfectæ intelligentiæ, nec debito modô accommodatam, erroneam ſcilicet, aut non claram, aut non eſſe in re id quod apparet, ſignificare debere exiſtimo, & tunc quemadmodum pro: *hæc doctrina fallit*, Latini dicere poſſent: *hæc doctrina erronea eſt*, aut: *hæc doctrina non eſt clara*, ita & Perſiſmus & Turciſmus exprimi poterunt, pro Perſiſmo: اين تعليم غلطست & pro Turciſmo: بو تعليم غلط در quaſi diceres juxta Gentis phraſem: *hæc doctrina error eſt*

Fugit, *præterit*, *latet*, ſunt propriæ Latinorum phraſes, v. g. *hoc me fugit*, *id me præterit*, id eſt: *ego neſcio* بلمم ✡ معلومم دكلدر

تَكْلَدُرْ ☼ يُوقْدُرْ خَبَرُمْ nisi ſtarent pro: *non comprehendo hoc*, tunc اِيرِ شَمَكْ *non comprehendere*, locum haberet v. g. عَقْلِم بُونِى اِيرِشْمَزْ *Intellectus meus hoc non comprehendit.* Verbum *latet* autem eſt *neſcire*, cui verbum negativum Turcarum بِلْمَمَكْ reſpondere poteſt. ut: بِلْمَمْ دِيمَكْ نِصْفِ عِلِمْدُرْ *dicere*, *latet me*, vel *neſcio*, *eſt dimidium ſcientiæ.* prov. ùt illud Latinorum: *per verbum neſcio, ſolvitur omnis quaſtio.*

Latinorum phraſis *non latet*, quæ negationis ope affirmativa evadit, turcica phraſis affirmativa مَعْلُوم particip: paſſ: *cognitus*, ſuis cum affixis immediatè aut mediatè correſpondere videtur, ùt & è contra, huic ipſi latino verbo *latet*; ùt negativo, نَا مَعْلُوم opponi poterit. ùt مَعْلُومُمْدُرْ *cognitum meum eſt*, id eſt *non latet me* مَعْلُومُكْدُرْ *cognitum tuum eſt*, *non latet te* مَعْلُومِيدُرْ *ejus cognitum eſt*, *non latet illum* مَعْلُومُمِزْدُرْ *noſtrum cognitum eſt*, *non latet nos* مَعْلُومُكُزْدُرْ *veſtrum cognitum eſt*, *non latet vos* مَعْلُوملَرِيدُرْ *eorum cognitum eſt*, *non latet illos.* Sic: عَاقِبَتْ قَهْرُ وتَغَلُّبْ مَعْلُومُكْدُرْ *tandem violentia & tyrannis tuum cognitum eſt.* id eſt: *te, non latet violentia & tyrannis.* Hum. Nam. id eſt: *tu es tyrannus,*

Idem verbo videtur interdum uſuvenit. Hæc Alvari regula latinæ phraſi alligata, & quia *Videtur* latinorum terminus, in ſuis

loquendi modis aut circumſtantiis, pro *apparere*, *exiſtimare* aut *putare*, & pro *eſſe* ſtare poſſe videtur: apud hanc Gentem, verbô cô, quod ſenſui latino convenit, utendum erit, quod exemplis declaratur. Si pro *apparet* v.g. latini dicerent *Talis quidã mihi doctus* ſeu *ſciens videbatur*, pro turcica Syntaxi, dicendum erit: *Ego talem quendã doctum* ſeu *ſcientem exiſtimabam.* بن فلان كيمسنه يي عالم صانوردم & pro *eſſe* veluti *ſi felicitati imperioque meo dignum, ſi populo Muhammedano utile eſſe videbitur* اكر دولت وسلطنتمه لايق ايسه و امت محمده نافع ايسه *ſi Felicitati & imperio meo dignum fuerit, Populo Muhammedano utile fuerit.* Gam. Hiſt.

DE ADJECTIVIS

An in uſu adjectivorum, inter Latinos & Turcas, par ſit ratio?

NIhil eſt quod in oratione magis diſſonum eſſe poſſit, quàm indigeſta quædam imitatio rei, ex natura ſua non imitabilis, qualis foret ad imitationem Latinorum adjectivorum, adjectiva turcica formare & applicare velle, eſſet profecto de hallucinatione in hallucinationem lapſus, ni certæ obſervationes ſtabilirentur, juxta quas, hac in circumſtantia eſt operandum, harum

Prima eſt: Adjectiva quæ adijciuntur ſubſtantivo materiam ſignificante, alia ſunt ad inſinuandam ſimpliciter materiæ alicujus qualitatem, cujus qualitatis adjectivum ab ipſius materiæ

riæ

riæ qualitate non eſt deſumptum, v. g. *pons altus*, *ferrum candens*, *lignum madidum*, & certum eſt, quòd *altus* non à qualitate pontis nec *candens* à qualitate materiali ferri, nec *madidum* à qualitate materiali ligni promanet, hujus modi adjectivi paritas, tali in circumſtantia, tam Latinis, quàm Turcis, ratio eadem eſſe videtur: Quod ſi adjectiva ab ipſa materiæ qualitate promanent, ut *ferreus* à *ferro*, *ligneus* à *ligno*, *argenteus* ab *argento*, *aureus* ab *auro*: Forma adjectivorum, Latinis, non autem Turcis conveniens, non ex eo, quaſi Turcæ è ſubſtantivo materiam ſignificante adjectiva formare non poſſent, ſed ob uſûs rationem, quæ in eo conſiſtit, ſi adjectivum qualificans à ſubſtantivo materiam ſignificante, cui qualificatio tribuitur, non denominetur, Turcæ æquè ac Latini adjectivo à nomine materiæ formato utuntur, v. g. آتشلو كوزلر *oculi ignei* طعمه تيغ آتشناك ايلدي *fecit eſcam ignea framea* Hiſt. Sul.

Igneus enim, neque ab oculo, neque à framea denominatur, ſed qualitatem oculi aut frameæ indicat, licèt à ſubſtantivo materiam ſignificante promanet. E contra, ſi apud Latinos adjectivum qualificans, à ſubſtantivo materiam ſignificante ut per illud aliquid quod materiæ qualitati ſit connexum qualificetur, emanet, licet apud Latinos ſit adjectivi uſus, apud Turcas id ipſum contingere non poterit, cum Turcæ per regulam turcicam *Quotiescunque* operentur, collocando id quod apud Latinos adjectivè ſumitur, in turciſmo, ſubſtantivè, ad caſum qui eſt genitivus regulæ, ſubſtantivum qualificatum autem ad caſum quem conſtructionis ratio exigit, quod exemplo declaratur:

كوكدن بر دمور طوبي صاليويرسك بنش يوز يملده يرا وزرينه اينه *ſi de cælo ferri globum* (Latini ferreum

reum globum) *demitteres*, *quingentis annis ad superficiem terræ descenderet*, Col. Isl. globus enim *ferreus* ex eo *ferreus* dicitur, quia è ferro constat, & tali in circumstantia & regula ordinaria *Quotiescunque* Persarum & etiam Arabum locum habere posse videtur, habet enim Hist. Sul. لباس آهن *vestis ferri*, id est *ferrea vestis*, quæ est regula *Quotiescunque* Persica & اكليل الازهار *corona florum* id est: *Corona florea* quæ est regula *Quotiescunque* Arabica. Quod si adjectivum denominativè qualificans in latinitate simul cum substantivo ad genitivum cadat, apud Turcas adjectivum ad substantivum transfertur, & simpliciter in suo themate, præponetur, quod exemplo declaro, ùt v. g. in Latinitate. *Curvatura Pontium lapideorum est fornicata.* Certum est, quod *lapideus* sit adjectivum denominativè qualificans, quia pons est ex lapide; sic, lapis ut substantivum juxta turcismi regulam, debebit præponi simpliciter in suo themate, ut: طاش كوپرولرك كوزي كمرلودر *lapidis pontium curvatura fornicata est.*

Utuntur item Latini hìc dictis adjectivis ad exprimendam materiam per quam denominativè qualificatur res, quæ ex eadem materia facta aut composita est. v. g. Latini dicerent; *Ingressi sumus in speluncam quæ habuit portam ferream*, Turcæ dicent بر مغارهيه كيردك آنك دموردن قپوسي وار ايدي *Ingressi sumus speluncam, cujus porta erat ex ferro.* de mir. mund. Hæc regula certa est. Subinde autem, ad Latinorum loquendi modum declinat, si ex arabismo adjectivum aliquod quod منسوب *derivatum* aut *possessivum* appellant, ad ora-

orationem turcicam trahatur, v. g. *ſtatus corporeus* ſeu *corporalis, morbus corporeus*, juxta hic prædictas regulas bene dicetur

جِسْمُكْ حَالي *ſtatus corporis* جِسْمُكْ سَقَامي *morbus corporis.*

Sed quia arabicum adjectivum derivatum quod eſt جِسْمَاني vel بَدَني ad turcicam conſtructionem induci poteſt, dicetur optimè juxta Latiniſmum, vocalizatione perſicâ, quæ vult ut ultima litera ſubſtantivi Keſra aut ي poſt conſonantem, ء poſt vocalem notetur, ſi adjectivum ſequatur, ut, حَالِ جِسْمَانِيَّه & سَقَامي بَدَنِيّ *ſtatus corporalis* & *morbus corporeus.* iſta in libro de intentione mentis. ايكي دُرْلُو حَالي وَارْدُرْ بِري رُوحَانِيَّتْ وَ بِري دَخي جِسْمَانِيَّتْ *Duplices ſunt ejus ſtatus unus eorum ſpiritualis alter eorum corporalis*, &c. at uſus eſt per regulam *Quotieſcunq;* vulgarē ut: اَكَرْ طَبِيعَتْ هَوَاسْ تَرْكْ ايدُوبْ رَسُولَهْ مُحَبَّتْ اَيْلَيُوبْ بُيُورْدُوغِنَه تَابِعْ اُولُور *ſi natura* (naturalem) *appetitum deſeruerit, & Prophetam amore proſequetur, rei quam imperavit, adhærebit.* Col. Iſl.

Secunda obſervatio in eo conſiſtit, quod Latini, à plurimis ſubſtantivis, adjectiva qualitatis, ut ita dicam, qualitatem ab ipſo ſubſtantivo unde manant deſumentia, forment, ut *bilis* dat adjectivum *bilioſus &c.* Quamvis negari non poſſit, hujusmodi adjectiva etiam apud Turcas vel propriè turcicè vel ex arabiſmo vel ex perſiſmo deſumpta reperiri, hoc tamen non obſtan-

ſtante, hujusmodi adjectiva, diverſis phraſibus apud hanc Gentem exprimuntur, quarum phraſium, diverſa exempla allegare lubet.

Modus primus ſit ille, qui hujus Gram. turc. tract. 2. cap. 6. 7. 8. exhibetur, illos modos autem formare, non à Studentis arbitrio, ſed ab authoritatis placito dependet.

Modus ſecundus dependet à regula *Quotiescunque* Turcarum, in qua eſt uſus ſubſtantivi è quo Latini adjectivum ſuum educunt, quod ſubſtantivum hac in Syntaxi erit genitivus regulæ, cadente altero caſu eò, quò ratio conſtructionis eum rapit, v. g. *natura biliosa* pro turciſmo *bilis natura* dici debet, nempe. صفرانڭك طبيعتي veluti صفرانڭك طبيعتي حاردر *Bilis natura eſt calida.* Med. anon. qui modus loquendi, cum & apud Latinos ſtare poſſit, vel ipſa Latinitas regulæ loco ſervire poterit, talia in meo Calepino ſunt ſemper indicata.

Modus tertius adjectiva Latinorum, quæ à ſubſtantivis deducuntur, ut ſubjectum tali qualitate, quæ à ſubſtantivo denominatur, connotetur, pro turciſmo, licet etiam Latinorum modo adjectivè capi poſſint, perſæpe attamen ſubſtantivè capiuntur, & tunc temporis in turciſmo, verbum poſſeſſivum *habere* vel aliud huic æquivalens, in oratione eſſe, & ſubſtantivum perſonæ affixum aſſumere debet, ſic *peritia* dat *peritus*, ſit, v. g. Latiná conſtructio *qui ſunt maris periti*, pro formanda conſtructione turcica, وُقُوف *peritia* & اوُلمق *habere* capi debet, præſcindendo à caſu quem وُقُوف regit, qui eſt dativus, ipſum وُقُوف perſonæ affixum cui qualitas ineſſe dicitur, aſſumet

met & erit, عُلُوم دَرِيَايَهْ وُقُوفي أُولَانْلَرْ *scientias peritiæ maris habentes*, id est: *navigandi arte periti.* Hist. Sul. Item تُنْچِهٔ أَحْوَالِ النّدَنْ غَايَتلهٔ وُقُوفي أُولُوبْ *Cùm Germanorum Status summam peritiam haberet.* Gem. Hist. sic *ingeniosus* erit مَهَارَتْ *ingenium*, juxta hanc observationem dicetur: علم انْجِيلْدهٔ بُوجُوانْكْ مَهَارَتي كَمَالنْدهٔ ايش *in cognitione Evangelii, hujus juvenis ingenium, fuit in perfectione.* Hist. Mah. Bastæ. Hoc loco, verbum substantivum *esse*, æquivalet verbo possessivo *habere*, ingeniosus est عَقْلي وَارْدُرْ

Tertia observatio, hæc est: quod Latini nonnunquam adminiculo adjectivorum, copiam, abundantiam, multitudinem significantium, rerum copiam, abundantiam aut multitudinem exprimant, sed & multorum adjectivorum Latinorum natura hæc est, ut rei per substantivum è quo emanant significatæ copiam abundantiam aut paucitatem exhibeant, quod apud Turcas non contingit, & tunc etiam Turcæ substautivis, sub paulo ante & immediatè præcedente modalitate, cum affixis & verbo أُولْمَقْ *habere* aut *esse* scilicet utantur, adjecto adjectivo quod rei copiam aut paucitatem insinuet, dicunt v. g. Latini *Fructifer. fructificus, fructuosus*, quibus adjectivis, rei copiam significant, cum hujusmodi adjectivis Turcæ careant, semper ad adjectiva multitudinem significantia recurrere debent, tali adjectivo ergo ad orationem concurrente, latinitas pro turcismo immutanda est, & *fructus ejus multus est* dicendum est, v. g. مَيْوَهسي فَرَاوَانْ *fructus ejus copiosus est*, sub intelligendo locum in quo rei copia reperitur, ad quem refertur affixum *eju*

طوار و قيون وكچي جنسي چوق اولور و تخي ميوه سي *ejus* فراوان و نعمتي رايگاندر و بهالري دخي اوجوزدر *jumentorum, ovium & caprarum genus multum est, fructus ejus copiosus, gratiæ ejus inemptæ* (id est gratis datæ) *& eorum pretia levia sunt* de mir. mund. sic: *pecuniosus* آقچه سي چوق *pecunia ejus multa, & non pecuniosus* آقچه سي آز *pecunia ejus modica.*

Advertendum attamen, quod apud Turcas hæc ipsa adjectiva copiam ac multitudinem significantia, etiam in substantiva mutari & per regulam *Quotiescunque* turcicè sumptam ad orationem deduci possint, veluti: خصايصندن آلتون و كمشك كثرتي و شكرك وفرتي و لطيف كتابي بي نهايه در *De ejus specialitatibus auri & argenti multitudo est, & Sacchari abundantia, & gratiosæ sagittæ sine termino sunt.* de mir. mnnd.

Arabizandi phrasim pro hoc loco, colliges in mea Gram. turc. tract. 2. cap. 15. pag. 196. § *ex arabizandi modo.* An Persismus ad hunc locum Syntacticè concurrere possit, praxis edocebit.

Quarta observatio est: recursus ad Gram: turc. tract. 2. cap. 15. pag. 203. §. *Turcarum phrasis autem est.* & ea quæ sequuntur usque ad finem pag. 207. quibus accedunt adjectiva Latinorum formata à substantivis locum & tempus significantibus, quæ ut ad turcismi usum transferantur, sub substantivi forma capienda,

pienda, & per regulam *Quotiescunque* Turcarum ad orationem inducenda ſunt. v.g. *Cælum*, *cæleſtis*, *infernus*, *infernalis*, *ſylva*, *ſylveſtris*, *campus*, *campeſtris*, *hortus*, *hortenſis*, *æſtas*, *æſtivus*, *hyems*, *hyemalis*, *annus*, *annuus*, *menſis*, *menſtruus*, ſimilia adjectiva Latinorum, pro uſu turciſmi ut hìc dixi, in ſubſtantiva reſolvenda, & per regulam *Quotiescunque* ad orationem inducenda ſunt, quod & apud Latinos ſic contingere poſſe, obſervamus v.g. *cæleſtia latera* & *cæli latera*, *cæleſtes tractus* & *cæli tractus*. Pro Turcarum phraſi attamen, id quod per regulam *Quotiescunque* expreſſum eſt, magis conveniens eſt, veluti: جَبَلْ قَافْ
يَشِلْ زُمُرُدْدَنْدُرْ وَ آسْمَانُكْ كَنَغْلَرِي فِي آلْمِثْلِ
قُورُلْمِشْ چَادِرْ كِبِي اوُزَرِينَه صَارقْمِشْدُرْ *Mons Khaf eſt ex viridi Smaragdo, Cæli tractus, ad ſimilitudinem expanſi tentorii ſuper eum pendent* de mir. mund. إِمْدِي عَزِيزْ مَنْ بُو
مِقْدَارْ جَهَنَّمْ آحْوَالِنْدَنْ آكْلَنْدِي *Itaque mi chare, in tantum perceptum eſt de inferni ſtatu*, Col. Isl. Hæc ipſa ratio, quamquam in nominibus adjectivis à ſylva aut deſerto aut ab horto promanantibus ſtare poſſe videatur ut يَبَانْ آشَكِي
اوُلْ كُونْ بُونْلَرُكْ شِكَارْلَرِي بِرْ *Aſinus deſerti*
قُولَانْ يَعْنِي يَبَانْ آشَكِي وَ بِرْ كَيكْ وَ بِرْ طَاوُشَانْ
أُولُوبْ *Cum illa die eorum venatio eſſet* قُولَانْ id eſt: *Aſinus ſylvæ* vel *deſerti* (onager) *cervus quidam & lepus* de mir. mund.

 ni-

مُحَبَّتْ نَامَهْ شَهَادَتْ نَامَهْ *attestationis* ſeu *attestatoriæ literæ*

literæ amicitiæ اُوْلْ طَرَفْ پَادِشَاهْلَرِينَهْ مُحَبَّتْ نَامَهْلَرْ

يَازْدِيلَرْ *ad illius partis Reges literas amicitiæ ſcripſerunt* de mir. mund. Et nonnunquam per ordinariam regulam *Quotiescunque* Perſarum ut نَامَهٔ مُحَبَّتْ *literæ amicitiæ* نَامَهٔ صَدَاقَتْ *literæ ſinceritatis* صَدْرِ نَامَهْ *Capitales* ſeu *præcipuæ literæ*. Per adjectiva rarius exprimentur, dicunt v. g. خَطِّ هُمَايُونْ *lineæ auguſta* pro نَامَهٔ هُمَايُونْ *literæ auguſtæ* مُؤَكِّدْ نَامَهْ *literæ confirmantes* vel ut nos dicere ſolemus: *literæ credentionales.* هَرْ پَادِشَاهْلَرَهْ مُؤَكِّدْ نَامَهْلَرْ كُونْدُرْدِيلَرْ *Ad omnes Reges literas confirmantes* id eſt *Credentionales literas* ut nos dicere ſolemus *miſerunt*. de mir. mund.

Sexta obſervatio eſt, cum ejusdem rei qualitas in ſubjecto frequens eſt, ut *Saxoſus, ſcopuloſus, foraminoſus, &c.* Turcæ, ſimilia, per ſubſtantiva exprimunt addendo لِقْ vel لِكْ ad ſubſtantivum vel adjectivum, prout ipſa gentis phraſis id ipſum ſuggerit. v. g. è ſubſtantivis ut جَنَّتْ *Paradiſus* جَنَّتْلِكْ ſi latinè dicere liceret *Paradiſeitas*, ſic جَهَنَّمْ *Infernus* fit جَهَنَّمْلِكْ ſi latinè dicere liceret *Inferneitas* طَاغْ *Mons, Sylva* طَاغْلِكْ quaſi diceres

ceres *montuositas, sylveitas*, hæc apud Latinos potius per adjectiva exprimentur, ut, *ad Paradisum pertinens*, *ad gehennam pertinens*, vel *salvus* & *damnatus* فلان كيمسنة جنّتلك جهنّملكميدر كمسنة بلمز *Talis quidam Paradiseitas ne est an inferneitas, nemo scit*, id est: *Talis quidam an ad Paradisum vel an ad infernum pertinens sit, nemo scit*: vel *Talis quidam salvusne sit an damnatus nemo scit.* Col. Isl. sic كوملك *indusium* كوملكلك *ad indusium unum pertinens tela* بر كوملكلك بزدن بر آقچه آلنه *De tela ad indusium unum pertinente, denarius unus accipiatur.* Can. Ottom.

Aliquando hæc syllaba adjectivis adjicitur, ut adjectivum substantivum evadat, quod latinitatis respectu attamen adjectivè capiendum est, ur ضرب *asper* ضربلق *asperitas*, his accedunt substantiva persica, quæ per assumptionem syllabæ persicæ ستان rei multitudinem significant, hæc adhuc syllabam turcicam لق assumunt & rei frequentem qualitatem indicant, ut سنكستان *locus lapidosus* sic سنكستانلق idem significat quæ etsi in turcismo substantivè capiantur, in latinismo attamen adjectivè capi debent ut لكن قطور سمتي زيادة ضربلق و سنكستانلق اولمغله *Verùm quia Cathari viæ, asperitas & locus saxosus* (asperæ & saxosæ viæ) *erant* Gem. Hist.

Quædam

loquendi modis aut circumſtantiis, pro *apparere*, *exiſtimare* aut *putare*, & pro *eſſe* ſtare poſſe videtur: apud hanc Gentem, verbô eô, quod ſenſui latino convenit, utendum erit, quod exemplis declaratur. Si pro *apparet* v.g. latini dicerent *Talis quidã mihi doctus* ſeu *ſciens videbatur*, pro turcica Syntaxi, dicendum erit: *Ego talem quendã doctum* ſeu *ſcientem exiſtimabam.* بن فلان كيمسنه يي عالم صانوردم & pro *eſſe* veluti *ſi felicitati imperioque meo dignum, ſi populo Muhammedano utile eſſe videbitur* اكر دولت وسلطنتمه لايق ايسه و امت محمديه نافع ايسه *ſi Felicitati & imperio meo dignum fuerit, Populo Muhammedano utile fuerit.* Gam. Hiſt.

DE ADJECTIVIS

An in uſu adjectivorum, inter Latinos & Turcas, par ſit ratio?

NIhil eſt quod in oratione magis diſſonum eſſe poſſit, quàm indigeſta quædam imitatio rei, ex natura ſua non imitabilis, qualis foret ad imitationem Latinorum adjectivorum, adjectiva turcica formare & applicare velle, eſſet profecto de hallucinatione in hallucinationem lapſus, ni certæ obſervationes ſtabilirentur, juxta quas, hac in circumſtantia eſt operandum, harum

Prima eſt: Adjectiva quæ adjiciuntur ſubſtantivo materiam ſignificante, alia ſunt ad inſinuandam ſimpliciter materiæ alicujus qualitatem, cujus qualitatis adjectivum ab ipſius materiæ

riæ qualitate non eſt deſumptum, v.g. *pons altus*, *ferrum candens*, *lignum madidum*, & certum eſt, quòd *altus* non à qualitate pontis nec *candens* à qualitate materiali ferri, nec *madidum* à qualitate materiali ligni promanet, hujus modi adjectivi paritas, tali in circumſtantia, tam Latinis, quàm Turcis, ratio eadem eſſe videtur: Quod ſi adjectiva ab ipſa materiæ qualitate promanent, ut *ferreus* à *ferro*, *ligneus* à *ligno*, *argenteus* ab *argento*, *aureus* ab *auro*: Forma adjectivorum, Latinis, non autem Turcis conveniens, non ex eo, quaſi Turcæ è ſubſtantivo materiam ſignificante adjectiva formare non poſſent, ſed ob uſûs rationem, quæ in eo conſiſtit, ſi adjectivum qualificans à ſubſtantivo materiam ſignificante, cui qualificatio tribuitur, non denominetur, Turcæ æquè ac Latini adjectivo à nomine materiæ formato utuntur, v. g. آتشلو كوزلر *oculi ignei* طعمة آتشناك ايلدي تيغ *fecit eſcam ignea framea* Hiſt. Sul. *Igneus* enim, neque ab oculo, neque à framea denominatur, ſed qualitatem oculi aut frameæ indicat, licèt à ſubſtantivo materiam ſignificante promanet. E contra, ſi apud Latinos adjectivum qualificans, à ſubſtantivo materiam ſignificante ut per illud aliquid quod materiæ qualitati ſit connexum qualificetur, emanet, licet apud Latinos ſit adjectivi uſus, apud Turcas id ipſum contingere non poterit, cum Turcæ per regulam turcicam *Quotieſcunque* operentur, collocando id quod apud Latinos adjectivè ſumitur, in turciſmo, ſubſtantivè, ad caſum qui eſt genitivus regulæ, ſubſtantivum qualificatum autem ad caſum quem conſtructionis ratio exigit, quod exemplo declaratur:

كوكدن بر دمور طوپي صالي ويرسك بش
يوزييلده يرا وزرينه اينة *ſi de cælo ferri globum* (Latini ferreum

reum globum) *demitteres, quingentis annis ad superficiem terræ descenderet*, Col. Isl. globus enim *ferreus* ex eo *ferreus* dicitur, quia è ferro constat, & tali in circumstantia & regula ordinaria *Quotiescunque* Persarum & etiam Arabum locum habere posse videtur, habet enim Hist. Sul. آهن لباس *vestis ferri*, id est *ferrea vestis*, quæ est regula *Quotiescunque* Persica & اكليل الازهار *corona florum* id est: *Corona florea* quæ est regula *Quotiescunque* Arabica. Quod si adjectivum denominativê qualificans in latinitate simul cum substantivo ad genitivum cadat, apud Turcas adjectivum ad substantivum transfertur, & simpliciter in suo themate, præponetur, quod exemplo declaro, ùt v. g. in Latinjtate. *Curvatura Pontium lapideorum est fornicata.* Certum est, quod *lapideus* sit adjectivum denominativè qualificans, quia pons est ex lapide; sic, lapis ut substantivum juxta turcismi regulam, debebit præponi simpliciter in suo themate, ut: طاش كوپرولرك كوزي كمرلودر *lapidis pontium curvatura fornicata est.*

Utuntur item Latini hic dictis adjectivis ad exprimendam materiam per quam denominativè qualificatur res, quæ ex eadem materia facta aut composita est. v. g. Latini dicerent; *Ingressi sumus in speluncam quæ habuit portam ferream*, Turcæ dicent بر مغارهيه كيردك آنك دموردن قپوسي وار ايدي *Ingressi sumus speluncam, cujus porta erat ex ferro.* de mir. mund. Hæc regula certa est. Subinde autem, ad Latinorum loquendi modum declinat, si ex arabismo adjectivum aliquod quod منسوب *derivatum* aut *possessivum* appellant, ad ora-

orationem turcicam trahatur, v. g. *ſtatus corporeus* ſeu *corporalis*, *morbus corporeus*, juxta hic prædictas regulas bene dicetur

جِسْمكْ حالي *ſtatus corporis* جِسْمكْ سقامي *morbus corporis.*

Sed quia arabicum adjectivum derivatum quod eſt جسماني vel بدني ad turcicam conſtructionem induci poteſt, dicetur optimè juxta Latiniſmum, vocalizatione perſicâ, quæ vult ut ultima litera ſubſtantivi Keſra aut ي poſt conſonantem, ء poſt vocalem notetur, ſi adjectivum ſequatur, ut, حالِ جسمانيه & سقامي بدني *ſtatus corporalis & morbus corporeus.* iſta in libro de intentione mentis. ايكي دُرلُو حالي وارْدُر بري روحانيت و بري دخي جسمانيت *Duplices ſunt ejus ſtatus unus eorum ſpiritualis alter eorum corporalis*, &c. at uſus eſt per regulam *Quotieſcunq*; vulgarē ut: اكر طبيعت هواسن ترك ايدوب رسوله محبت ايليوب بيوردوغنه تابع اولور *ſi natura* (naturalem) *appetitum deſeruerit*, & *Prophetam amore proſequetur*, *rei quam imperavit*, *adhærebit*. Col. Iſl.

Secunda obſervatio in eo conſiſtit, quod Latini, à plurimis ſubſtantivis, adjectiva qualitatis, ut ita dicam, qualitatem ab ipſo ſubſtantivo unde manant deſumentia, forment, ut *bilis* dat adjectivum *bilioſus &c.* Quamvis negari non poſſit, hujusmodi adjectiva etiam apud Turcas vel propriè turcicè vel ex arabiſmo vel ex perſiſmo deſumpta reperiri, hoc tamen non ob-

ſtan-

ſtante, hujusmodi adjectiva, diverſis phraſibus apud hanc Gentem exprimuntur, quarum phraſium, diverſa exempla allegare lubet.

Modus primus ſit ille, qui hujus Gram. turc. tract. 2. cap. 6. 7. 8. exhibetur, illos modos autem formare, non à Studentis arbitrio, ſed ab authoritatis placito dependet.

Modus ſecundus dependet à regula *Quotiescunque* Turcarum, in qua eſt uſus ſubſtantivi è quo Latini adjectivum ſuum educunt, quod ſubſtantivum hac in Syntaxi erit genitivus regulæ, cadente altero caſu eò, quò ratio conſtructionis eum rapit, v. g. *natura bilioſa* pro turciſmo *bilis natura* dici debet, nempe. صَفرَانْڭْ طَبيعَتي veluti صَفرَانْڭْ طَبيعَتي حَارّدُرْ *Bilis natura eſt calida.* Med. anon. qui modus loquendi, cum & apud Latinos ſtare poſſit, vel ipſa Latinitas regulæ loco ſervire poterit, talia in meo Calepino ſunt ſemper indicata.

Modus tertius adjectiva Latinorum, quæ à ſubſtantivis deducuntur, ut ſubjectum tali qualitate, quæ à ſubſtantivo denominatur, connotetur, pro turciſmo, licet etiam Latinorum modo adjectivè capi poſſint, perſæpe attamen ſubſtantivè capiuntur, & tunc temporis in turciſmo, verbum poſſeſſivum *habere* vel aliud huic æquivalens, in oratione eſſe, & ſubſtantivum perſonæ affixum aſſumere debet, ſic *peritia* dat *peritus*, ſit, v. g. Latiná conſtructio *qui ſunt maris periti*, pro formanda conſtructione turcica, وُقُوفْ *peritia* & اُولْمَقْ *habere* capi debet, præſcindendo à caſu quem وُقُوفْ regit, qui eſt dativus, ipſum وُقُوفْ perſonæ affixum cui qualitas ineſſe dicitur, aſſumet

met & erit, عِلُومِ دَرِيَايةِ وُقُوفِي اُولاَنْلَرْ *ſcientias peritiæ maris habentes*, id eſt: *navigandi arte periti.* Hiſt. Sul. Item نْتِيجَهٔ اَحْوَالِنْدَنْ غَايَتِلَهٔ وُقُوفِي اُولُوبْ *Cùm Germanorum Statûs ſummam peritiam haberet.* Gem. Hiſt. ſic *ingenioſus* erit مَهَارَتْ *ingenium*, juxta hanc obſervationem dicetur: عِلْمِ انْجِيلْدَهْ بُوجُوانْڭْ مَهَارَتِي كَمَالْنْدَهْ ايِمِشْ *in cognitione Evangelii, hujus juvenis ingenium, fuit in perfectione.* Hiſt. Mah. Baſſæ. Hoc loco, verbum ſubſtantivum *eſſe*, æquivalet verbo poſſeſſivo *habere*, ingenioſus eſt عَقْلِي وَارْدُرْ

Tertia obſervatio, hæc eſt: quod Latini nonnunquam adminiculo adjectivorum, copiam, abundantiam, multitudinem ſignificantium, rerum copiam, abundantiam aut multitudinem exprimant, ſed & multorum adjectivorum Latinorum natura hæc eſt, ut rei per ſubſtantivum è quo emanant ſignificatæ copiam abundantiam aut paucitatem exhibeant, quod apud Turcas non contingit, & tunc etiam Turcæ ſubſtautivis, ſub paulo ante & immediatè præcedente modalitate, cum affixis & verbo اُولْمَقْ *habere* aut *eſſe* ſcilicet utantur, adjecto adjectivo quod rei copiam aut paucitatem inſinuet, dicunt v. g. Latini *Fructifer. fructificus*, *fructuoſus*, quibus adjectivis, rei copiam ſignificant, cum hujuſmodi adjectivis Turcæ careant, ſemper ad adjectiva multitudinem ſignificantia recurrere debent, tali adjectivo ergo ad orationem concurrente, latinitas pro turciſmo immutanda eſt, & *fructus ejus multus eſt* dicendum eſt, v. g. مَيْوَهْسِي فَرَاوَانْ *fructus ejus copioſus eſt*, ſub intelligendo locum in quo rei copia reperitur, ad quem refertur affixum

eju

طوار و قيون وكچي جنسي چوق اولور و تخي ميوه سي *ejus* فراوان و نعمتي رايكاندر و بهالري تخي اوجوزدر *jumentorum, ovium & caprarum genus multum est, fructus ejus copiosus, gratiæ ejus inemptæ* (id est gratis datæ) *& eorum pretia levia sunt* de mir. mund. sic: *pecuniosus* آقچه سي چوق *pecunia ejus multa, & non pecuniosus* آقچه سي آز *pecunia ejus modica.*

Advertendum attamen, quod apud Turcas hæc ipsa adjectiva copiam ac multitudinem significantia, etiam in substantiva mutari & per regulam *Quotiescunque* turcicè sumptam ad orationem deduci possint, veluti: خصايصندن آلتون و كمشك كثرتي و سكرك وفرتي و لطيف كتابي بي نهايه در *De ejus specialitatibus auri & argenti multitudo est, & Sacchari abundantia, & gratiosæ sagittæ sine termino sunt.* de mir. mnnd.

Arabizandi phrasim pro hoc loco, colliges in mea Gram. turc. tract. 2. cap. 15. pag. 196. ❧ *ex arabizandi modo.* An Persismus ad hunc locum Syntacticè concurrere possit, praxis edocebit.

Quarta observatio est: recursus ad Gram: turc. tract. 2. cap. 15. pag. 203. ❧. *Turcarum phrasis autem est.* & ea quæ sequuntur usque ad finem pag. 207. quibus accedunt adjectiva Latinorum formata à substantivis locum & tempus significantibus, quæ ut ad turcismi usum transferantur, sub substantivi forma capienda,

pienda, & per regulam *Quotiescunque* Turcarum ad orationem inducenda ſunt. v. g. *Cælum*, *cæleſtis*, *infernus*, *infernalis*, *ſylva*, *ſylveſtris*, *campus*, *campeſtris*, *hortus*, *hortenſis*, *æſtas*, *æſtivus*, *hyems*, *hyemalis*, *annus*, *annuus*, *menſis*, *menſtruus*, ſimilia adjectiva Latinorum, pro uſu turciſmi ut hîc dixi, in ſubſtantiva reſolvenda, & per regulam *Quotiescunque* ad orationem inducenda ſunt, quod & apud Latinos ſic contingere poſſe, obſervamus v. g. *cæleſtia latera* & *cæli latera*, *cæleſtes tractus* & *cæli tractus*. Pro Turcarum phraſi attamen, id quod per regulam *Quotiescunque* expreſſum eſt, magis conveniens eſt, veluti: جبل قاف يشل زمرددندر و آسمانك كنغلري في المثل قورلمش چادر كبي اوزرينه صارقمشدر *Mons Khaf eſt ex viridi Smaragdo, Cæli tractus, ad ſimilitudinem expanſi tentorii ſuper eum pendent* de mir. mund. امدي عزيز من بو مقدار جهنم احوالندن آڭلندي *Itaque mi chare, in tantum perceptum eſt de inferni ſtatu*, Col. Isl. Hæc ipſa ratio, quamquam in nominibus adjectivis à ſylva aut deſerto aut ab horto promanantibus ſtare poſſe videatur ut يبان اشكي *Aſinus deſerti* بر شكارلري بونلرڭ گون اول قولان يعني يبان اشكي و بر كيك و بر طاوشان اولوب *Cum illa die eorum venatio eſſet* قولان id eſt: *Aſinus ſylvæ* vel *deſerti* (onager) *cervus quidam & lepus* de mir. mund.

ni-

nihilominus adjectivum possessivum dictum, magis in usu esse videtur, nam, hic in eodē loco dicitur. جِمَارْ وُحْشِيّ سُلْطَانُمْكْ قُوشْلُقْ يَمَكِي اُولْسُونْ *Asinus sylvestris, erit antemeridiana esca Sultani mei.* de mir. mund. Item ibid. آلْبَطِيخْ بَسْتَانِيسِي وَ بَرِّيسِي دَخِي وَارْدِرْ *Melopepo hortensis est & campestris.*

Ea autem quæ temporis sunt, magis à regula *Quotiescunque* dependere videntur, ut ييلْبَخْشِشِي *annuale donum* آيَّامِ بَهَارْدَه اُولُوبْ حَظَّه مُحَمِيَّه قُسْطَنْطِنِيَّه نُمُونَه بَاغِ بَرِينْ ايدي *Cum essent dies veris* (vernales) *felicitatis sedes, custodita Constantinopolis, fuit idea horti præstantissimi.* Hist, Sul-

Quinta observatio est, quod Latini quidem per substantiva rerum diversarum, rei quæ agitur acta aut agenda est, qualitatem, per regulam *Quotiescunque* exprimere possint, nihilominus ex eo substantivo quod vi regulæ ad casum genitivi cadere deberet, adjectivum formant, & id quod per regulam *Quotiescunque* exprimi posset, per substantivum adjectivo accedente exprimant. v. g. dicent: Pro *obsequii responsum*, *obsequiosum responsum*. pro *submissionis epistola*, *submissionalis epistola*, pro *responsionis epistola*, *epistola responsoria*, tali in circumstantia, Turcæ, regulæ *Quotiescunque* magis sunt alligati v. g. juxta turcicam إذْعَانْ جَوَابِي *obsequii responsum* veluti : بز

بِزْ پَادِشَاهُڭُكْ قُوللَرِي يُوزْ هَرْ نَه طَرَفَه فَرْمَانْ صَادِرْ اُولُورْ اِيسَه فَرْمَانْ سُلْطَانُمُڭْدُرْ آفَنْدِيمِزْ وَزِيرْ اَعْظَمْ چُونْكِه بُونْلَرْدَنْ بُو يُوزْدَنْ اِنْقِيَادْ جَوَابْلَرِينْ اِسْتِمَاعْ آيْلَدِي *Nos Regis famuli sumus, pro quacunque parte mandatum emanet, imperium est mei Sultani, cum Dominus noster supremus Vizirius, ab iisdem tanti obsequii* (tam obsequiosum) *responsum percepisset.* Gem. Hist. عُبُودِيَّتْ

دَوْلَتْلُو وَسَعَادَتْلُو صَدْرْ اَعْظَمْ حَضْرَتْلَرِينَه *submissionis epistola* نَامَه اُورْتَا مَجَارْ قِيرَالِي اُولَانْ تُوكَلِي قُوللَرِينْدَنْ كَلَانْ عُبُودِيَّتْ نَامَه نُڭْ تَرْجُمَسِيدُرْ *Interpretatio literarum* (submissionalium) *submissionis ad supremi Vizirii dignitatem, ab ejusdem famulo Teköli, existente Hungarorum Rege.* Lit. Item juxta regulam *Quotiescunque* persicam exhibitam in mea Gram. turc. tract. 2, cap. 14. ad titul. *De regula Quotiescunque persica non signis indicata sed absolutè stante.* ut: جَوَابْ نَامَه *responsi* seu *responsoria litera* اِعْتِذَارْ نَامَه *excusationis* seu *excusatoria litera* تَسْلِيَتْ نَامَه *litera consolationis* seu *consolatoria* اَمَانْ نَامَه *litera securitatis* id est: *Salvus conductus* شَهَادَتْ

شَهَادَتْ نَامَه *atteſtationis* ſeu *atteſtatoriæ literæ* مُحَبَّتْ نَامَه *litera amicitiæ* اُولْ طَرَفْ پَادِشَاهْلَرِينَه مُحَبَّتْ نَامَه لَرْ يَازْدِيلَرْ *ad illius partis Reges literas amicitiæ ſcripſerunt* de mir. mund. Et nonnunquam per ordinariam regulam *Quotieſcunque* Perſarum ut نَامَهٔ مُحَبَّتْ *litera amicitiæ* نَامَهٔ صَدَاقَتْ *literæ ſinceritatis* صَدْرِ نَامَه *Capitales* ſeu *præcipuæ literæ.* Per adjectiva rarius exprimentur, dicunt v. g. خَطِّ هُمَايُونْ *linea auguſta* pro نَامَهٔ هُمَايُونْ *literæ auguſta* مُؤَكَّدْ نَامَه *literæ confirmantes* vel ut nos dicere ſolemus: *literæ credentionales.* هَرْ پَادِشَاهْلَرَه مُؤَكَّدْ نَامَه لَرْ كُونْدُرْدِيلَرْ *Ad omnes Reges literas confirmantes* id eſt Credentionales literas ut nos dicere ſolemus *miſerunt.* de mir. mund.

Sexta obſervatio eſt, cum ejuſdem rei qualitas in ſubjecto frequens eſt, ut *Saxoſus, ſcopuloſus, foraminoſus, &c.* Turcæ, ſimilia, per ſubſtantiva exprimunt addendo لِقْ vel لِكْ ad ſubſtantivum vel adjectivum, prout ipſa gentis phraſis id ipſum ſuggerit. v. g. è ſubſtantivis ut جَنَّتْ *Paradiſus* جَنَّتْلِكْ ſi latinè dicere liceret *Paradiſeitas,* ſic جَهَنَّمْ *Infernus* fit جَهَنَّمْلِكْ ſi latinè dicere liceret *Inferneitas* طَاغْ *Mons, Sylva* طَاغْلِكْ quaſi diceres

ceres

ceres *montuositas, sylveitas*, hæc apud Latinos potius per adjectiva exprimentur, ut, *ad Paradisum pertinens, ad gehennam pertinens*, vel *salvus* & *damnatus* فلان كيمسنه جنتلكى جهنمليكيدر كمسه بلمز *Talis quidam Paradiseitas ne est an inferneitas, nemo scit*, id est: *Talis quidam an ad Paradisum vel an ad infernum pertinens sit, nemo scit*: vel *Talis quidam salvusne sit an damnatus nemo scit*. Col. Isl. sic كوملك *indusium* كوملكلك *ad indusium unum pertinens tela* بر كوملكلك بزدن بر آقچه آلنه *De tela ad indusium unum pertinente, denarius unus accipiatur*. Can. Ottom.

Aliquando hæc syllaba adjectivis adjicitur, ut adjectivum substantivum evadat, quod latinitatis respectu attamen adjectivè capiendum est, ut صرب *asper* صربلق *asperitas*, his accedunt substantiva persica, quæ per assumptionem syllabæ persicæ ستان rei multitudinem significant, hæc adhuc syllabam turcicam لق assumunt & rei frequentem qualitatem indicant, ut سنكستان *locus lapidosus* sic سنكستانلق idem significat quæ etsi in turcismo substantivè capiantur, in latinismo attamen adjectivè capi debent ut لكن قطور سمتي زياده صربلق و سنكستانلق اولمغله *Verùm quia Cathari viæ, asperitas & locus saxosus* (asperæ & saxosæ viæ) *erant* Gem. Hist.

Quædam

Quædam substantiva autem, sui repetitione, vim adjectivi obtinent, ut دلكلي *foramen* دلكلي دلكلي *foraminosus* قلبور كبي دلكلي دلكلي ايتمشلر *Cribri ad instar foraminosum fecerunt*, Ch. Ef.

Septima observatio, est, quod adjectiva Latinorum in *bilis*, apud ipsos Latinos, in vi generis & significandi ratione, verbo à quo derivantur, sint conformia. v. g. *scibilis* continebit in se de vi verbi passivi, quia *scibilis*, est id quod sciri potest, sic *delebilis* à passivo *deleri*, *frangibilis* à passivo *frangi*, similia adjectiva apud hanc gentem (ni phrasis immutatione, aut arabismi aut persismi concursu orationis qualitas immutetur) per tertiam personam Modsareorum arabicorum aut turcicorum verborum, numeri singularis, respectu arabismi, generis masculini, indeclinabiliter exprimi solent, v. g. arabizando أَلْحَمْدُ لَا يُعَدُّ *Laudes innumerabiles* & in turcico cursu اوْلْ كه عدد حروف ايلـه بيلنور *Id quod per numerum literarum scibile est* seu *sciri potest*. de art. scrib. sic, محو اولنور *delebilis* قريلور *frangibilis* اژدر طويورلماز *Draco non est satiabilis*, & modus hic, in derivatis ab activis, perpetuus esse videtur. In verbis neutris modus is etiam stare posse videtur. v. g. سنك جفالركه كوكلم طيانماز *Cor meum ad tuas miserias, non est durabile*. Aliquando id ipsum participiis arabicis exprimitur, ut كل فرس صاهل *omnis equus est*

est hinnibilis روزكار موافق اولورسه *si ventus erit favorabilis.* Aliquando autem per futurum participii turcici ut فلان آزدراجق تَوزيع اولناجق نسنه *quid quod divisibile est* كمسه دُر *Talis quidam est seducibilis* id est, *seduci potest.*

Huc trahenda sunt etiam dicta in Gram. turc. tract. 2. cap. 1. ad tit. *Vis specialis syllaba* لو pag. 7. Item tract. 4. part. 2. cap. 5. §. *Datur participium futuri etiam in* لو pag. 619. & quia similia de qualitatis potentia in se continent vid. tract. 4. part. 2. cap. 13. ad tit. *Quarta structura seu phrasis verbi, &c.* pag. 664. Vide etiam in syntaxi post regulam: *Dativus post nomen. Nomina quibus commodum, &c.* ج *Item verbalia in bilis.*

Octava observatio. Subinde duo substantiva concurrunt, è quibus regula *Quotiescunque* elici non potest, quia non sunt rerum diversarum, hinc arguere debemus, substantivum primum adjectivè sumi debere, v. g. آلتون تاج *aurum corona* cum ergo, Regum coronas ex auro factas esse sit supponendum, talis loquendi modus, observationi primæ præcedenti, comformis esse debebit, ex eo, quia substantivum materiam ex qua aliquid fit indicans, ut in prædicta prima observatione, primô locô collocatur, unde hoc in loco, est occulta regula turcica *Quotiescunque*, quæ persica dici non potest, quia ad ejus constitutionem non nisi arabici & persici termini admitti possunt, exemplum opinionem meam clarè confirmat: باشنه آلتون تاج و قرشوسنده

قرْشوسنْدَه بكْلَرْ ٱللَّرينْ قاوُشوبْ طورْمشْلَرْ *In capite ejus aurum* (aurea) *corona*, *& è regione illius Beghi*, *manus supra pectus jungentes*, *steterunt*. de mir. mund. par ratio pro hic sequente exemplo دَمور قلمْ ايلهَ آلتونْ وَيا كمشْ وَيا باقرْ اوزرنْدَه نَقْشْ اينْمكْ *Ferro* (ferreo) *calamo supra aurum vel argentum vel cuprum pingere*, *&c.* Et caput 8. tractatus secundi, ad has observationes trahi potest. Videnturque & alia substantiva adjectivi loco stare posse, quamvis id rarius contingat, veluti: جنْ سنْكْ فرْمانكْدَه تَسْليمْ اولْدُمْ est etiam تَسْليمْ masdarū arabicū *traditio* significans, ita ut hujus sensus verbalis interpretatio sit, *Ego mandato tuo traditio factus fui* pro *Ego mandato tuo subjectus fui*, vel *mandato tuo obsequens fui*. Res authoritati potiùs quàm regulæ nixa. قلچجي قينْ اچنَه قويوبْ آسودَه حالْ اولْدُقْ *frameam ad vaginam posuimus*, *& quietus status* (quieti) *facti sumus*.

Nona observatio. Dantur quædam à verbis oriunda adjectiva apud Latinos, quæ etsi participii formâ non gaudeant, vi significandi attamen, eadem cum participiis esse videntur, ideoque apud Turcas per formale participium sive turcicum sive arabicum exprimuntur, veluti *furiosus*, est idem ac *furens*, Turcis مشْغوفْ اولانْ participium *gemebundus* نالَه ايدَنْ *flens*. Injuriosus, *injurius* ظلمْ ايدَنْ vel ظالِمْ *injurians*.

Decima

Decima obſervatio, perſæpe ubi Latinorum adjectiva qualitatem ſubjecti explicantia cum ablativo ſubſtantivi conſtruuntur, ablativus ſubſtantivi Latini, apud hanc Gentem in adjectivum vertitur, ſubſiſtente altero adjectivo, veluti: *ſtaturâ altus* اوزون بويلو, *ſtaturâ mediocris* اورته بويلو, *ſtaturâ parvus* آلچق بويلو, *Niger oculis* قره كوزلو, *Cæſius oculis* آلا كوزلو, *Criſpus crinibus* قيورجق صاچلو, *Flaccus auribus* سلپك قولاقلو *exigui cordis, abjectus*, آلچق كوڭللو, *exigui ponderis* آلچق عيارلو, & ſi alia his ſimilia reperirentur, at hæc, in vulgari ſermone potius quàm in elegantiori loquela locum habere videntur. ſic in libro de mir. mund. بر خوب منظر پري پيكر بلند قامت لطيف قيافت جاريه *Quadam pulchri aſpectus formoſæ faciei* ſeu *Angelici vultus, longæ ſtaturæ & jucundæ faciei ancilla fuit* بلند قامت pro اوزون بويلو item فلان كيمسنه نڭ صاچي *Talis cujusdam crinis criſpus eſt* قويرجق در صاچي قويرجق pro صاچلو قويرجق Ch. Ef.

Undecima obſervatio: Huic Genti ſubinde quidam loquendi modus eſt, ita ut id quod ſubſtantivum eſt, adjective, vel etiam & adjectivè & verbaliter capi poſſit. Id quod adjectivè ſolummodo capi poteſt, per regulam ordinariam perſicam

Quotiescunque in orationem inducitur veluti: دُرَرِ سَلَامْ غُرَرِ پَیَامْ ad verbum eſt: *Uniones ſalutationis, candicantes maculæ annunciationis*: quod nos Latinè per adjectiva ſic exprimeremus. *Margaritifera ſalutatio & illuſtris annuntiatio.* ex lit. Adjectivè autem aut verbaliter, ſubſtantivum verbo jungi debet, ut: چُونْكِه بُونِي كُورْدُمْ جَانُمْ رَاحَتْ اُولْدِي adverbum eſt: *Cùm id vidiſſem, anima mea quies facta eſt*: id eſt: *quieta evaſit* ſeu *quievit*. de mir. mund. item بَنْ سَنُكْ فَرْمَانُكَه تَسْلِيمْ اُولْدُمْ *Ego tuo mundato traditio factus ſum*, id eſt: *Ego mandato tuo traditus* ſeu *obſequens fui* id eſt: *Ego mandato tuo pareo* ſeu *parui.*

Aliquando ſubſtantivum adjectivo junctum unius noſtri adjectivi latini loco ſtare poteſt ut: طَايِفَهٔ كَمْرَاهْ *Populus perverſa via*, id eſt. *Populus perverſus*, item: كُفَّارِ جَهَنَّمْ قَرَارْ *Infideles inferni manſio* id eſt *infernales*. فُجَّارِ شَقَاوَتْ شِعَارْ *Improbi, iniquitatis ſymbolum* id eſt *Improbi iniquiſſimi*. At hoc in paſſu, authoritatem arbitrio prævalere debere, exiſtimo.

AD

ADJECTIVUM CUM SUBSTANTIVO.

Nomina Adjectiva, Pronomina, & Participia, cohærent cum suis substantivis in genere, numero & casu.

SI quis Gentis hujus, ad hanc linguam concurrentia persicæ linguæ fundamenta ab arabismo præscindendo consideret, ob generis carentiam, & ob declinabilitatis limitatam regulam, apud hanc Gentem, regulam hanc subsistere non posse, rationabiliter arguet, quod & exemplis approbatur, veluti: افنديمز هر بر ويران كويه يصاقجي تعيين ايدردي *Dominus noster ad quemvis desertum pagum arcentem virum collocavit*, Gem-Hist. كوي *pagus* كويه dativus turcicus involuens in se postpositionem latinam *ad*, ita ut latinis sit accusativus, & en هربر *quivis* ويران *desertus* sunt in suo puro nominativi themate, sed horum casus qualitas à postremo termino, qui in declinabilitate est, argui debet, quia adjectiva sunt, quæ ad illud substantivum, quod in declinabilitate est, referuntur: item: كوكلم فلان طعامي آرزو ايدر *Animus meus talem cibum ferventer desiderat* طعام *est cibus* طعامي est ejus accusativus, & فلان est *talis* in suo nominativo, pro accusativo attamen capi debet, quia substantivum, ad quod refertur, est in accu-

accusativo, modus perpetuus procedendi, nisi arabismus ad orationem concurrens, aliud exigat.

Quid de hac regula arabismo concurrente sentiendum sit.

Arabismo concurrente, si pronomina exceperis, ut tract. 3. part. 1. cap. 2. pag. 362. tit. An *pronomina*, & hujus tract. part. 2. cap. 9. pag. 444. tit. *Quæstio finalis*, insinuavi, quibus ferè nullus locus in turcismo, nisi authoritas, quid introduxerit (quod exiguum est) videtur, latinitatis regula vim habere quoad genus, non autem quoad casum, in numero autem, quibusdam in circumstantiis arabismi proprietati inhæret, quæ exemplis exhibeo, quæ vide supra in Gram. turc. tract. 2. cap. 18. pag. 228. ad tit. *Punctum secundum De existentia Generis*. Item in eodẽ capite pag. 234. tit. *Punctum quartum. De genere, sine vi generis concurrente.*

Substantiva conjuncta ferè Adjectivum multitudinis requirunt: Hac in lingua reflexiones aliæ habendæ sunt, meminisse ergo oportet doctrinæ datæ in Gram. turc. tract. 2. cap. 30. *Accidentia declinabilitatis* pag. 304. §. *substantiva & adjectiva ad orationem concurrentia, &c.* ex quo arguemus, quod si ex substantivis conjunctis aliquod ad ultimum locum inciderit, & adjectivum necesse in suo themate seu nominativo qualiscunque numeri manere debebit, & arguitivè hujus numeri sit futurum, cujus numeri erit substantivum ultimo loco collocatum, veluti:

بيوك وبر خوب منظرلي پيكر بلند قامت

لطيف قيافت جاريه *Magna & quadam, pulchri aspectus, formosa vultu, alta statura & amana præsentia ancilla*, ac mir. mund-

mund. جاريه *ancilla*, eſt nominativus, & conſequenter etiam adjectiva quæ præcedunt, non obſtantè quod Latina interpretatio, latinitati accommodata ſit, Genti adjectiva ſunt: item ibid. آنڭ انجو و لطيف كاغدلري اولور *Ejus ſunt Margaritæ & chartæ amænæ.* لطيف & ſi ſit nominativus ſingularis, pro plurali capiendus eſt, quia كاغدلر *chartæ* ultimo loco collocatum, tali in numero eſt. Quod ſi ad numerum reſpexerimus, juxta exigentiam regulæ Alvari, videbitur, quod adjectivum in numero ſingulari permanebit, advertendum attamen, quod Gens hæc, inter ſubſtantiva conjuncta particulas copulativas perſæpe interponat. veluti: آنلرڭ يانندە آرلري وعورتلري بللو دكلدر *Apud illos, eorum viri & eorum fæminæ non eſt cognoſcibilis*: id eſt: *non ſunt cognoſcibiles*. de mir. mund. item ibid. چچكلرينڭ انواع اقسامنە نظر ايدرسن مثلا قزل وردي وارغواني وسوسني و شقايقي وحمري و عنابي وعقيقي ودمي بونلرڭ جملەسي قزللقدە بربر ايلە مشتركدر *Florum varias ſortes videbis, Roſam rubram, ſyringam perſicam, iridis florem, Anemonem, crocum, Zizipham rubram, carneolum, & ſanguinem, horum ſumma* (hæc omnia) *in rubore, unum cum altero eſt particeps* (latini participes ſunt dicerent) de mir. mund. Etſi ſubſtantiva conjuncta fuerint, apud hanc Gentem pluralis numeri adjectivum nihilo-

hilominus singularis numeri esse solet. اَشْجَارْ ثِمَارِي وَعُيُونْ

اَنْهَارِي وَغِمَاضِي يَعْنِي اُورْمَانِي مِيشَه‌سِي وَنَارْجِيلِي

وَشَكَرْ قَامِشِي وَافِرْ دُرْ *Arbores fructuum, & fontes fluminum, & nemora, nempe sylvæ, querceta, & nuces indicæ, & arundines sacchari abundans est* pro abundantes sunt. Ast advertendum quod pronomina pluraliter correspondeant, ut in præmisso exemplo in *horum summa* & in hîc sequente exemplo patet, veluti:

اِمَامْ اَبُو حَنِيفَه وَاِمَامْ شَافِي وَاِمَامْ اَحْمَدْ حَنْبَلِي

وَاِمَامْ مَالِكِي بُونْلَرْ دُورْتْ اِمَامْلَرْدُرْ *Antistes Ebu Hanife & Antistes Schafi, & Antistes Achmed Hanbeli, & Antistes Maliki, hi sunt quatuor Antistites.* de int. ment.

Quod si in turcismo arabizandi ratio incidat, latinos imitantur, & substantiva conjuncta ferè adjectivũ multitudinis requirent, & ex supposito quod adjectivum arabicum ut in arabismo eleganter plurali arabico jungatur, ita etiam in turcismo jungitur, hanc assertionem sequente exemplo confirmo. اِيمَانْ وَنَمَازْ

وَاُورُوجْ عِبَادَاتْ نَفْسِيَه‌دُرْ *Fides & oratio & jejunium sunt servitutes ad animam pertinentes sunt.* de int. ment. prosequitur Alvarus hanc regulam.

Quodsi adjectivum singularis sit numeri cum viciniore substantivo, genere, numero, & casu consentiet. Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia, ac molestia perferenda est. ap-

apparet ex exemplo Alvari, quod id, quod ab illo adjectivum appellatur, ſit participium futuri paſſivi latinorum, qui modus loquendi apud hanc Gentem, ad verbalem loquendi modùm transferendus eſt, nempe: multorum arrogantiam, multorum contumaciam, multorum ſuperbiam, multorum odia ac moleſtiam ſufferre oportet, & phraſis Gentis obtinebitur, nempe:

چوق کیمسنه لرڭ بنلکنه چوق کیمسنه لرڭ
عنادینه چوق کیمسنه لرڭ تکبرلکنه چوق کیمسنه لرڭ
عداوتلرنه و چوق کیمسنه لرڭ اذیتنه تحمل
ایتمک کرک

Adjectivum plurale præſtantius genus ſibi vendicat. Virile præſtantius eſt muliebri & neutro. Domus, Uxor, liberi inventi ſunt. ex ſupra notatis à me, hìc inferre licebit, quod *inventi ſunt*, ſit pluralis maſculinus latinus in ipſa conjugatione adminiculo verbi ſum exiſtens, quâ conjugandi modalitate cum Turcæ careant, dicent illi verbaliter او و عورت و اولاد بولندیلر ſic & ſequens regula latinæ ſyntaxeos.

Neutrum muliebri præfertur, præcipuè cum de rebus inanimatis ſermo eſt: His genus, ætas, eloquentia prope paria fuère. Turcæ qui genus neutrum ab arabiſmo illud non habente, ad ſe trahere non poſſunt, tali in circumſtantia; nullam generis rationem ſunt habituri, ſed applicato adjectivo independenter à genere dicent: بونلرڭ آصلي و عمري و فصاحتي هپ برايدي id eſt: *Horum genus, ætas & eloquentia omnia unum*

unum fuerunt. Par ratio de sequente Alvari regula: *Cum substantivis rerum inanimatarum sæpe jungitur neutrum multitudinis.* Non datur neutrum, ergo regula hæc apud Turcas locum non habet, sed exemplum Alvari ad regulam hanc, comparatione in comparativis usitata sic enunciabitur. *Ira & avaritia, imperio potentiora erant* غضب و بخیلك سلطانتندن اشد ایدی Et alterum exemplum ad appendicem: *Cicero tamen ferè proximi habet rationem. Video P. C. in me vestrum omnium ora atque oculos esse conversos.* Certum est quod *esse conversos* sit quid verbale, ergo & ob id ipsum constructio ad verbum finitum dirigenda est, & in turcismo sic se habebit. یا اصفیاء الوزراء جملهڭزڭ یوز و كوزلری بڭا نظر ایدرلر
O electi Viziriorum, Vestrum omnium facies & oculi me aspiciunt.

Participia factus, creditus, dicendus, visus, appellatus, &c. Regulam hanc Turcæ non imitantur, quia ad verbum finitum recurrunt & his phrasibus utuntur: v. g. بر طاغ آڭا قاف دینلور adverbum est: *Mons quidam illi Khaf dicitur* de mir. mund. latinè dicetur: *Mons quidam Khaf dictus* vel *appellatus.* Item ibid. برقریه واردر كه اسمی رقیمدر *Oppidum quoddam est, cujus nomen est Rakhim.* & ut hunc loquendi modum magis exprimam, ex hoc ipso Auth. de mir. mund hunc discursum subjungo وبو جبل قافڭ ماورای بحر محیطدر كه جبل قاف احاطه ایلمشدر اسمی نیمطشدر وجبل قافڭ ماوراسنده

ماوراسنده بحر آخر واردر كه اسمنه قبيش ديرلر
و بونڭ ماوراسنده بحر آخر واردر كه اسمنه مظلم
ديرلر و ينه بونڭ ماوراسنده بر بحر آخر واردر كه
اسمنه مرماش ديرلر *Et illud quod eſt ultra montem Khaf mare circumdans* (Oceanus) *quod montem circumdat nomen ejus Nithiſch eſt, & trans montem Khaf mare alterum eſt cujus nomen Kubeiſch dicunt*(Kubeiſch dictum) *& ultra hoc aliud mare eſt, cujus nomen Muzlim dicunt, & demum ultra hoc, aliud mare eſt, cujus nomen Mermaſch dicunt*, & ad horum imitationem, taliter & in aliis procedetur.

Adjectivum fœmininum interdum reſpondet viciniori ſubſtantivo pluralis numeri. Hæc regula reſpicit iterum ut ſupra obſervatum eſt, participium verbi cum verbo auxiliari *ſum*, qua de cauſa apud Turcas per verbum finitum conſtrui debebit, ut:

دوستڭز مكتوبلر ايله بلغراددن بوديمه كوندرلدي

Amicus veſter cum literis Belgrado Budam miſſus fuit: ex lit. Ob alteram autem Alvari regulam *ſi de rebus animatis agitur, ſatius eſt circuitione uti, hoc modo:* Apud Turcas qui generis rationem ſubterfugere poſſunt, regula hæc, locum non habet.

Figurata conſtructio cenſenda eſt cum apud probatos ſcriptores è duobus ſubſtantivis adjectivum conſentit cum minùs præcipuo. Nihil eſt etiam Turcis hac cum regula, quia ad verbum finitum ſe convertunt, *non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt* Turcæ dicent هر يڭلشه بيوانه لك دينلمز

Hhhhh *Omni*

Omni errori non dicitur stultitia. sed *Poëta substantivis &c.* est specialis Latinorum phrasis.

Adjectiva sunt affixorum capacia.

IN iis circumstantiis ubi adjectivum speciei subdistinctioni deservit, quæ subdistinctio apud latinos per concursum *cujus unus* vel *quorum unus* vel *ejus unus* vel *horum unus* vel *species ejus una &c.* determinatur. Si Turcæ adjectivo derivativo arabico aut persico utentur, affixum tertiæ personæ adjicient, & æquivalebit hic prædictis modis loquendi Latinorum, veluti: أَلْبَطِيخْ بُسْتَانِيسي وَ بَرِّيسي بِنَخي وَارْدُرْ *Melopepo species ejus una hortensis & una etiam sylvestris.* quod si termini turcici fuerint, constructio fiet per regulam *Quotiescunque*, ut hîc paulo ante in Observatione quarta, dictum est.

Relativum cum Antecedente.

MUlta dicentur infra de participiis in دُوق vel دُوكْ quæ syntacticè & cum combinatione modorum loquendi ad regulas Alvari adducuntur. quæ vide. Attendendum autem est præcipuè ad illam regulam Alvari quæ sic se habet. *Relativum Quis, quæ, quod, concordat cum antecedente in genere & numero* apud hanc Gentem, relativi loco, fit antecedentis repetitio veluti: سَكْ وَفَا قِلُورْ وَفَا قِلْمَزْ زَنَانْ *Canis fidelitatem præstat mulieres fidelitatem non præstant* dicerent Latini: *Canis fidelitatem præstant, quam mulieres non præstant.* de mir. mund.

In constructione turcica pronomen relativum præcipuè in circumstantia revocationis in mentem non exprimitur, v. g. بِرمرضدر

برمرضدرْ آدمي هلاكْ ايدرْ *est infirmitas quadam, hominem occidit* Chur. Ef. nos Latini adderemus *qua hominem, &c.* رندّه بر آلاتدرْ نجّارْ استعمالْ ايدرْ *Dolabrum est instrumentum, fabri lignarii utuntur* Latini dicerent *quo fabri lignarij utuntur.*

Turcæ item per regulam *Quotiescunq;* arabicâ intercurrente persica quosdam loquendi modos sibi formare solent, qui pronomen hoc relativum implicitè in se continent, idque vel maximè in attributis titulorum, in quibus de Persona aut re aliquid afferitur aut negatur, quamquam & extra hanc rationem ut sequentibus exemplis demonstratur. أميرُ الأمراء الكرام كبيرُ الكبراء الفخام ذو القدر والاحترام صاحبُ العزّ والاكرام *Imperans imperantium nobilium, Magnus magnorum illustrium, Possessor potentiæ & venerationis, Dominus honoris & Nobilitatis.* Titulus à Porta dari solitus Provinciarum Præsidibus aut Gubernatoribus, Latini dicerent: *Tu qui imperas imperantibus nobilibus, Tu qui inter magnos illustres magnus es. Tu qui potentiâ & veneratione frueris, Tu qui honore & nobilitate gaudes.* Item: موقفْ رفيعْ علي الشانِ وزارتْ و كامراني و مخزنْ منبع شامخ الاركانِ صدارتْ فرمانفرمائي لازال عاليًا *Statio seu subsistentia exaltata ad dignitatem Viziratûs & gradum exoptatum, locus scaturiginis illustrium Procerum supremæ dignitatis, mandatum promovens (non defe-*

defecit quoad celſitudinem) ex lit. Latinâ eloquentiâ ſic enunciaretur: *Vos qui optatis veſtris conformiter ad viziratus dignitatem elevati, quive illuſtrium Procerum Princeps eſtis, quive mandata promovetis quorum celſitudo ſemper duret*: Item: سُدّهٔ سَنِيّهٔ سَعَادَتْ نِشَانْ وَعَتَبهٔ عَلِيّهٔ عَدَالَتْ عُنْوَانْ *Porta Excelſa, felicitatis ſignum, & Aula ſublimis, Juſtitiæ typus.* id eſt *Excelſa Porta, quæ ſignum eſt felicitatis, Aulave ſublimis, quæ juſtitiæ typus eſt.* ex lit. & id ipſum phraſi aliter inſtituta, عَتَبهٔ عَلِيّهٔ عَدَالَتْ عُنْوَانْ وَسُدّهٔ سَنِيّهٔ سَعَادَتْ نِشَانْ لاَ زَالَتْ عَالِيًا اِلَى يَوْمِ اَلْمِيزَانْ *Aula ſublimis juſtitiæ typus, excelſa Porta felicitatis ſignum, non deſinit quoad celſitudinem, usque ad examinis* (extremam judicii) *diem.* id ipſum phraſe aliquantulum immutata عَتَبهٔ عَلِيّهٔ عَدَالَتْ مَدَارْ سُدّهٔ سَنِيّهٔ سَعَادَتْ قَرَارْ *Porta excelſa juſtitiæ locus, & Aula ſublimis felicitatis ſubſiſtentia.* id eſt: *Excelſa Porta, quæ locus eſt juſtitiæ, & Aula ſublimis quæ felicitatis eſt ſubſiſtentia.* ex lit. Item: نِشَانِ شَرِيفْ عَلِيشَانْ سَامِي مَكَانْ سُلْطَانِي طُغْرَاي غُرَّاي جِهَانْ سِتَانْ خَاقَانِي بِعَوْنِ اَلرَّبَّانِي *Signum nobile & excelſa exiſtimationis, illuſtris dignitatis, Regia nota nobiliſſima honoris Regii per auxilium Divinum orbem expugnantis.* formulare mandatorum in genere id eſt: *ſignum nobile, quod eſt excelſa exiſtimationis, &c.*

nis, &c. Item: قُدْوَةُ ٱلْأُمَرَاءِ ٱلْمِلَّةِ ٱلْمَسِيحِيَّةِ
عُمْدَةُ ٱلْكُبَرَاءِ ٱلطَّائِفَةِ ٱلْعِيسَوِيَّةِ مُخَالِصَتِ
نِشَانْ مُصَادَقَتِ عُنْوَانْ بِٱلْفِعْلْ قُومَرَانْ قَلْعَهسِينْكْ
غُرُوفِي أُولَانْ صَدَاقَتْلُو وَرِعَايَتْلُو وَمُحْتَشَمْلُو
قُوكَشُو دُوسْتُمُزْ زُوزَه خُتِمَتْ عَوَاقِبِهِ بِٱلْخَيْرِ قِيلِنَه

Exemplar imperantium Christianæ Gentis, Columna Magnatum populi in JESU credentium, candoris symbolum, sinceritatisve typus nunc Comoromiensis muniminis existens Comes, sincerus, honorificus, & charus vicinus amicus noster, Souches, ejusdem accidentium terminus, ad finem suum cum felicitate. Latini dicerent: *Ille qui est exemplar inter imperantes Christianæ Gentis, qui est columna Magnatum Christianorum, qui sinceritatis est typus, qui candoris est symbolum, &c.* Item: قُدْوَةُ ٱلْأَعْيَانِ مِلَّةِ مَسِيحَاء
عُمْدَةُ ٱلْمُعْتَمِدِينَ ٱلطَّائِفَةُ ٱلنَّصَارَى *Exemplar procerum Gentis Christianæ Columna baptizatorum populi Nazareni.* id est: *Ille qui est exemplar Procerum Gentis Christianæ* Ille *qui est Columna Christianorum baptizatorum.* Item: اِفْتِخَارُ ٱلْأُمَرَاءِ
ٱلْعِظَامِ ٱلْعِيسَوِيَّةِ مُخْتَارُ ٱلْكُبَرَاءِ ٱلْفِخَامِ فِي
مِلَّةِ ٱلْمَسِيحِيَّةِ مُصْلِحِ جَمَاهِرْ طَائِفَةِ ٱلنَّصْرَانِيَّةِ
صَاحِبُ ٱلْأَذْيَالِ ٱلْحِشْمَةِ وَٱلْوَقَارِ *Gloria imperantium Magnorum in JESU credentium, Electus Procerum illustrium inter Gen-*

Gentem Christianorum Director negotiorum communitatum populi Nazareni, Possessor felicitatis reverentiæ & Authoritatis. id est: *Ille qui gloriosus est imperantium inter credentes in JESUM, & qui electus est ex Proceribus illustribus Christiana Gentis, qui negotia Communitatum populi Nazareni dirigit, qui Possessor est felicitatis, reverentiæ & authoritatis.* Item: پَادِشَاهَانْ عَظِيمُ اَلشَّانْ قَوِيّ اَلاقْتِدَارارَادِي *Reges magnæ dignitatis potentiumque roborum.* id est: *Reges qui magnæ sunt dignitatis & qui robore valent.*

Prævalet subinde regula *Quotiescunq;* Persarum arabismo mixta, sic ut prima pars regulæ sit persica insinuans sequentem casum esse genitivi, nihilominus genitivus ad similitudinem genitivi arabici aut totaliter juxta arabismi regulam expressus, ut: قِدْوَهء اُمَرَاء مِلَّتِ مَسِيحَا عُمْدَهء كُبَرَاء فِرْقَهء نَصَارَي مُدَبِّرِ اُمُورِ اُمَّتِ عِيسَي مُصْلِحِ مَصَالِحِ اَرْبَابِ كَلِيسَا مُفَخَّرِ اَصْحَابِ وَقَارْ وَنَامُوسْ كَزِيدَهء اَرْبَابِ زُنَّارُو نَاقُوسْ اُولُو دُسْتُمُز *Exemplar imperantium Gentis Christianæ, Columna Magnatum Religionis Christianæ, Director negotiorum populi in JESUM credentis, Arbiter negotiorum Dominorum templa possidentium, Gloriosus Possessorum* seu *possidentium authoritatem & legem & Electus inter possidentes funes & campanas* (modus afficiendi opprobrio Christianos quorum Religiosi se funibus cingunt, & funem trahendo campanas pulsant) *Magne Amice noster, &c.* id est: *Qui est exemplar imperantium*

tium inter Christianas Gentes &c. qui est Columna Magnatum Religionis Christianæ.

Aliquando unius ejusdemque sensus membra, cum vi relativi impliciti, partem unam secundum regulam *Quotiescunque* Arabismi, partem alteram secundum regulam persismi, & demum iterum juxta arabismum dirigunt, ut: قَرْمَانِ لَازِمْ ٱلْاِتِّبَاعْ وَٱلْاِنْقِيَادْ وَأَمْرِ قَدْرِ تُوَانْ وَاجِبْ ٱلْاِمْتِثَالْ صَادِرْ اُولْمَغْلَهْ *Cum mandatum necessariæ observationis & obedientiæ & præceptum potentis decreti, necessariæque observantiæ emanasset.* id est: *Cum mandatum quod est necessariæ observationis & obedientiæ, & præceptum quod est potentis decreti & necessariæ observantiæ emanasset.*

Nonnunquam regula *Quotiescunque* persismo & turcismo mixta idipsum in se continet, ut: سَنْ وُزَرَايِ عِظَامُمُڭ يَارَارْ وَ نَامْدَارِي وَ وُكَلَاءِ فَخَامُمُڭ أُمُورْدِيدَهْ وَ كَارْكُذَارِي أُولُوبْ *Tu magnorum Viziriorum meorum egregius & celebris & Illustrium Commissariorum meorum negotiorum peritus & Curator.* id est: *Tu qui inter magnos meos Vizirios egregius & celebris & inter Commissarios meos illustres negotiorum peritus & Curator es.* His prænotatis ad Alvari regulas me converto.

Relativum qui, quæ, quod concordat cum antecedente in genere, numero & casu. Cum ab arabismo hujusmodi pronomina ad turcismum syntacticè non transeant, ratio generis cessat de

de usu autem horum relativorum absoluto, vel per affixa, vide tract. 3. part. 1. cap. 5. & in ejusdem tract. 3. part. 2. cap. 10. & 11.

Item pronomina hic, iste, ille, ipse, is & idem cum fiunt relativa vide tract. 3. part. 2. cap. 14.

Relativum qui qua quod cum antecedente praeponitur cum eodem genere numero & casu perquàm venustè cohaeret. Item: *Quamquam saepius alterum relativum subjicitur ex iis pronominibus hic, iste, ille.* Juxta phrases tract. 3. part. 2. cap. 12. expressas, his Alvari regulis est correspondendum.

Quod si inter duo substantiva ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiamsi alterum proprium sit. Vide hic praecitatum locum tract. 3.

Quantus, qualis & caetera id genus nomina, cum relativa fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantivo genere numero & casu consentiunt. Quae circa haec duo adjectiva in turcismo observanda sint, vide tract. 2. cap. 8. ad ج. *qualis* & *quantus*. Item tract. 3. part. 2. cap. 7.

Nominativus & verbum: Adjectivum & substantivum, Relativum & Antecedens, interdum, maximè apud Historicos & Poëtas sensu & significatione consentiunt quamvis voce discrepent.

Turcae etiam simile quid habere videntur, v. g. وُزَرَامْ اِيلَـه وَ اِخْتِيَارْ قُلْلَرُمْ مِيلَة *Cum Viziriis meis & cum electione meorum servorum.* Gem. Hist. id est: *& cum iis qui mei electi servi sunt.*

Ora-

Orationis membrum interdum vice Antecedentis ponitur, idque in neutro genere. Præſcindendo à genere, & Turcis is loquendi modus eſt, in quo virtualiter hoc neutrum genus Latinorum includitur, ut: وَأَمَّا شُول كُفَّارِ نَصَارىَدَن كه دِيندَن مُرْتَدْ اُولمشلَرْدُرْ بَعْضِ وَارِيمش كه اُسْلُوبِ لُغَاتِ عَرَبِيَّه نُكْ بَعْضِ اَلْفَاظِنْدَن ايشِدُوبْ وَارُوبْ كَافِرِسْتَانَنْدَه كَنْدُو زُعمِ فَاسِدْ اُوزْرَه حَضْرَتِ قُرَانِه اَلْعِيَاذُ بِاللّهِ كَافِر يَعْنِي لَطِينْ دِيلِنْجَه مَعْنَى وِيرْمِشْ *Verummodo de infidelibus illis Chriſtianis qui à fide apoſtataverunt, quidam extitit, qui cum è quibusdam enunciationibus modum linguæ arabicæ percepiſſet, ivit & in regionibus infidelium juxta ſuam corruptam propriam opinionem* quod *DEUS avertat, juxta linguam infidelem, latinam ſcilicet, ſenſum dedit.* de int. ment.

Si plura antecedant ſubſtantiva conjunctionibus alligata, idem obſervandum, quod paulo ante de adjectivis dictum eſt. item: *Interdum redditur relativum viciniori ſubſtantivo.* Nullum ſanè dubium, quin & hujus regulæ vis ſe ad turciſmum extenderet, ſi in his pronominibus generis ratio obſervaretur, ſuo tamen modo quid ſimile reperitur, ut: هَرْ بِرْ حَرْفِي حِسَابْلَانْمِشْدُرْ وَهَرْ بِرْ نُقْطَاسِي وَهَرْ بِرْ كَلِمَهسِي قُنْجِ ايدُوكِنِي وَهَرْبِرِنْدَه نَه حِكْمَتْلَرْ وَنَه نُكَاتْ عَالِيَهلَرْ كِمْزِلُو

نُرُرْ *Omnis ejus litera numerata est* (Alcorani scilicet:) *& ejus quodvis punctum, & omnia ejus verba quot sint, & in quovis, quæ sint mysteria, quæve altæ significationes* (in eo) *occultæ tenentur.* de int. ment.

Substantiva continuata, quæ ad eandem rem spectant, casu concordant, quamvis genere & numero aliquando dissentiant. Cùm è principiis grammaticalibus constet, quod in constructionis cursu solum illud nomen ad expressum casum collocetur, quod in constructionis ordine ultimum est, sive adjectivum, sive substantivum, sive pronomen sit, & quod præcedentia nomina in suo themate permaneant, nec generis aut articuli arabici ratio habeatur etsi incideret, inferretur quòd apud hanc Gentem, inter substantiva continuata, sive ad eandem rem spectent sive non, par sit ratio; quin imò quod etsi contigerit, ut ultimus casus sit pluralis numeri, præcedentia in themate sui numeri singularis esse debeant, pro plurali attamen capienda, quia nomen ultimo loco collocatum, est in pluralis, veluti: بِي نِهَايَه حَمْدُو ثَنَالَرْو بِي غَايَتْ شُكْرُو نُعَالَرْ أُولْ وَاجِبُ ٱلْوُجُودْ خَالِقْ ذُو ٱلْفَضْلِ وَٱلْجُودْ پَادِشَاهْ حَضْرَتْنَه أُولْسُونْ *Sine fine sint laudes & encomia, & sine termino gratiarum actiones & benedictiones, illi necessariæ existentiæ, Creatori, præcellentiæ & munificentiæ Possessori, Regi ejusdem Majestati.* de intent. ment. ut examinanti patebit genus est in حَضْرَتْ quod est generis fœminini, articuli in ٱلْوُجُودْ ٱلْفَضْلِ & ٱلْجُودْ ٱ & constructionis cursui non obsunt: item ثَنَالَرْ & نُعَالَرْ in duobus membrulis esse in plu-

plurali & ſe præcedentia ſubſtantiva eſſe in ſingulari & tamen pro plurali capi debere, & hæc accidunt in ſenſu collectivo, quia in ſenſu diviſivo paritas caſuum ut & paritas numeri reperitur veluti: اوُلْ دُرْلُو دُرْلُو اَنْوَاعِ دَوْلَتْلَرِي وَ نِعْمَتْلَرِي وَ سَعَادَتْلَرِي وِيرْدِي *varias illas & diverſas felicitates beatitudines & beneficentias dedit*. de int. ment. Pluralia turcica in accuſativo turcico item: دُرَرِ صَلَوَاتْ وَاَصْنَافِ غُرَرِ تَحِيَّاتْ *Uniones precum & ſpecies illuſtrium benedictionum* vel *margaritiferæ preces & ſpecies illuſtrium benedictionum*. de int. ment. pluralia arabica juxta regulam *Quotiescunque* Perſarum.

Nota, Turcas inter ſua ſubſtantiva continuata, nonnunquam particulas & ſubinde verbi ad quod referuntur repetitionem interponere, veluti: بُولُتْ تَخِي يِيلْ تَخِي آيْ تَخِي كُونَشْ تَخِي فَلَكْ جُمْلَهسِي اِيشْ اِيچِنْدَه دُرْ تَا كِه سَنْ بِرْ اَتْمَكِي اَلَه كَتُورَه سَنْ *Nubes etiam ventus etiam ſol etiam cælum ſunt in labore ut tu aliquem panem ad manum deferre poſſis.* Interpr. Kuliſt. hoc in loco particula تَخِي interpoſita eſt. رَسُولُ اَللّٰهْ عَلَيْهِ سَلَامْ اَيِتْدِي وَقْتَا كِه آتُنْكْ آيَاقْلَرِي يَرْدَه تَمَامْ طُورْدِيسَه حَقّ جَزَّوَ عَالِي بُيُورْدِيكِه آوَازْلَهَ مُشْرِكْلَرِي دَلِيمْ قِلُورِينْ وَ كَافِرْلَرُنْكْ.

كافرلرك قولاقلرين مملو قلورين و يوركلرين قورقو ايله طولدورويرين *Ajebat Propheta DEI ſupra quem pax, tempore quo pedes equi in terra perfectè ſteterunt, DEUS magnificatus & exaltatus dixit: tua voce DEO ſocios tribuentes viles reddam, & Infidelium aures plenas faciam & corda eorum timore adimplebo.* de mir. mund. verbalis dictio قلورين interpoſita eſt.

Interdum alterum ſubſtantivum Genitivi eſt caſus, quamquam alterum alio caſu efferatur. Turcæ per regulam *Quotieſcunque* ſuæ propriæ linguæ, huic regulæ ita correſpondent: dicunt v. g. Latini: *Et celſam Buthroti aſcendimus Urbem*, quod apud latinos manifeſtè Genitivi caſus eſt, caſus ille apud Turcas occultus evadit, & alter caſus ad dativum cum affixo tertiæ perſonæ tranſit, v. g. ري شهرينه محمديه دينلور ad verbum eſt. *Ri ejus Urbi Muhammedia dicitur.* de mir. mund. Latini dicerent: *Urbs Riæ Muhammedia appellatur.* Vel adminiculo regulæ *Quotieſcunque* arabicæ, dici poterit بغدادة مدينة السلام دينلور *Baghdado* ſeu *Babylonia*, *Urbs ſalutis dicitur.* de mir. mund. id eſt *Urbs Babyloniæ. Urbs ſalutis appellatur.*

Quærunt hoc loco Grammatici, utri potius ſubſtantivo reddendum ſit verbum, adjectivum & relativum magis an minus communi? Ego quantum memini obſervaſſe exiſtimo, ſi alterum proprium ſit hominis, cum eo verbum cæteraque conſentire. Hæc ipſa ſyntactica quæſtio, ſtare poteſt in turciſmo, adminiculo arabiſmi, compoſito, ob generis differentiam, quæ hoc modo obti-

obtineri poteſt cum arabismi orationis partes diſtinctius obtineantur, quod in pura turcica conſtructione ob generis defectum, contingere non poteſt: v.g. اول تحويل قبلة ذلك سببي دخي بو ايديكم صفوة اللهمن خلقه محمد مصطفى رسول الله صلى الله عليه وسلم مبارك ضميرلرندن دايم كچردي *Verſio illa* (faciei inter precandum) *ob cauſam meridiei* (verſus fanum Meccanum) *fuit illa, quod purior pars de Creaturis Muhammed Electus DEI Apoſtolus* (*cui DEUS benedixit & bene precatus eſt*) *benedictis animis ſuis* (benedicto animo) *aſſiduus tranſiverit*, id eſt: *quod Muhammed precando verſus meridiem, animo ſuo ad DEUM tranſiverit.* Purior pars minus commune, & Muhammed nomen proprium hominis, cui redditur adjectivum, *Electus & Apoſtolus.*

Si vero de aliis rebus agatur ſæpiſſime video verbum adjectivum relativumque magis communi reſpondere. Per id prædictum arabismi adminiculum & in turciſmo id ipſum contingere poteſt, ut: آنلك ميوه‌سي همان عورت صورتي كبي در ومرغوبدر *Horum fructus, omnino eſt ſicut facies mulieris, & eſt expetitus.* de mir. mund. Fructus terminus perſicus eſt generis maſculini reſpectu generis imitabilis de quo in tract. 2. cap. 18. dictum eſt, & eſt nomen magis commune, hinc etiam adjectivum arabicum in genere maſculino.

Interrogatio & reſponſio caſu conſentiunt. Vide admonitiones de hac materia in tract. 3. part. 1. cap. 4. de cætero id ipſum

ipsum & apud Turcas se ita habet, ut: عاقل اولان كيمدر
Quis est sapiens ? عاقل اولان اول كمسه دركه دنيا آني
ايده تَرك ايتمدن اول دنيايي ترك ايده *Sapiens est ille ta-*
lis qui prius quam mundus illum derelinquat ille mundum derelin-
quit. de mir. mund. بو كيمڭ اوغليدر *Hic cujus filius est?*
محمدڭ اوغليدر *Filius Muhammedis est* كيمه ويردي
cui dedit بڭا ويردي *mihi dedit.* كيمي سور *quem amat*
سني سور *te amat.*

De Constructione Verbi Activi.

Visa fuit verborum diversitas eorundemque forma in Gram. tract. 4. nec ultra hac de re loqui, hîc necessè est; ad hunc activorum ordinem, & ea verba, quæ â Latinis communia appellantur reducenda sunt. Conatus sum equidem ut ad eruditissimi Alvari imitationem verborum regimen ad regulam quandam generalem reducerem, ni linguæ de qua ago qualitas, mihi ipsamet obstaculi loco fuisset: certum equidem est, & apud Turcas verbum activum accusativi casum, & præter eum sibi etiam alios vendicare, ut in ipsa Latinitate Alvarus docet, ast insolens ille & immensus masdarorum & participiorum arabicorum & persicorum ad verbi constitutionem concursus, phrases varias, diversosque loquendi modos suggerit, aliquando enim verbum adminiculo auxiliaris verbi compositum, pro uno solo verbo sumitur, hinc phrasis tali verbo conveniens, & subinde verbum, non ut aliquod auxiliare verbum, propriè concurrit, quia

quia in diverſo ſignificato à masdaro, aut à participio ſumitur, ita ut masdarum vel participium in ſuo, & verbum illud quod nobis auxiliare videretur, etiam in ſuo proprio ſignificato ſubſiſtat, qua de cauſa, verba ad certi regiminis legem cogi non poſſunt, rem exemplo cumprobo: ponamus verbum latinum *amare* Turcis سَومَك certum eſt quod hoc سَومَك accuſativum poſtulet, ut: پك دنيايي سَور *multum amat mundum.* Aſt ſi arabiſmus participium ſuum عاشق cum auxiliari verbo اولمق junctum mihi ſuggerat, licet hæ duæ voces, hoc loco pro uno ſignificato *amare* ſtent, verbum hoc dativum ſibi vendicabit, ut: قيزه عاشق اولمق *Virginem puellam amare.* Quod ſi demum arabiſmus ſuum masdarum محبت cum auxiliari verbo ايتمك ſubminiſtret, hæ duæ voces pro uno verbo non habentur, ſed expreſsè *amorem facere* ſignificabunt, qua de cauſa, etſi pro verbo activo سَومَك ponantur, non accuſativum, ſed dativum expetent, v.g. فلان كمسنه فلان قيزه محبت ايدر *Talis quidam, tali cuidam puellæ virgini amorem facit.* id eſt: *talis quidam talem puellam virginem amat.* Quod ſi & perſiſmus in turciſmum jus ſuum exercere prætendat, dicetur per perſicum participium سوزان *ardens, urens* & auxi-

auxiliare verbum اولمق *eſſe* quod pro uno verbo ſumitur, سوزان اولمق *urentem* vel *ardentem eſſe*, id eſt, *amare*, & talis phraſis locum habebit. v.g. بن سنك درونكدن سوزان اولدم *A tuo interno ardens fui.* id eſt; *in tui amorem me attraxiſti*: Chur. Ef. Item ibid. بن اول قيزك آتش عشقنده ويانار عشقنده سوزان اولمشم *Ego in igne amoris hujus virginis & in ejus urente amore ſum ardens factus*, id eſt: *hanc virginem intimè amavi.* His bene perpenſis, prudentum quisquis aſſeruerit, has phraſium diverſitates, ob cauſam immenſi illius arabiſmi & perſiſmi ad turciſmum concurſûs, qui in ratione ſyntactica ad phraſim origini ſuæ debitam deducit, ad regulam aliquam generalem regiminis, per ſimilitudinis amuſſim trahi non poſſe, ideóque hac in difficultate, ſtudentium deſiderio, non niſi Iexici ope ſuccurri debebit, quod & me feciſſe Calepinus meus Latino. Turc. arabico perſicus luculenter exhibebit: qua de cauſa, hac in materia, in quantum ratio admittit, id quod Gentis phraſi conforme eſt, adducere ſum conatus.

Primus Ordo Activorum.

Verbum activum poſt ſe accuſandi caſum poſtulat. Illud ipſum, quod in perſiſmo hoc loco dixi, & in turciſmo obſervatur, ſcilicet: hunc caſum *implicitè* vel *explicitè* verbo adjici, *implicitè* eſt, cum caſus thematis ſeu nominativus ſingularis aut pluralis permanet, etſi verbum activum cujuſcunque demum ſit ordinis in conſtructione reperiatur, ad quem referri deberet, idque

idque contingit in locutionibus indeterminatis & vagis, qua in circumſtantia Germani ſua voce ein vel etwas / aut Itali *uno* vel *qualche* uti ſolent: v. g. حق جلّ و علا حضرتی عزّ شانه بر قولنه خیر دلسه آنی کندو عیبنه آگاه ایدوب کندو نفسنک قصور عیوبن بلدرر *Majeſtas DEI magnificati & exaltati cujus celſitudo eſt honorificata ſi ſervo ſuo bonum deſiderat, eum ſui vitii monet, & eidem ſui animi defectus & vitia innoteſcere facit.* de mir. mund. خیر دلسه pro خیری دلسه Wann er ſeinem Diener ein Guet oder etwas Gutes verlanget / *ſe deſidera al ſuo servo qualche bene.* Ubi autem determinata locutio eſt, tunc accuſativus explicitè notatur, ut اول کونلری خوش کور *Illos dies bene perpende* de mir. mund. Pronominum accuſativi caſus quia certam finitamque perſonam ſignificant, ad verbi activi concurſum, ſemper explicitè ponentur. اوشته بونی یازدم و اعلام ایلدم *Ecce hoc ſcripſi & ſignificavi.* de mir. mund.

Kkkkkk SECUN-

SECUNDUS ORDO ACTIVORUM GENITIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

Quædam verba activa, præter accuſativum Genitivum admittunt, ea fere ſunt accuſandi, abſolvendi. Genitivus verò pœnam ferè, crimenue ſignificat.

HUc etiam Appendices Alvari quæ de hac ipſa materia agunt, trahi poſſunt. In Alvaro igitur nota, verba, *accuſo*, *accerſo*, *arceſſo*, *defero*, *incuſo*, *poſtulo*. Synomina, & unius ſignificati verba eſſe videntur, quibus in turcismo hîc annexis phraſibus reſponderi poteſt: v. g. براقمق *projicere* بر كمسنه نڭ اوزرينه صوچ براقمق *ſupra aliquem proijcere crimen.* id eſt: *accuſare aliquem criminis.* Item per ييغمق *accumulare.* v. g. صوچ اوزرمه ييغديلر *crimen ſupra me accumularunt*, Chur. Ef. كندوسي قباحتي انكار ايدوب صوچي بنم اوزريمه ييغدي *Cum crimen ſuum negaſſet, ſuum ipſum crimen ſupra me accumulavit.* Chur. Ef. *ſuum crimen negavit, meq; ſui ipſius criminis inculpavit* Item per قومق *ponere*, v. g. بر كمسنه نڭ اوزرينه صوچ قومق *ponere crimen*

men supra aliquem Chur. Ef. Item per آرايه قومق *ad medium ponere.* بني آرايه قودي *me ad medium posuit,* id est, *me criminis postulavit, me criminis arguit,* Chur. Ef. Item per اسناد ايتمك *facere quid inniti* aut *attribuere.* v.g. بر فعل قبيحي اوزرينه اسناد ايتديلر *inniti fecerunt supra eum operationem turpem,* vel *attribuerunt ei actionem turpem,* id est: *incusarunt eum actionis turpis.* Chur. Ef. Item per افترا ايتمك *fingere, comminisci.* بنم صكره اشلیوب صوچ كندو اوزرمه افترا ايلر *Ille ipse culpam committit, postmodum supra me fingit,* vel *comminiscitur,* id est: *arguit me sui proprii criminis quod ille committit.* مجرم ايتمك *delicti reum facere.* بني سوزيله منافق يوغيكن كناهم و جرم بنم مجرم ايتديلر *Cum delictum nec crimen haberem, me simulatis verbis, reum fecerunt,* id est: *delicti me incusarunt* vel *delicti me inculparunt.* Chur. Ef. Item صوچلو ايتمك *culpabilem facere* vel صوچلو چيقارمق *facere exire culpabilem* صوچم يوغيكن بني صوچلو ايتديلر *Cum culpam non haberem me culpabilem fecerunt.* id est: *me culpa infamarunt.* Chur.

Ef.

Ef. Item ibid. فلان آدم صوچ اینتمش ایکن آراده بنی صوچلو چیقاردیلر *Cum talis homo delictum patrasset, in medio me delicti reum exire fecerunt.* id est: *delicti me infamarunt.* Chur. Ef. & si quas alias phrases usus suggesserit.

Verba autem *convinco*, *absolvo damno*, *condemno*, *libero*, *alligo*, *astringo*, *multo*, *obligo*, *obstringo.* Sequentibus phrasibus enunciabuntur. v. g. *convincere* اثبات ایلمك teste Castello. *rei certam confirmationem facere.* بر کمسنه نك صوچنی اثبات ایلمك *Alicujus criminis certam confirmationem facere* id est: *convincere aliquem criminis.* بعد المرافعه صوچنی اثبات ایلدی *Post delationem ejus criminis confirmationem fecit*, id est: *Post delationem eum criminis convicit.* Ch. Ef.

Absolvere, liberare كچمك *transire* dicunt, cum دن criminis veluti صوچدن كچمك *transire à crimine* فلانسنك صوچندن كچ *transi ab hujus talis crimine*, id est: *absolve talem quendam crimine* Ch. Ef. سنك خاطركچون بو دفعه دخی كناهندن كچه يم *Tui gratia hac vice adhuc eum delicto absolvam* Lexic. Item اطلاق ایتمك *absolutionem* seu *dimissionem*

missionem facere قلانك صوچي اولماييغي ظاهر اولماغين آني اطلاق ايلديلر *Quia tali cuidam crimen non fuisse constat, eum absolutionem fecerunt*, id est: *eum crimine absolverunt* Ch. Ef. بر كيمسنه‌يي صوچندن اطلاق ايتمك *Aliquem suo, crimine absolvere.* Item خلاص ايتمك *liberare* veluti بن سني عذابدن خلاص آيلمكه قادر دكلم *Ego te pœna aut supplicio liberare non possum.* Col. Isl. *Supplicio aliquem liberare* Latini, Turcæ رجا ايتمك *sanguinem sperare* aut *postulare* dicunt: پادشاهك اختيار قوللري جميعا فرياد وفغان ايدرك قانن رجا ايدرلر, *selectio famulorum* seu *famuli selecti Regis plangendo & plorando sanguinem sperant* seu *postulant.* Hist. MahmudBassæ. Item عفو ايلمك vel عفو قلمق ad absolvendi verba, referri posse videntur, ut: جرايم كذشته‌سني عفو ايلدي quasi, *condonavit præterita ejus delicta.* Ch. Ef. هركم بو دعا اوقوسه يا كتورسه اول كمننك كناهي الله تعالي عفو قله شويله كم آنادن اوله

Quis-

Quisquis has preces dixerit aut portaverit DEUS excelsus eum peccato absolvet, ac si à Matre esset. prec. libel. Phrases ut *capite punire, capite plectere* & apud Turcas plerúmque hîc sequentibus modis enuntiantur. v. g. بركمسنه‌نك قانن استمك *alicujus sanguinem expetere* item: اولدرمكه بيورمق *imperare ad occidendum* item: حكم ايتمك *sententiam facere* aut *adjudicare* وزير اعظم اول كافرك قتلنه حكم ايتدي *supremus Vizirius ad mortem hujus Infidelis sententiam tulit*, construitur cum dativo, pari cum casu & in aliis, v. g. مفتي فلانه فتوى ويرمك *Juris responsum dare*, v. g. كمسنه‌نك قتلنه فتوي ويردي *Muftius ad ejus occisionem responsum Juris dedit*, id est: *Muftius eum capite damnavit.* Quod si *condemnare* etiam hîc locum habere deberet, diceretur, v. g. كوركه فرمان ايتمك *condemnare ad remos* Cætera Latinorum verba quæ quoad phrasim ab Alvari regulis summè distant ut sunt. *alligare*, *astringere*, *multare*, *obligare*, *obstringere.* per حكم ايتمك exprimi posse videntur, v. g. فلان كمسه فلانك حقنه جهنم ايله حكم ايتدي *Talis quidā ad jus talis cujusdā infernū decrevit.* Dicunt etiam تعزير ايتمك quod est *reprehendere verbis* aut, *castigare levi pena.* & تعزيره ويرمك

ويرمك est aliquem tradere aut subjicere simili reprehensioni قاضي فلان كمسنه‌يي تعزيره ويردي *Judex talem quemdam reprehendendum aut castigandum tradidit.* Item & حقندن كلمك ad verbum, *venire ex ejus jure*, id est: *punire juxta juris decretum* aut *exigentiam*, ast passim pro *punire* in genere sumitur ut, يرامزلك ايدنلك حقندن كلورلر *Veniunt ex jure malitiam operantis.* Chur. Ef. id est: *puniunt maleficum.* عقوبت ايله حقندن كلمك vel عذاب *supplicio multare, punire, plectere.* عقوبته ويرمك *supplicio tradere* seu *ad supplicium damnare.* Item: عذاب ايلمك cum dativo personæ, v. g. حق تعالى بيوره كه بنم دشمانلرمدن انتقام المقدن تقصيرلك ايلمه اكر تقصيرلك ايدرسن سنى كبرا ايله عذاب ايليم *DEUS excelsus imperat: Tu in sumenda vindicta de hostibus meis defectum ne committas, si defectum commiseris te cum Magnatibus supplicio alligabo, astringam, multabo, obligabo, obstringam.* Col. Isl. Item ibid. بزه ظالملره ايتدوكك عذابي ايلمه‌سن *nos pœnâ quâ crudeles alligasti, astrinxisti, multasti, obligasti, obstrinxisti, alligabis, astringes, multabis, obligabis, obstringes.* & si quas alias phrases usus suggesserit.

Ast

Ast perlegans phrasis est quam suggerit Humaiun Name per كتمك *ire*, cum dativo pænæ constructum, è quo hîc annexum parvum discursum adjicere lubuit : عقوبت عفودن اولى در كناه مقابله‌سنده كه مفاسدى فى الحقيقه نفس پادشاهه عايددر اگر عقاب انتقام ظهر ايتمزسه و پادشاه بو بابده طريق مسامحتى قويب شاهزاده سياسته كتمزسه ساير مفسدلر دخى موجب جرأت و اقدام الور و ستمكارلرك حجتى انكله قوت بولور *Præstantior est pœna veniâ, adversus hoc crimen, cujus malignitas profectò in ipsum Regem redundat, si pæna vindictæ, dorsum* (obstaculum) *non fecerit, & Rex hac in parte conniventiæ viam permiserit, & ad Regiæ prolis pænam non iuerit* (& regiam prolem pæna non multaverit) *Alii seditiosi etiam, necessarium motivum audaciæ & impulsûs capient & Injuriantium argumentum hoc ipso corroborabitur.*

Etiam verba emendi, vendendi, locandi, præter accusativum, hos fere genitivos assumunt, tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticunque. Pretium tamen apud Turcas, Dativo *effertur* de quo dicturi sumus suo loco. Apud Turcas hi genitivi, vocibus aliis ad dativum collocatis enunciantur, v. g. *quanti* نيچه *quot? quantum?* نيچه يه quasi *ad quot? ad quantum?*

tum? بو چوقانڭ آندازه‌سن نیچه‌یه صاتارسن *Ulnam hujus panni quanti vendis?* Chur. Ef. *tanti,* بو بها *hoc pretium* vel شوبها idem شو بهایه صاتارم vel بو *hoc pretio vendo*, id eſt: *tanti vendo. Pluris* زیاده *plus* بن زیاده‌یه صاتارم *Ego pluris vendo. Minoris* آلچق بها *inferius pretium* بن ایسه تخی آلچق بهایه آلدم *Ego autem minoris emi* شو بها همان *hoc tantum pretio* بویله آلدڭ شو بهایه همان تکلدر *non ita eſt tu tantidem emiſti,* هر نیچه *Quanticunque* هر نیچه‌یه آلسام آکسکڭ ندر *Quanticunque emam quid tua refert.* Cum comparativi ratio in ſenſu habetur, hi loquendi modi non obſervantur, ut: بو نسنه‌یی بهاسندن زیاده آلمشسن *Tu id chariori pretio,* vel *ultra pretium emiſti.* Chur. Ef.

Verba aſtimandi præter hos genitivos, illos etiam habent, magni, parvi, maximi, minimi. Hæc regula binis reflexionibus dat occaſionem, tangitur enim aut perſonæ aut rei ſeu mercis exiſtimatio aut vilipenſio, ſi perſonæ exiſtimatio aut vilipenſio reſpicitur, Turcarum phraſes ſunt ſequentes. Phraſis ſummè vulgaris eſt: آدم یرینه صایمق *numerare ad locum hominis.*

سني آدم يرينه صايارلر *Te ad locum hominis numerant*, id est : *te æstimant*. nec convenienter huic loquendi modo id quod Latinæ phrasi convenit, scilicet, *magni*, *parvi maximi*, *minimi*, additur : Ast ubi ab hoc vulgari & hiulco loquendi modô receditur, ad venerationis phrases acceditur, unde substantiva latinæ phrasi convenientia haberi possunt, duobus significatis præcipuè uti consueverunt, ut sunt : التفات ايتمك vel اعتبار ايتمك quæ à quibusdam pro uno significato *æstimare* haberi solent. Ast ordinis doctioris Turcæ quorum unus Churem Effendi Magister quondam meus in Urbe Constantinopolitana, differentiam quandam inter hæc duo significata statuunt, quæ sententia, si in arabismum inspicimus, omnino fundata est, nam التفات masdarum sèptimæ structuræ Castello teste, est à radice لفت *respexit*, cujus structura septima *convertit vultum* aut *faciem ad aliquem* significat, ut sequens exemplum exhibet, حضرت رسول اكرم صلى الله
تعالى عليه وسلم بركون صحراده ايكن ايشتدي
كه بركيمسنه چاغروب فرياد ايدر حضرت رسول
اكرم التفات ايتدي كمسهء كورمدي آردوقده
باقدي كورديكم بر آهويي بغلمشلر *Dignitas Prophetæ venerabilissimi, cui DEUS excelsus benedixit & bene precatus est, cum die quadam in campo esset audivit quod aliquis vocet & plo-*

& ploret, Propheta venerabilissimus vultum convertit neminem vidit, retro aspexit & vidit quod cervum ligaverunt, hanc phrasim ad personam referendam esse asserunt Turcæ, & hanc doctiores Turcarum mihi sic descripserunt : فُلَانْ آدَمَه وَزيرِ اَعْظَمْ اِلْتِفَاتْ ايتْدي *Ad talem quendam hominem Vizirius supremus faciem convertit* seu potius *Vezirius supremus talem quendam hominem respexit*, & sic explicuerunt : يَعْني حُسْنِ نَظَرْ ايتْدي *nempe pulchritudinem* seu *bonitatem faciei fecit*, hæc veritas sequentibus exemplis explicatur magisque confirmatur : فُلَانْ كِيمَسْنَه بَكَا اِلْتِفَاتْ ايتْدي *Talis quidam ad me faciem convertit.* seu *respexit*, id est : *Talis quidam me æstimavit.* Et ut ex exemplo colligitur اِلْتِفَاتْ ايتْمَكي dativum personæ sibi vendicat, & adjectis adjectivis adverbialiter sumptis, æquivalebunt latinitatis terminis, *magni*, *parvi*, *maximi*, *minimi*, v. g. فُلَانْ كِيمَسْنَه بَكَا بَيكْ اِلْتِفَاتْ ايدَرْ *Talis quidam ad me valdè convertit faciem*, id est : *me magni æstimat* فُلَانْ كِيمَسْنَه بَكَا آزْ اِلْتِفَاتْ ايدَرْ *Talis quidam ad me faciem parùm convertit*, id est : *me parvi æstimat* فُلَانْ كِيمَسْنَه زِيَادَسي ايلَه بَكَا اِلْتِفَاتْ ايدَرْ *Talis quidam ad me summoperè faciem convertit*, id est : *me maximi æstimat* فُلَانْ كِيمَسْنَه بَكَا بَيكْ آزْ اِلْتِفَاتْ ايدَرْ *Talis quidam parùm*

ad me faciem convertit. id est : *me valdè parùm æstimat.*
هنبانلر بو جوانه التفات ايدوب و تعظيم
ايلیوب تلی رعايت ايدرلر *Monachi hunc juvenem æstimant, magnifaciunt & omnem reverentiam exhibent.* Hist. Mahmud. & etiam hac phrasi utuntur, v. g. فلان آدم وزير اعظم التفاتنه مظهر اولدي *Talis quidam Magni Vizirii respectûs objectum evasit,* Item : فلان كمسنه وزير اعظم التفاتنه اوغرادي *Talis quidam divertit ad supremi Vizirii respectum.* Hæc phrasis التفات ايتمك aliorum salvo judicio, se ad verbi latini *respicere* proportionem extendit, & non ultro, dicitur enim اول قوم بو عورتك بو سوزنه التفات ايتمدي *Gens illa ad verbum hoc illius mulieris non respexit.* de mir. mund. cui immediatè اعتبار ايتمك succedit, quod cum proportione ad radicem arabicam, ut inquirenti patebit, *perpensio, trutinatio* significat & ad rem refertur, جاهله كمسنه اعتبار ايتمك *Ignavum nemo æstimat* فلان متاعه بيك اعتبار ايدرلر *Tali merci valde propensionem faciunt,* id est :

id est: *talem mercem magni æstimant.* فُلَانْ مَتَاعَه آزْ اِعْتِبَارْ اِيدَرْلَرْ *Tali merci parum perpensionem faciunt*, id est: *parvi æstimant.* فُلَانْ مَتَاعَه زِيَادَهسِي اِيلَه اِعْتِبَارْ اِيدَرْلَرْ *Tali merce summopere perpensionem faciunt*: id est: *maximi æstimant* فُلَانْ مَتَاعَه پَكْ آزْ اِعْتِبَارْ اِيدَرْلَرْ *Tali merci valdè parum perpensionem faciunt.* id est: *minimi æstimant*: Ubi autem (præscindendo ab اِلْتِفَاتْ *respicere* pro *æstimare*) reverentiæ, cultûs aut honoris ratio incidit, اِعْتِبَارْ etiam ad hominem referri potest, v. g. پَادِشَاهْ جَلِيلُ الْاِعْتِبَارْ *Rex eminentis perpensionis* scilicet *qui perpendendus & considerandus est.* Item: كَافِرْلَرْ يُورْتِي كُونْنَه اِعْتِبَارْ اِيدَرْلَرْ *Infideles, dies festivos, colunt, honorant, venerantur.* Chur. Ef. idem يَهُودِيلَرْ قَرَه كُونْلَرِيْنَه اِعْتِبَارْ اِيدَرْلَرْ *Judæi suos nigros* (infaustos) *dies, colunt honorant, venerantur* idem. عَجَمْ نُورُوزَه اِعْتِبَارْ اِيدَرْ *Persa primam anni diem colit, honorat, veneratur.* Chur. Ef. يُورْغُونْ تَلُوبْ آوَاهْ بِدِي اُوتُورْدِي هِيچ كِمْسَه آنْلَا آدَمْ بِيُوبْ اِلْتِفَاتْ اِيتْمَدِي وَ يُوزِنَه بَاقُوبْ اِعْتِبَارْ اِيلَمَدِي *Cum defatigatus venisset*: *Ah*

'Ah ve dixit, sedit, nullus ei homo dixit, neque respectum exhibuit, aut ad faciem respexit, neque existimavit. de illum. *ment.* Quod si appendicem Alvari. *Nauci, flocci, pili assis, teruntii, nihili, cum verbo facio junguntur.* respiciamus, phrasis est linguæ latinæ propria, & quoad Turcismum, cum contrariorum eadem sit ratio, de affirmativo verbo التفات ايتمك ad negativum التفات ايتمامك transeundum erit, fietque *non facere conversionis vultum* & اعتبار ايتمامك *non facere perpensionem.* بو كيمسنيه التفات ايتمزلر *Ad hanc personam vultum non convertunt* id est: *hanc personam, nauci, pili flocci faciunt, pendunt* بو متاعه اعتبار ايتمزلر *Hanc mercem flocci faciunt* & de cætero ea quæ vituperii sunt, hîc locum habere possunt.

Æqui, bonique vel *æqui boni facio. boni consulo.* Turcæ hanc phrasim Latinam per استحسان ايتمك *bonam approbationem facere* quæ præ se dativi casum petit, expedire solent, ut: اول پيرك بو سوزينه استحسان ايتدي *Hujus senis, hoc verbum æqui boniq; fecit, boni consuluit.* id est: *Verbo hujus senis approbationem fecit.*

Hæc item verba, admoneo, commoneo, commonefacio, genitivum habent cum accusativo. Turcarum phrasis huic correspondens est: آگاه ايتمك ex persico آگاه *notificatus, sciens; notificatum & scientem reddere*: cum accusativo personæ & dativo

tivo rei, v. g. انی کندو عیبنه آکاه ایتدی *Eum sui vitii scientem reddidit* aut *fecit*. de mir. mund. & etiam per بلدرمك *facere scire*, quod construitur cum genitivo personæ & accusativo rei ut: کندو نفسنك عیوبن بلدرر *suæmet personæ vitia scire facit*. id est: *suammet personam suorum vitiorum* seu *illum ipsum suorum vitiorum commonefacit*. de mir. mund. Dicitur item per واقف ایلمك *Gnarum* aut *edoctum reddere*, ut: بنی کندو عیبم اوزرینه واقف ایلدك ad verbum est. *Me supra meum vitium Gnarum seu edoctum reddidisti*. Interp. Kulist, id est; *me mei proprii vitii admonuisti*. Et تنبیه ایتمك *commonefactionem facere*, construitur cum dativo personæ حسن کتخدایه عظیم تنبیه ایتدی *Præfecto suo magnam admonitionem fecit*. Gem. Hist.

TER-

TERTIUS ORDO ACTIVORUM DATIVUS CUM ACCUSATIVO.

Quædam verba activa, præter Accusativum, Dativum exigunt. Ea fere sunt dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi.

EAdem sanè regula pro turcismo exceptis iis phrasibus quas præter has, hujus linguæ immensa ubertas, suggerere posset.

DANDI.

DAre ويرمك ut تجّار طايفه‌سي آنلره حديد ويروب عنبر ايله زر آلورلر *Gens mercatotum* (mercatores) *eis ferrum dant & ambrà aurum, emunt*, de mir. mund. Item ibid. بو قصر بياض و شفّاف و برّاق در كميلر كيمدنلر ايراقدن كورورلر و بر برينه بشارت ويرورلر *Arx quædam est alba transparens & coruscans, navigantes remotè* seu *à longè vident & unus alteri dat bonum nuntium*. de mir. mund.

REDDENDI.

REddere, restituere, رد ايتمك v. g. صاتون آلدوغم قوماشي ينه صاحبنه رد ايتدم *Merces quas emeram demum Domino suo reddidi, restitui* & Chur. Ef.

COM

COMMITTENDI.

Committere. تفويض ايتمك v. g. پادشاه اسلام حضرتلري جمله امور سلطنتي و احوال مملكتي كورمكه صدر اعظم حضرتلرينه تفويض ايتمشدر *Majeſtas Regis Islamismi, omnia negotia Imperii & regionum ſtatum, ad inſpiciendum ſupremi Vizirii dignitati commiſit.* Chur. Ef.

PROMITTENDI.

PRomittere اقرار ايلمك juxta originis ſuæ ſignificatum, *confirmationem* ſeu *confeſſionem facere* quod apud Turcas pro *promittere* ſumitur, cum dativo & accuſativo conſtruitur ut بر كمسنه يه كتابي اقرار ايتدم *Alicui, libri confirmationem* ſeu *confeſſionem feci* id eſt : *Alicui, librum promiſi.* Chur. Ef. Item idem بزه اقرار ايلدوكڭز انجيل *Evangelium quod nobis confirmaſtis*, id eſt : *promiſiſtis.* Dicitur etiam juxta regulam verbi anomali اولمق *eſſe* cum perſonarum affixis اقرارم وار vel اقرارم واردر *Meum eſt promiſſum* ſeu *promiſi* اقرارڭ واردر *Tuum eſt promiſſum* ſeu *promiſiſti.* اقراري واردر *Illius eſt promiſſum* ſeu *ille promiſit.* اقرارمز

واردر *Nostrum est promissum* seu *promisimus* اقرارکز واردر *Vestrum promissum est* seu *promisistis* اقرارلري واردر *Illorum est promissum, illi promiserunt.* Quod ad modum loquendi Latinorum referri debere videtur, v. g. *Ego promissione obstringor* seu *obligor, tu promissione obstringeris* seu *obligaris &c.* ut بکا آیده شوقدر آلتون ویرمکه اقرارك واردر *Ad dandos mihi omni mense tantos aureos promissionem tuam habes* id est: *tua promissione* seu *stipulatione obstringeris, obligaris &c.* Item & وعد vel وعده ایتمك propriè *prædictionem* aut *significationem rei affuturæ facere.* id est: *promittere* significans, pariter cum dativo & accusativo construitur, بزه فلان منصبي وعد ایتدیلر *Nobis tale officium promiserunt.* Chur. Ef. حق مؤمنه جنتي وعده ایتمیش *DEUS credenti paradisum promisit.* de mir. mund. Quod si à promissione rei ad promissionem actionis sit transeundum, verbum actionis ad infinitivi simplicis dativum collocabitur, ut: بر کیمسنه یه بر نسنه ویرمکه اقرار ایتمك *Promittere quod alicui aliquid dare velit* Chur. Ef. Item ibid. بکا بر آدم کتاب ویرمکه وعده ایتدي *quidam homo promisit, quod mihi librum dare velit.* An autem وعده affixa

affixa cum anomalo أولمق assumat, dubius hæreo. Advertendum attamen, quod si promittens altioris sit ordinis, quam is cui fit promissio, وعدبيورمق dicatur. quasi *promissionem imperare.* Nos latini dicere solemus *dignatus est promittere*, v. g. صدر اعظم حضرتلري بزه فلان منصبي وعد بيوردي ad verbum. *Dignitas supremi Vizirii nobis tale quoddam Officium promissionem imperavit*, id est: *promittere dignatus est.* Chur. Ef.

ANTEPONENDI.

ANteponere تقديم ايتمك juxta suæ arabicæ originis significatum, est *facere præcedere*, ut جمله ايشومزه سني تقديم ايتدك *Te omnibus nostris negotiis præcedere fecimus*, id est: *Te omnibus nostris negotiis anteposuimus* vel *antetulimus* vel *præposuimus* vel *prætulimus* vel *præoptavimus &c.* Item پيشوا ايتمك juxta persicam suam originem *primarium facere* ut: جمله ايشومزه سني پيشوا ايلدك: *Te omnibus nostris negotiis primarium fecimus* sed تقديم ايتمك & per اوزره cum suis affixis construi potest, ut سنك مصلحتكي ساير مصالح اوزرينه تقديم ايدرم

 Nego-

Negotia tua supra alia negotia præcedere faciam. Item per مُقَدَّمْ ایتْمَكْ juxta arabismum *Anterius facere* vel *Anteriorem facere* cum accusativo & postpositione دَنْ ut: جُمْلَه‌دَنْ سَنُكْ ایشْكی مُقَدَّمْ ایتْسَمْ كَرَكْ *Negotium tuum præ cæteris anterius faciam oportet.* id est: *præponam oportet.* Ubi de honorificentia agitur تَقْدیمْ ایتْمَكْ *præfectionem facere* seu *prælationem facere* ایلَرو كچُورْمَكْ *præire facere*, veluti: فُلانْ كیمَسْنَه‌یی سَكا تَقْدیمْ ایتْدُوكْ vel فُلانْ كیمَسْنَه‌یی سَنْدَنْ ایلَرو كچُورْدُكْ *Talem quendam tibi proposuimus.* Chur. Ef. sed quia verbum *antepono* apud Latinos pro *velle* aut *petere* aut *desiderare* stare potest: tunc *anteponere* per turcicum اِسْتَمَكْ *petere, expetere, velle*, hac phrase exprimi poterit بِزْ رَعایا فُقَراسُنُكْ آسُودَه اُولْمالَری ایچُونْ صُلحُ وْ صَلاحی دُنْیا فَنایَه وِیرَنْ جَنْكُ و جِدالْدَنْ هَمْ زَمانْ یَكْ اِسْتَرْدُكْ *Nos propter statum tranquillum pauperum subditorum, pacem & tranquillitatem, mundo, corruptionem danti prælio & bello magis expetivimus.* Latini dicerent: *pacem bello anteposuimus.*

Ejusmodi Latinam phrasim v. g *Omarum, Scientiâ, Zeido præfero* Turcæ exprimunt per constructionem comparativi, posito

posito ad finem verbo طوتمق *tenere*, veluti: علمده عمروي زيددن افضل طوتارم ad verbum est: *In scientia, Omarum Zeido, præstantiorem teneo*: كندوسني سايرلردن افضل طوتار *se ipsum cæteris præstantiorem tenet*. id est: *se ipsum cæteris præfert*. Lexic.

Postponendi.

Postponere تأخير ايتمك *posteriorem facere*. فلان كيمسنه‌يي بكا تأخير ايتديلر *Talem quendam mihi postposuerunt*.

Appendices I. generis.

Alia verba sunt hujus tertii generis, facio tibi injuriam. ستم ايتمك vel ظلم ايتمك vel كوج ايتمك *injuriam facere* eodem modo cum dativo construuntur ut بزه ستم vel بزه ظلم ايتديلر vel بزه كوج ايتديلر ايتديلر *Nobis injuriam fecerunt*. cætera à nostro Calep. Latino-Turc-arab-persic.

Appendices II. generis.

Habeo tibi fidem, adhibeo tibi fidem, præsto tibi fidem. Apud Turcas his phrasibus enuntiatur. تحقيق طوتمق *firmitatem*

tatem vel verificationem tenere accusativum petit بن سنك
سوزكي تحقيق طوتدم ad verbum est: *Ego verbum tuum firmitatem vel verificationem tenui*, id est: *verbum tuum pro firmo & vero habui.* Scilicet: *verbis tuis fidem habui, adhibui, præstiti.* vel اينانمق *credere* cum dativo سنك سوزكه ايناندم *verbis tuis credidi* seu *verbis tuis fidem habui.* Item: باور Persicæ originis ex باور قلمق vel باور ايتمك *fides* & dativum petit ut سوزنه باور ايدرم vel سوزنه باور قلارم *Ejus verbo fidem facio* vel *fidem adhibeo* vel *fidem præsto.* آنك انكارنه باور قلمبوب *Cum negationi ejus fidem non præstaret.* Hum. Nam. Item اعتقاد ايتمك *fidem facere* construi vult cum affixo personæ fidem dantis, & cum dativo personæ cui fides datur ut فلان كمسنه يه بنك اعتقادم وار ad verbum *Tali cuidam mea fides valdè est.* id est: *Tali cuidam valdè adhibeo fidem.* Chur. Ef.

Credere in sensu negativo v. g. *Hoc non credo*, in eo sensu sumendum est, quo latini dicunt: *hoc non admitto* وجود بن بوكا وجود ويرمزم *existentiam non dare* وجود ويرممك

Huic

Huic ego non do existentiam id est: hoc *non admitto*, cætera è Calepino nostro Latino-Turc-Arab. persic. desumi poterunt.

Appendices III. generis.

QUæ in his Alvari appendicibus reperiuntur, pulchrè in turcismo arabismi adminiculo enuntiantur: sit ergo *mutuum dare* recepturi non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus قَرض وِيرْمَكْ quasi *commodationem restitutionis dare* vel اِقْرَاضْ اِيتْمَكْ *commodationem cum retributione* aut *restitutione facere* ut: فُلاَنَه يُوزْ غرُوشْ قَرضْ وِيرْدُمْ vel فُلاَنَه يُوزْ غروُشْ اِقْرَاضْ اِيتْدُمْ *Tali cuidam centum imperiales mutuos dedi.* & cum turcico termino est أُودُنْج وِيرْمَكْ veluti فُلاَنَه يُوزْ غروشْ أُودُنْجْ وِيرْدُمْ *Tali cuidam centum Imperiales mutuos dedi.* Chur. Ef. Et è contra *mutuum accipere est*: قَرضْ آلْمَقْ vel اِستِقْرَاضْ اِيتْمَكْ veluti بِرْ vel آقْچَه‌ڭ يُوغِيسَه بِرْكِمَسْنَه‌دَنْ قَرضْ آلْ كِمَسْنَه‌دن اِستِقْرَاضْ آيْلَه *si pecunias non habes ab aliquo mutuas accipe* Chur. Ef. Item أُودُنْج آلْمَقْ veluti فُلاَنْ كِمَسْنَه‌دَنْ يُوزْغرُوشْ أُودُنْجْ آلْدُمْ *A tali quodam centum*

tum Imperiales mutuos accepi, Chur. Ef. قَرْضِ حُسنْ ويرْمَكْ *mutuum bonitatis dare*, id eſt: *mutuum dare ſine commodo* aut *lucro*.

Commodare ideſt: rem utendam dare, ut eadem reſtituatur finito uſu, in quem data fuit, exprimunt hoc verbum Turcæ, per arabicum terminum عَارِيَّتْ fæmininum adjectivum *nuda* à maſculino عَارِيٌّ *nudus*, hoc adjectivo fæminino arabico, Turcæ ſubſtantivè utuntur, & dicunt cum verbo ويرْمَكْ *dare* عَارِيَّتْ ويرْمَكْ *nuditatem dare*. id eſt: dare rem ad nudum ſeu purum uſum: conſtruitur cum accuſativo rei, & dativo perſonæ, v. g. اَسْبَابُكِي دُوسْتُكَهْ بِرْ قَاچْ كُونْ كَيْمَكْ اِيچُونْ عَارِيَّتْ ويرْدُكْ ad verbum: *Veſtes tuas Amico tuo ad induendum diebus aliquot nuditatem dediſti* Chur. Ef. id eſt *commodaſti* ſeu *commodato dediſti*. Et عَارِيَّتْ آلْمَقْ eſt, *accipere commodato* بِرْ اِيكي كُونْ اُوقُومَقْ اِيچُونْ يَارَانْدَنْ عَارِيَّتْ كِتَابْ آلْمَقْ *ad legendam unâ vel alterâ die à ſocio librum commodato accipere*. videtur in hoc exemplo quod عَارِيَّتْ inter ſe & verbum آلْمَقْ rem commodatam poni ſinat. Quidam cum dativo dicunt عَارِيَّتَهْ ويرْمَكْ ſed Doctiores Turcarum hunc loquendi modum non approbant. dicere etiam quod عَارِيَّتْ adverbialiter capiatur, non eſt abs re. ut: عَارِيَّتْ ويرْمَكْ *commodatò dare.*

Phra-

Phrasis illa Alvari per verbum *jubeo* apud Turcas per participia in دوق vel دوك cum affixis & verbo finito contingere solet. *Jubeo te bene sperare* dicent Turcæ بيوردوغم بو دركه كوزل اميد ايدەسن *id quod ego jubeo est, ut pulchram* (bonam) *spem facias.*

QUARTUS ORDO ACTIVORUM GEMINUS ACCUSATIVUS POST VERBUM.

Quædam verba activa post se duos accusandi casus admittunt.

Vix quid simile apud Turcas reperietur, phrasim igitur unius, alteri opponã, ut ad id quod inquirimus pervenire valeamus.

Docere, est تعليم ايتمك vel اوكرتمك utrumque dativum personæ & accusativum rei sibi vendicat ut: بو صنعتي بڭا فلان استاد اوكرتدي *Talis magister me hanc artem docuit* Chur. Ef. Item idem بو علمي سن بڭا تعليم ايتدڭ *Tu me hanc scientiam docuisti.*

Nnnnnn Mone

بنبي سؤال Item بنا سؤال ايتدي vel بني صوردي ايتدي *interrogavit me*. de hoc ordine in sexto ordine activorum plura redeunt.

Celare, كزلمك cum دن personæ & accusativo rei, بوايشي بندن نيچون كزلرسن *Cur me negotium hoc celas?* Cæteræ appendices, respiciunt diversam phrasim Latinorum circa has ipsas voces, quod ad nos non pertinet.

QUINTUS ORDO ACTIVORUM ABLATIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

Quædam verba activa Ablativum præter accusativum sibi adsciscunt. Ea fere sunt vestiendi, implendi, onerandi, liberandi, & his contraria multa præterea privandi.

Diversæ sunt hoc in loco Turcarum phrases VESTIENDI.

Induere, vestire, كيمك accusativum petit, لباسي بنم امده يكي لباس كيدم *Vestem meam indui* كيدم *In festis Bairam vestem novam indui.* Chur. Ef. كينمك *vestire*

vestire se vel *vestiri,* لطيف و فاخر اسبابيله كينمش
الباس vel كيندرمك *festivà & gloriosà veste indutus.*
ديوان پادشاهيده ايلچيه *facere induere* ايتمك
In se- قفتان كيدرديلر vel قفتان الباس ايتديلر
natu regio, Legato vestem induere fecerunt. Chur. Ef.

Insternere seu sternere دوشمك accusativum petit, ut:
توغله يي اوك ايچنه دوشرلر *interiorem partem domûs,*
lateribus insternunt. Chur. Ef. Item: دوزمك cum accusativo
فلان آدم كندو اوطه سني فاخر دوشمه ايله
دوزمش *Talis quidam homo, cubiculum suum, pretiosis tapetibus*
instravit. Chur. Ef. Item idem اوتارتمق *facere insternere*
اوكي دوشمه سني و يصدقلريني اوتارتدم *Domûs*
stratum & cervicalia sternere feci.

Spoliare, nudare, v. g. aliquem bonis. آلمق *accipe-*
re فلان بكلربكي بوسنه ولايتنده چوق كيمسنه نك
مالني آلمش *Talis Bosniæ Beglerbegus multos bonis spolia-*
vit

اقرارمز واردر *Nostrum est promissum* ſeu *promisimus* واردر *Vestrum promissum est* ſeu *promisistis* اقرارلري واردر *Illorum est promissum, illi promiserunt.* Quod ad modum loquendi Latinorum referri debere videtur, v. g. *Ego promissione obſtringor* ſeu *obligor, tu promissione obſtringeris* ſeu *obligaris &c.* ut بکا آیده شوقدر آلتون ویرمکه اقرارک واردر *Ad dandos mihi omni menſe tantos aureos promissionem tuam habes* id eſt: *tua promissione* ſeu *ſtipulatione obſtringeris, obligaris &c.*

Item & وعد vel وعده ایتمک propriè *prædictionem* aut *significationem rei affuturæ facere.* id eſt: *promittere* ſignificans, pariter cum dativo & accuſativo conſtruitur, بزه فلان منصبي وعد ایتدیلر *Nobis tale officium promiſerunt.* Chur. Ef. حق مؤمنه جنتي وعده ایتمش *DEUS credenti paradiſum promiſit.* de mir. mund. Quod ſi à promiſſione rei ad promiſſionem actionis ſit tranſeundum, verbum actionis ad infinitivi ſimplicis dativum collocabitur, ut: بر کیمسنه‌یه بر نسنه ویرمکه اقرار ایتمک *Promittere quod alicui aliquid dare velit* Chur. Ef. Item ibid. بکا بر آدم کتاب ویرمکه وعده ایتدي *quidam homo promiſit, quod mihi librum dare velit.* An autem وعده

affixa

affixa cum anomalo اولمق assumat, dubius hæreo. Advertendum attamen, quod si promittens altioris sit ordinis, quam is cui fit promissio, وعد بيورمق dicatur. quasi *promissionem imperare.* Nos latini dicere solemus *dignatus est promittere*, v. g. صدر اعظم حضرتلري بزه فلان منصبي وعد بيوردي ad verbum. *Dignitas supremi Vizirii nobis tale quoddam Officium promissionem imperavit*, id est: *promittere dignatus est.* Chur. Ef.

ANTEPONENDI.

Anteponere تقديم ايتمك juxta suæ arabicæ originis significatum, est *facere præcedere*, ut جمله ايشومزه سني تقديم ايتدك *Te omnibus nostris negotiis præcedere fecimus*, id est: *Te omnibus nostris negotiis anteposuimus* vel *antetulimus* vel *præposuimus* vel *prætulimus* vel *præoptavimus &c.* Item پيشوا ايتمك juxta persicam suam originem *primarium facere* ut: جمله ايشومزه سني پيشوا ايلدك *Te omnibus nostris negotiis primarium fecimus* sed تقديم ايتمك & per اوزره cum suis affixis construi potest, ut سننكله مصلحتكي ساير مصالح اوزرينه تقديم ايدرم

 Nego-

Negotia tua ſupra alia negotia præcedere faciam. Item per مُقَدَّمْ ايتْمَكْ juxta arabismum *Anterius facere* vel *Anteriorem facere* cum accuſativo & poſtpoſitione دَنْ ut: جُمْلَه دَنْ سَنُكْ ايشُكي مُقَدَّمْ ايتْسَمْ كَرَكْ *Negotium tuum præ cæteris anterius faciam oportet.* id eſt: *præponam oportet.* Ubi de honorificentia agitur تَقْدِيمْ ايتْمَكْ *præfectionem facere* ſeu *prælationem facere* ايلَرُو كچُورْمَكْ *præire facere*, veluti: فُلَانْ كِمَسْنَه يِي سَكَا تَقْدِيمْ ايتْدُوكْ vel فُلَانْ كِمَسْنَه يِي سَنْدَنْ ايلَرُو كچُورْدُكْ *Talem quendam tibi propoſuimus.* Chur. Ef. ſed quia verbum *antepono* apud Latinos pro *velle* aut *petere* aut *deſiderare* ſtare poteſt: tunc *anteponere* per turcicum اِسْتَمَكْ *petere, expetere, velle*, hac phraſe exprimi poterit بِزْ رَعَايَا فُقَراسِنُكْ آسُودَه اُولْمَالَرِي اِيچُونْ صُلحُ وُ صَلَاحِي دُنْيَا فَنَايَه وِيرَنْ جَنْكُ و جِدَالْدَنْ هَمْ زَمَانْ يَكْ اِسْتَرْدُوكْ *Nos propter ſtatum tranquillum pauperum ſubditorum, pacem & tranquillitatem, mundo, corruptionem danti prælio & bello magis expetivimus.* Latini dicerent: *pacem bello antepoſuimus.*

Ejusmodi Latinam phraſim v. g *Omarum, Scientiâ, Zeido præfero* Turcæ exprimet per conſtructionem comparativi, poſito

posito ad finem verbo طوتمق *tenere*, veluti: علمنده عمروي زيددن افضل طوتارم ad verbum est: *In scientia, Omarum Zeido, præstantiorem teneo:* كندوسني سايرلردن افضل طوتار *se ipsum cæteris præstantiorem tenet*. id est: *se ipsum cæteris præfert*. Lexic.

Postponendi.

Postponere تاخير ايتمك *posteriorem facere.* فلان كيمسنه‌يي بكا تاخير ايتديلر *Talem quendam mihi postposuerunt.*

Appendices I. generis.

Alia verba sunt hujus tertii generis, facio tibi injuriam. ستم ايتمك vel ظلم ايتمك vel كوج ايتمك *injuriam facere* eodem modo cum dativo construuntur ut بزه ستم vel بزه ظلم ايتديلر vel بزه كوج ايتديلر ايتديلر *Nobis injuriam fecerunt*. cætera à nostro Calep. Latino-Turc-arab-persic.

Appendices II. generis.

Habeo tibi fidem, adhibeo tibi fidem, præsto tibi fidem. Apud Turcas his phrasibus enuntiatur. تحقيق طوتمق *firmitatem*

tatem vel *verificationem tenere* accuſativum petit بَنْ سَنُكْ سُوزُكِي تَحْقِيقْ طُوتْدُمْ ad verbum eſt: *Ego verbum tuum firmitatem* vel *verificationem tenui*, id eſt: *verbum tuum pro firmo & vero habui.* Scilicet: *verbis tuis fidem habui, adhibui, præſtiti.* vel اينَانْمَقْ سَنُكْ سُوزُكَه *credere* cum dativo اينَانْدُمْ *verbis tuis credidi* ſeu *verbis tuis fidem habui.* Item: بَاوَرْ Perſicæ originis ex بَاوَرْ قِلْمَقْ vel بَاوَرْ ايتْمَكْ *fides* & dativum petit ut سُوزِنَه بَاوَرْ ايدَرُمْ vel سُوزِنَه بَاوَرْ قِلَارُمْ *Ejus verbo fidem facio* vel *fidem adhibeo* vel *fidem præſto.* آنُكْ انْكَارِنَه بَاوَرْ قِلْمَيُوبْ *Cum negationi ejus fidem non præſtaret.* Hum. Nam. Item اعْتِقَادْ ايتْمَكْ *fidem facere* conſtrui vult cum affixo perſonæ fidem dantis, & cum dativo perſonæ cui fides datur ut فُلَانْ كِمْسَنَه يَه بَنُكْ اعْتِقَادُمْ وَارْ ad verbum *Tali cuidam mea fides valdè eſt.* id eſt: *Tali cuidam valdè adhibeo fidem.* Chur. Ef.

Credere in ſenſu negativo v. g. *Hoc non credo*, in eo ſenſu ſumendum eſt, quo latini dicunt: *hoc non admitto* وُجُودْ بَنْ بُوكَا وُجُودْ وِيرْمَمْ *exiſtentiam non dare* وِيرْمَمَكْ

Huic

Huic ego non do existentiam id est: hoc *non admitto*, cætera è Calepino nostro Latino-Turc-Arab. persic. desumi poterunt.

Appendices III. generis.

QUæ in his Alvari appendicibus reperiuntur, pulchrè in turcismo arabismi adminiculo enuntiantur: sit ergo *mutuum dare* recepturi non eandem speciem quam dedimus, sed idem genus قَرْضْ ويرْمَكْ quasi *commodationem restitutionis dare* vel إقْرَاضْ إيتْمَكْ *commodationem cum retributione* aut *restitutione facere* ut: فُلاَنَه يُوزْ غُرُوشْ قَرْضْ ويرْدُمْ vel فُلاَنَه يُوزْ غُرُوشْ إقْرَاضْ إيتْدُمْ *Tali cuidam centum imperiales mutuos dedi.* & cum turcico termino est أُودُنْجْ ويرْمَكْ veluti فُلاَنَه يُوزْ غُرُوشْ أُودُنْجْ ويرْدُمْ *Tali cuidam centum Imperiales mutuos dedi.* Chur. Ef. Et è contra *mutuum accipere est:* اسْتِقْرَاضْ إيتْمَكْ vel قَرْضْ آلْمَقْ veluti بِرْ آقْچَه كْ vel يُوغِيسَه بِرْكِمَسْنَه دَنْ قَرْضْ آلْ كِمَسْنَه دَنْ اسْتِقْرَاضْ آيْلَه *si pecunias non habes ab aliquo mutuas accipe* Chur.Ef.Item أُودُنْجْ آلْمَقْ veluti فُلاَنْ كِمَسْنَه دَنْ يُوزْغُرُوشْ أُودُنْجْ آلْدُمْ *A tali quodam centum*

tum Imperiales mutuos accepi, Chur. Ef. قَرْضِ حُسنْ ويرْمَكْ *mutuum bonitatis dare*, id eſt: *mutuum dare ſine commodo* aut *lucro*.

Commodare id eſt: rem utendam dare, ut eadem reſtituatur finito uſu, in quem data fuit, exprimunt hoc verbum Turcæ, per arabicum terminum عَارِيَّتْ fæmininum adjectivum *nuda* à maſculino عَارِيْ *nudus*, hoc adjectivo fæmjnino arabico, Turcæ ſubſtantivè utuntur, & dicunt cum verbo ويرْمَكْ *dare* عَارِيَّتْ ويرْمَكْ *nuditatem dare*. id eſt: dare rem ad nudum ſeu purum uſum: conſtruitur cum accuſativo rei, & dativo perſonæ, v. g. آسْبَابُكْي دُوسْتُكَهْ بِرْ قَاچْ كُونْ كَيْمَكْ ايچُونْ عَارِيَّتْ ويرْدُكْ ad verbum: *Veſtes tuas Amico tuo ad induendum diebus aliquot nuditatem dediſti* Chur. Ef. id eſt *commodaſti* ſeu *commodato dediſti*. Et عَارِيَّتْ آلْمَقْ eſt, *accipere commodato* بِرْ ايكي كُونْ اُوقُومَقْ ايچُونْ يَارَانْدَنْ عَارِيَّتْ كِتَابْ آلْمَقْ *ad legendam unâ vel alterâ die à ſocio librum commodato accipere*. videtur in hoc exemplo quod عَارِيَّتْ inter ſe & verbum آلْمَقْ rem commodatam poni ſinat. Quidam cum dativo dicunt عَارِيَّتَهْ ويرْمَكْ ſed Doctiores Turcarum hunc loquendi modum non approbant. dicere etiam quod عَارِيَّتْ adverbialiter capiatur, non eſt abs re. ut: عَارِيَّتْ ويرْمَكْ *commodatò dare.* Phra-

Phrasis illa Alvari per verbum *jubeo* apud Turcas per participia in دوق vel دوكى cum affixis & verbo finito contingere solet. *Jubeo te bene sperare* dicent Turcæ بيوردوغم بو دركه كوزل اميد ايدهسن *id quod ego jubeo est, ut pulchram* (bonam) *spem facias.*

QUARTUS ORDO ACTIVORUM GEMINUS ACCUSATIVUS POST VERBUM.

Quædam verba activa post se duos accusandi casus admittunt.

Vix quid simile apud Turcas reperietur, phrasim igitur unius, alteri opponã, ut ad id quod inquirimus pervenire valeamus.

Docere, est تعليم ايتمك vel اوكرتمك utrumque dativum personæ & accusativum rei sibi vendicat ut: بو صنعتي بكا فلان استاد اوكرتدي *Talis magister me hanc artem docuit* Chur. Ef. Item idem بو علمي سن بكا تعليم ايتدك *Tu me hanc scientiam docuisti.*

Monere تنبيه ايتمك *commonefactionem facere* vel تأكيد ايتمك *confirmationem facere.* Sed hæ duæ voces communiter unitæ reperiuntur ut تنبيه وتأكيد ايتمك *Monere & confirmare.* hac tamen cum reflexione, quod hæc significata ad sensum integrum potius, quàm ad specialem casum referantur, ita tamen ut casus personæ qui præcedit & ad hæc verba refertur, ad dativi casum sit collocandus ut: سپاهلره اول فسادلته مباشرت ايتمەسونلر بوديم بكلربكي حضرتلري تنبيه و تأكيد ايلدي *Dignitas Beglerbegi Budensis Sypahos* seu *equestres milites ne corruptiones incipiant, monuit & confirmavit*, scilicet: *admonitionis confirmationem fecit.* De usu verbi *monere* & paulo ante in secundo ordine activorum dictum est; verum & aliis monendi phrasibus utuntur, quæ simul & pro *monere* & pro *Consilium accipere* aut *dare* sumi possunt v. g. اوكت vel كوت turcica vox *monitum* نصيحت vox arabica *monitum, consilium documentum.* پند vox persica *monitum, documentum, exemplum* hæc substantiva, si cum verbo آلمق *accipere, capere* ponantur, est *accipere monitum* seu *documentū* & خالقدن بر نصيحت آلدوق *monitum capite è statu meo.* si cum ايلمك *facere* aut

aut ويرمك *dare* id eſt *monitum* ſeu *documentum facere* ſeu *monitum* aut *documentum dare* idem eſt ac *monere*, *admonere* بر حكيمة ايتدي بكا نصيحت ايلة *Cuidam ſapienti dixit fac mihi monitum* aut *conſilium* aut *documentum*. Chur. Ef. Item idem, ويرور نصيحت اوغلنه بابا Pater dat filio *monitum* id eſt: *Pater filium monet*. Item idem عالملر جاهللرة اوكوت ويرورلر *ſapientes ignavis dant documentum*. Item idem. خواجه طالبه پند ويردي *Magiſter ſtudioſum monuit*. dicunt nonnulli & وعظ ايتمك potius eſt *exhortationem* ſeu *monitum* aut *concionem* ad populū facere.

Flagitare طالب اولمق & راغب اولمق vel utrumque ſimul راغب و طالب اولمق *petentem* vel *expetentem eſſe*. سلطان مراد جهاده راغب و طالب اولمغين *Sultanus Amurathes cum ſacrum bellum flagitaret & expeteret*. Hiſt. Mahm.

Interrogare سؤال ايتمك vel صورمق dativum vel accuſativum, perſonæ exigunt, v. g. بكا صوردي vel

بني

بني سؤال Item بكا سؤال ايتدي vel بني صوردي ايتدي *interrogavit me.* de hoc ordine in sexto ordine activorum plura redeunt.

Celare, كزلمك cum دن personæ & accusativo rei, بو ايشي بندن نيچون كزلرسن *Cur me negotium hoc celas?* Cæteræ appendices, respiciunt diversam phrasim Latinorum circa has ipsas voces, quod ad nos non pertinet.

QUINTUS ORDO ACTIVORUM ABLATIVUS PRÆTER ACCUSATIVUM.

Quædam verba activa Ablativum præter accusativum sibi adsciscunt. Ea fere sunt vestiendi, implendi, onerandi, liberandi, & his contraria multa præterea privandi.

Diversæ sunt hoc in loco Turcarum phrases

VESTIENDI.

Induere, vestire, كيمك accusativum petit, لباسمي كيدم *Vestem meam indui* بيرامده يڭي لباس كيدم *In festis Bairam vestem novam indui.* Chur. Ef. كينمك *vestire*

vestire se vel *vestiri,* لطيف و فاخر اسبابيله كينمش
festivâ & gloriosâ veste indutus. كيدرمك vel الباس
ايتمك *facere induere* ديوان پادشاهيده الچيه
قفتان كيدرديلر vel قفتان الباس ايتديلر *In se-
natu regio, Legato vestem induere fecerunt.* Chur. Ef.

Insternere seu sternere دوشمك accusativum petit, ut:
توغله يي اوك ايچنه دوشرلر *interiorem partem domûs,
lateribus insternunt.* Chur. Ef. Item: دوزمك cum accusativo
فلان آدم كندو اوطه سني فاخر دوشمه ايله
دوزمش *Talis quidam homo, cubiculum suum, pretiosis tapetibus
instravit.* Chur. Ef. Item idem اوتارتمق *facere insternere*
اوك دوشمه سني و يصدقلريني اوتارتدم *Domûs
stratum & cervicalia sternere feci.*

Spoliare, nudare, v. g. aliquem bonis. آلمق *accipe-
re* فلان بكلربكي بوسنه ولايتنده چوق كيمسه نك
مالني آلمش *Talis Bosniæ Beglerbegus multos bonis spolia-
vit*

vit. Chur. Ef. Item idem. فلان كيمسنه نك بوسنه پاشاسي بيچاره يي چپلاق مالني آلوب عريان ايتمش vel ايتمش *Baſſa Bosnia talem quendam ope destitutum, bonis spoliavit & denudavit.*

IMPLENDI.

Implere, complere طولدرمق cum accuſat. ياصدق ايچنه يپاغي يي طولدر *Cervical lanâ imple*, nonnunquam, cum ايله conſtruitur ايله طولدر قدحي باده ايله زنكين اولان ذخيره ايله *poculum vino imple, comple* ايله *Qui dives eſt. domum ſuam annonâ implet. complet.* Chur. Ef. dicunt & طولدر اوين طوپطلو & ممْلو ايتمك veluti پر صحاني پلاويله مملو ايتدم ايتمك *Paropſidem integrâ & butyratâ orizâ implevi, complevi.* Chur. Efend. Item idem. قدحي سود ايله طوپطلو ايتدم *Poculum lacte implevi*, dicitur & پر ايلمك ut اپريكي صو ايله پر ايله *Malluvium aquâ imple, &c.* Chur. Ef.

Satiare

طوق اينتمك Satiare, ſaturare طويورمق vel

طعام ايلده آج اولان آدمي طويوردق cum accuſ. *famellicum hominem*, *cibô ſatiavimus*, *ſaturavimus*.

ONERANDI.

OBruere, veluti ſtomachum cibo امتلا اينتمك cum accuſativo perſonæ, phraſis Turcarum hac in locutione ſe ita habet, v. g. يدكم طعام بني امتلا اينتدي juxta arabici masdari vim, eſt: *Cibus quem comedi me repletum fecit*. Chur. Ef. id eſt: *ſtomachum cibo obrui*, *opplevi*, & in ſenſu paſſivo *cibo ſum obrutus* dicetur: طعامدن آغرلنورم quanquam & طعامدن امتلا اولنورم *cibô repletus ſum*. dici poſſit. Item: ديوار يقيلوب آلتنده veluti باصدرمق وافر آدم باصدردي *Cum murus cecidiſſet in inferioritate ſua multos homines obruit*. ſi pro *implere* vide id.

Onerare يوكلتمك præter dativum accuſativum exigit اودوني بارگيره يوكلتمك quaſi diceres: *ligna equo* vel *ſupra equum onerare* id eſt: *equum lignis onerare*. اودوني عربه يه يوكلتمك *ligna ſupra currum onerare*, id eſt: *lignis currum onerare*. Chur. Ef.

LIBE-

LIBERANDI.

De his verbis in turcismo eadem ratio habetur, quæ paulo ante in secundo ordine activorum expressa est.

PRIVANDI.

Privare محروم ایتمك *prohibitum* vel *vetitum facere* sub forma passiva capi debet, & simul cum accus. personæ, veluti: بنم سلطانم لطفكزدن بزي محروم ایتمك *Mi Sultane à gratia vestra me vetitum* seu *prohibitum ne facito.* Chur. Ef. id est: *Gratiâ Vestrâ me ne private* Aliquando hanc ipsam phrasim solo verbo ایتمك *facere* exprimere possunt, si nomen rei quâ quis privatur, particulam aliquam negativam sive arabicam sive persicam sive turcicam assumat, v. g. per negationem arabicam بلا ut: بني بلا فايده ایتمكز *me lucro ne privetis.* & per persicam بي ut بو قولكزي بي نصيب ایتمكز *Hunc servum vestrum fortuna portione ne privetis,* v. g. سنك لطفك عالمه شامل در بزي دخي كرمكدن نا اميد ایتمه *Generositas tua per orbem dispersa est, à gratia tua sine spe me ne facias.* Chur. Ef. id est: *spe gratiæ tuæ me ne priva.* Item per قالدرمق *tollere* cum اوزره & دن & affixo personæ, v. g منصبي اوزرندن قالدرمق

قالدرمق quasi diceres latinè. *A superiori parte officii tollere* nobis latinis. *Officio privare.* Item: چيقرمق *extrahere* cum accus. personæ & ejus affixo cum دن ad rem posito v. g. بر كمسنه يي قوللوغندن چيقرمق *Aliquem à servitio suo extrahere*, id est: *aliquem suo servitio privare.* Chur. Ef. Item: عزل ايتمك *semotionem facere* vel معزول ايتمك *semotum facere* Turcis est *à munere* seu *dignitate amovere, privare.* بوسنه پاشاسني عزل ايتديلر vel معزول ايتديلر *Bosniæ Bassam à dignitate* seu *munere suo amoverunt*, id est: *munere suo privaverunt.* Item per كسمك *scindere* ut: بر كمسنه نك وظيفه سن كسمك *Alicujus stipendium scindere*, non tam *stipendio privare* est, quam *stipendium imminuere*, sed قطع ايتمك *amputare* magis pro *privare* stare posse videtur, ut: سپاهيلرك اسامي سي چالوب وظيفه لرين قطع ايتمشلر *sustulerunt sypahorum album & eos stipendio privaverunt.* Chur. Ef. الله تعالى آوازن قطع ايلسون بددعا ايلدي *DEUS excelsus te voce privet, maledixit.* de mir. mund.

SEXTUS ORDO ACTIVORUM, ABLATIVUS CUM PRÆPOSITIONE *a* VEL *ab* PRÆTER ACCUSATIVUM.

Quædam verba activa præter Accusativum Ablativum cum præpositione à vel ab postulant. Ea ferè sunt, petendi, percontandi, auferendi, removendi, abstinendi, accipiendi.

DAtur in quibusdam verbis turcicis hæc ipsa phrasis.

PETENDI.

Petere, poscere, استمك quod & *velle* significat: اللّه سبحانه و تعالیدن بر مراد استمك *Velle* vel *petere*, vel *poscere*, vel *flagitare*, vel *postulare à DEO desiderium aliquod*. Chur. Ef. Item ibid. بر آدم بر کمسنه دن بر کتاب استه سه *si quidam ab aliquo librum quendam vellet, peteret, posceret, flagitaret*. dicent pariter دیلمك *petere, rogare, postulare*. گناهلرم حددن زیاده در جناب رب العالمیندن عفو دیلرم *Peccata mea sunt ultra terminum à latere DEI Creaturarum, condonationem peto*. Item: طلب ایتمك *petitionem facere* cum دن construitur ut:

فرانچه

فرانچه تكرار پادشاهدن طونتمه طلب
آيلديكه وارەلر اسپانيه مملكتين اورەلر
Gallia demum à Rege classem bellicam petiit, progrediatur, Hispaniæ ditionem invadat. Hist. Algenab. Item idem فرنسه بكي
پادشاهدن طونتمه طلب آيلديكه باباسني
اسپانيه بكلرندن بري بر وجهله كرفتار
ايتمشيدي واروب آني خلاص ايدەلر *Francia Begus à Rege Classem petiit, quod Pater ejus ab Hispania Bego aliquo modo captus fuerit eant & eum liberent.*

Interrogare صورمق vel سؤال ايتمك construitur cum دن ن veluti اكر حالمندن صورارسن vel اكر حالمندن سؤال ايدرسن *si de statu meo interrogas* Chur. Ef. Ast *interrogare de eo quod juris est.* استفتا ايتمك quod genuinè *petitio consilii Jurisperitorum*, aut potiùs *responsi de jure petitio*, significat ut: اكر بر مشكلك واريسه شيخ الاسلامدن استفتا آيله *Si tibi aliqua controversia aut difficultas, à Doctore Islamismi, responsum de jure pete.*

Chur. Ef. لَفْظِ اِسْتِفْهَامْ اِسْتِفْهَامْ *interrogatio ut interrogatio vocis* ſeu *vox de qua interrogatur.*

Auferendi.

Auferre كُوتُورْمَكْ conſtruitur cum accuſativo بُونْلَرْ دَخِي فُرْصَتْ بُولُوبْ بُو قَوْمْ شُومُكْ مَالُو آمْتَعَلَرِنْ كُوتُورُبْ قَاچُوبْ كَمِيلَرِينَه تَلْدِيلَرْ *Hi pariter occaſionem invenerunt, & Gentis hujus infauſtæ opes & merces abſtulerunt, fugerunt & ad naves ſuas pervenerunt.* de mir. mund. Item ibidem بِرْعَظِيمْ سَمِزْ تَلْدِي اِينَكِي كُوتُورُوبْ غَرِقْ آيْلَدِي *Magnus torrens advenit vaccam abſtulit & demerſit.*

Abalienare چِمِقَرْمَقْ *extrahere* conſtruunt cum دَنْ ut مَالِنْدَنْ چِمِقَرْمَقْ *de opibus ſuis extrahere.* id eſt: *abalienare opes ſuas.*

Removendi.

Amovere, removere آيِرْمَقْ conſtruitur cum accuſativo & poſtpoſitione دَنْ veluti: قُوزُوِي قُويُونْدَنْ آيِرُرْلَرْ *Agnum ab ove amovent, removent.*

Arce-

Arcere, repellere مَحْرُومْ اِيتْمَكْ construitur cum accusativo & postpositione دَنْ veluti: يَا رَبُّ الْعَالَمِينَ بنِي رُوزْ مَحْشَرْدَه جَنَّتْدَنْ مَحْرُومْ اِيتْمَه *O Domine Creaturarum me à Paradiso non arceto, non repellito*, Chur. Ef. Item & مَنْعْ اِيتْمَكْ *prohibere* construitur cum accusat. & postpositione اِيلَه ut رِيَاضَتْ اِيلَه هَوَاي نَفْسِي مَنْعْ اَيْلَه *Maceratione carnis libidinem arce* seu *repelle* vel cum solo accusativo خَلْقُكْ هُجُومِنِي مَنْعْ اَيْلَه *Populi invasionem arce, repelle*. Chur. Ef.

ABSTINENDI.

Abstinere چَكِنْمَكْ construitur cum دَنْ ut هَوَا وَ هَوَسْدَنْ چَكِنْمَكْ *Abstinere se, continere se, cohibere se à sua concupiscentia & à voluptate*, sic & پَرْهِيزْ اِيتْمَكْ *abstinentiam, continentiam, cohibitionem facere* نَفْسَانِي شَهْوَتْلَرْدَنْ پَرْهِيزْ اِيتْمَكْ *A rebus libidinosis se continere*. Item: اِجْتِنَابْ اِيتْمَكْ *abstinere* sed in sensu de rebus à DEO

DEO vetitis, conſtruitur cum دَنْ ut آللّه تعالى نُسكْ نَهيِ آيلَدْكي شمَلردَنْ اِجتناب ايتمكْ *Abſtinere ſe* ſeu *continere ſe à rebus quæ DEUS vetuit.* Item cum دَنْ اِحْتِرَازْ ايتمكْ vel تَحَرُّزْ ايتمكْ ſed in ſenſu de abſtinentia à cibis, ut: مُخَالِفْ طَعَامْ يَمَكْدَنْ اِحْتِرَازْ ايتمكْ vel مُخَالِفْ طَعَامْ يَمَكْدَنْ تَحَرُّزْ ايتمكْ *Ab adverſante cibo ſe abſtinere.* & hæ ſignificandi differentiæ, bene obſervandæ ſunt, inconveniens enim & hiulcum quid eſſet, unum pro altero velle ſumere.

ACCIPIENDI.

Accipere قَبضْ ايتمكْ vel آخذْ ايتمكْ vel آلمقْ ut latini cum accuſativo & poſtpoſitione دَنْ, veluti فُلاَنْدَنْ بيڭ آقچه آلدُمْ *A tali quoddam mille nummos accepi.* Chur. Ef. بَنْ بُو سُوزْدَنْ چُوقْ مَعْنَالَرْ آخذْ ايتدُمْ *ex hac voce multos ſenſus accepi, collegi* idem سَنْدَنْ بِرْ آلتُونْ قَبضْ ايتدُمْ *A te unum aureum accepi.*

Emere آلمقْ cum دَنْ veluti بَنْ بُونيِ مَزَادَهْ دَلاّلْ اَلِنْدَنْ آلدُمْ *Hoc quid, auctione pretii, à Proxenatæ manu*

manu emi, Chur. Ef. Item: اشترا چیقرمق *emptione extrahere.* construitur cum دن veluti فلان قضادن بیك كیله آرپه اشترا چیقردم *A* seu *E tali jurisdictione mille mensuras hordei emptione extraxi*, id est: *A tali Jurisdictione mille mensuras hordei emi.* Chur. Ef.

DE CONSTRUCTIONE VERBI PASSIVI.

Verbum paſſivum Ablativum cum à vel ab poſtulat poſt ſe.

HÆc regula per poſtpoſitionem دن ſed ſuis cum reflexionibus etiam apud Turcas locum habere poteſt, non autem Turcis tam communis & ordinaria eſt, ut Latinis, quibus ad libitum conceſſum eſt, ut verbi activi ad verbi paſſivi conſtructionem transferre poſſint, cum è contra apud Turcas, cum in conſtructione activa Agens certus & manifeſtus eſt, conſtructio neceſſario in forma activa permanere debeat, v. g. *Vir probus laudat DEUM.* Agens, eſt *Vir probus*, & patiens eſt *DEUS*, nil obſtat quò minus apud Latinos dicam. *DEUS à viro probo amatur.* id autem in turciſmo non bene conveniret, quia agens, hoc in loco manifeſtus eſt, ideóque apud Turcas hæc conſtructio activè ſolummodo conſtruetur & dicetur: صالح كمسه اللهی مدح ایدر abſolutè tamen negandum non eſt, quin non dici poſſit الله صالح كمسه‌دن مدح

مَدح أولنور & bona erit constructio, ast loquendi modus quem Turcæ fugiunt, quia fluiditati orationis obesse videtur. Ast ubi actio cum passione non est connexa, sive cum agens in passionem non influit, & passio aliunde in consequentiam cadit, constructio passiva & apud Turcas locum habere & eleganter exprimi potest, ut: *Socius noster à nobis clam separatus fuit* يارانمز كيزلوجه بزدن آيرلدي Chur. Ef. patet utique hac in constructione, passivum verbum independenter ab actione stare posse, & esse suum tale, aliunde advenire.

Ob hujus fundamenti causam passiva impersonalia apud Turcas frequentiora sunt, ut: سولنور *amatur* تعليم اولنور *docetur* اوقونور *legitur* ايشيدلور *auditur* فلان كمسنه دن ايشيدلوركه *A tali quodam auditur quod, &c.* Et persæpe in arbitrio est scribentis aut loquentis, tale passivum impersonale, de sua tertia persona singularis numeri ad tertiam personam activæ vocis pluralis numeri transferre, v. g. حكايت اولنور *narratur* vel حكايت ايدرلر *narrant*, حكايت اولنوركه دجال اول جزيره ده آلان محبوسدر *Narratur quod Antichristus nunc in ea Insula sit captivus*, de mir. mund. Quod non convenit si persona scribens aut agens manifestetur, v. g. عباده بن صامت رضي الله عنه حكايت

حكايت ايلدي *Aabade filius Szàmet* (*DEUS de eo contentus fuit*) *narravit*. de mir. mund. nec apud Turcas dicetur: *Ab Aabade narratum fuit, &c.*

DE CONSTRUCTIONE VERBI NEUTRI.

PRIMUS ORDO NEUTRORUM.

Utrinque nominandi casus.

Omne verbum neutrum, præsertim vero substantivum, utrinque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet.

Diversis à latinitate phrasibus hîc procedendum erit: Latinorum more equidem per verbum أولمق *esse* dici potest, v.g. دين اسلام جملة تصحيحدر *Fides Islamismi totaliter documentum est*. de mir. mund. Ast v.g. *Ego vivo miserrimus*, cum Gentis phrase, planè non conveniret, dicunt enim محنت ايلة كچنورم cum Italica phrase multum convenit *me la passo con stento* & Germanis: Ich thue mich schwer durchbringen / quasi latinè diceres, *miserè me transeo, angustè me transeo*, id est: *miserè vivo, angustè vivo* sic *ego venio lætus*. ذوق ايلة كلورم *cum lætitia, cum voluptate venio*.

Appendices I. generis.

N*On solum verba neutra, sed omne verbum personale finiti modi,*

di, utrinque nominativum habere poteſt, cum utrunque nomen ad eandem rem pertinet. Aliam hîc Turcæ habent phraſim, ſi juxta exempla in Alvaro, poſita diſcurrendum eſt, ſic *liber qui inſcribitur Lælius.* hunc loquendi modum Turcæ ſic inſtituunt, v.g. اِبْنْ جَوْزِي كِتَابِ مَوَاعِظْ اَلْمُلُوكْ نَامْ كِتَابِنْدَه ذِكْرْ اَيْلَدِي *Filii Gieuzi liber monitorum Regum nomine in ſuo libro commemoravit.* id eſt: *Filii Gieuzi liber qui inſcribitur monita Regum.* de mir. mund. Item شِفَاء صُدُورْ كِتَابِنْدَه اِبْنْ سَبَع عَبْدُ اَللّٰه اِبْنْ عُمَرْدَنْ رِوَايَتْ قِلُوبْ اَيِتْدِي *In libro originis medicinæ Filii Sebaâ Filii Aabd'ullahi, de Omar relationem faciens, dixit.* id eſt: *Filii Sebaâ Filii Aabd'ullahi liber, qui inſcribitur origo medicinæ, &c.* اِمَامْ ذَهَبِي مِيزَانْ نَامْ كِتَابِنْدَه كَنُوزْ مِشْذُرْكِه *Antiſtes in libro ſuo, Auri ſtatera nomen, refert.* id eſt: *Liber qui inſcribitur ſtatera auri.* Ex altero exemplo Alvari. *Audivi hoc de parente meo puer* hæc conſtructio pro turcismo ſic formetur: *Cum puer eſſem hoc de parente meo audivi.* eritve conſtructio turcismo conformis بَنْ اُوغْلَانْ اِيكَنْ بَابَامْدَنْ بُونِي اِيشِتْمِشِمْ.

Huc præſertim pertinent verba quæ vocativa appellantur, &c. Hæc Alvari regula reſoluta reperitur ſupra ad titulum *Adjectivum cum ſubſtantivo &c.* ad Appendices II. generis.

Appendices II. generis.

SI duo illa nomina non ſunt ejusdem numeri aut perſonæ verbum concordat cum eo nomine, quod eſt baſis & quaſi fundamentum ora-

orationis. huic regulæ ſe & turciſmus accommodat, ut: أيّام حياتمز بونلر غنيمتدر *Dies vitæ noſtræ lucrum ſunt.* de mir. mund.

Cæteri paragraphi Alvari & ea quæ hoc loco in appendicibus tertii generis continentur, reperientur in Gram. partim in tract. 2. cap. 13. partim in tract. 4. part. 2. cap. 1. & tandem in Syntaxi ad tit. *De conſtructione nominis cum verbo.* Poſt regulam Alvari. *Idem verbo videtur interdum uſuvenit.* & in Grammatica adnotatum eſt, Latinorum Verbum infinitum ad finitum per particulas conjunctivi reducendum eſt.

SECUNDUS ORDO NEUTRORUM GENITIVUS POST VERBUM.

Quædam verba neutra poſt ſe Genitivum petunt.

NIhil eſſe videtur apud Turcas de verbis, quæ ſe huic regulæ accommodent, ſed ſibi propria phraſe in iis utuntur. v. g. pro verbo *ſum* cum genitivo, quia phraſis hæc de affectu in ſe continere videtur, ſumunt illi participium arabicum paſſivæ formæ مقبول *acceptus* cui affixum pleonaſticum adjiciunt, v. g. فلان كمسنه پادشاهڭ مقبوليدر *Talis quidam eſt acceptus Regis* ſeu *acceptus Regi.* id eſt: *Talis quidam Regis eſt.*

Præter hunc modum, indubitatum eſt, perſæpe, per genitivum verbo ſum junctum, apud Latinos laudem vituperationem aut rei alicujus deſcriptionem enunciari, hujuſmodi ergo

constructiones, ad turcismum per ipsum verbum *sum* triplici viâ transferri possunt.

Prima est declinatio de Syntaxi turcica ad arabicam regulam similitudine aliquâ cum regula *Quotiescunque* conveniente, similitudine aliqua dico, quia non emanat è concursu duorum substantivorum rerum diversarum, sed à substantivo rei cum articulo أَلْ ad giarrum in quocunque demum numero collocato, & ab adjectivo in nominativo cujuscunque demum numeri posito, qualitatem alicujus subjecti ad rem exprimente, ita ut adjectivum tanquam substantivum illud quod ad genitivum non cadit, sit sumendum, sed in eo casu stare debet, in quo subjectum de cujus qualitate ad rem aliquid enunciatur, & substantivum rei demum ad giarrum suppressâ vocali ultimâ cum articulo أَلْ collocabitur. rem exemplis clariùs repræsento بَحْرِ مُحِيطْ نَفْسِ آمرده كَثِيرُ ٱلْأَمْوَاجْ وَ شَدِيدُ ٱلْاِضْطِرَابْ وَ غَايَتْدَه عَمِيقْدُرْ *Oceanus in re ipsa est multus undarum* (multarum undarum) *vehemens afflictionis* (vehementis afflictionis) *& valdè profundus*, de mir. mund. Item ibid. آرْضُ آلشَّامْ اُرْضْ بِرْ اِقْلِيمْ دُرْكِه عَظِيمُ ٱلْخَيْرَاتْ وَ كَثِيرُ ٱلْبَرَكَاتْدُرْ *Hoc mare benedictum est, multum felicitatum* (multarum felicitatum) *eximium ubertatum* seu *benedictionum* (eximiarum ubertatum seu benedictionum. Item ibid. بو بَحْرْ مُبَارَكْدُرْ كَثِيرُ ٱلْخَيْرَاتْ وَعَزِيزُ ٱلْبَرَكَاتْدُرْ *Hoc mare benedictum est, multum est felicitatum* (multarum felicitatum) *eximium ubertatum seu benedictionum* eximia-

(eximiarum benedictionum seu ubertatum) Quid simile habent Latini, v. g. *Aristoteles doctrinà celebris. Joannes virtute insignis* adjectiva qualitatis non rem, sed personam respicientia & quia hîc modus loquendi Latinorum ad primum modum loquendi referri potest ut *Aristoteles est celebris doctrinæ. Joannis est insignis virtutis.* videtur consequenter, quod hic loquendi modus, pariter se turcicæ Syntaxi per hanc ipsam modalitatem accommodet, eave quæ in Gram. mea arabica tract. 4. cap. 11. continentur, ita intelligenda esse.

Secunda via est lapsus de turcica in persicam Syntaxin, quæ pariter similitudine ad regulam *Quotiescunque* persicam accedit, nisi quod ut hîc ante in arabismo mentionem feci, non constet ex duobus substantivis rerum diversarum, sed constat ex substantivo rei & adjectivo qualitatem subjecti ad rem exprimente, præcedit ergo in persismo substantivum rei cum ی aut Kesra significante sequens adjectivum esse genitivi casus, qua de causa Syntaxim persicam latinæ magis accedere videmus, quàm arabicam, rem, exemplis exhibeo, ut: لَـوْنـِي خُـوبْ لَذَّتي مَرْغُوبْ يَمِشْلَرْ *Odoris amœni & saporis expetiti fructus sunt.* de mir. mund. تُونَـه بُدُونْ نَـقْـسِ كَنَارِنْدَه سُورِ وَسِيعْ وَ بِنَايْ مَنِيعْ أُولُوبْ *Ipsa Buda ad Danubii ripam cum sit ampli muri & structura non admittentis accessum.* Hist. Suleim.

Tertia via turcica est, quæ duplex est, una ad similitudinem suæ regulæ *Quotiescunque &c.* substantivum affixum pleonasticum suscipit, præ aut postponitur, adjectivo, prout sensûs ratio

ratio docet, res exemplis exhibetur. أول طاغلرڭ صغجندە بغداي اتلو خلقي وار *In tractu eorum montium sunt populi triticei coloris.* de mir. mund. Item ibid. أول جزيرەدە بر نوع وحشي كديلر اولور قيزيل وآق آلاجاسي اولور *In ea Insula quædam species felium est, rubræ & albæ variegationis.* Item Ibid. برجانور كتورديلر صورتدە طوشانە بكزر رنكلي صارو *Animal attulerunt quoad formam lepori similis flavi coloris.* Et cum ايلە veluti: اصفهان صحت هوا ايلە و لطافت تراب ايلە وعذوبت ما ايلە موصوفدر *Isphahan cum sanitate aeris cum amænitate soli & cum dulcedine aquæ celebris est* de mir. mund. Latini dicerent *Isphahan Urbs est salubris aëris, amæni soli, & dulcis aquæ.*

Satagere مقيد أولمق *adstrictum esse,* construitur cum dativo سن كندو ايشكە مقيد اول *Tu negotiis aut rebus tuis adstrictus sit.* Chur. Ef. id est *rerum tuarum* satage.

Meminisse آكمق vel ياد ايتمك ;construitur cum accu-

accusativo هَرزَمَانْدَه سَنِي آكَارِم vel هَر زَمَانْدَه

سَنِي يَانْ إيدَرُم *Ego semper tui memini.* Chur. Ef.

Egere, indigere, vide infra in quinto ordine horum verborum.

Tertius Ordo Neutrorum Dativus Post Verbum.

Quædam verba neutra post se dandi casum postulant. Ea fere auxilium, commodum vel incommodum, favorem, studium, significant. Dativo item adhæret verbum sum, cum habere significat & ejus composita. Multa præterea quæ obsequium, obedientiam, submißionem, repugnantiam significant. Multa denique composita ex verbis neutris & præpositionibus Ad, con, in, inter, ob, præ, sub.

IN turcismo, hoc loco; se variæ phrases exhibebunt, quarum aliquas hic, & cæteras in Calep. meo Latino Turc. Arabico persico adducam.

Auxiliandi.

SUbvenire, succurrere variis phrasibus ex arabicis masdaris desumptis enunciantur, v.g. كَلْمَكْ *venire* cum nomine auxilii ad dativum collocato, ut: إمْدَادَه كَلْمَكْ quem casum etiam locus cui succurritur sibi vendicat, ut: جَزَايِرْلِي وَتُونُسْلِي

وتونوسلي وطرهبلوسي برکون اوّل كیمیسند جزیرهسنه امداده تلوب یتشملري ایچون قرمان صادر اولدي *Ob adventum Algierinorum Tunetanorum & Tripolitanorum, una die citiùs veniendi ad Infulæ Candiæ* feu *Cretæ auxilium, id eſt ad ſubveniendum* vel *ſuccurrendum Inſulæ Cretæ, mandatum emanavit.* Gem. Hiſt. Item: امداد ویرمك cum dativo cui ſuccurritur, ut: لهٔ مسقوه امداد ویردي *Polonus Moſcis ſuccurrit,* ſeu *ſuppetias tulit.* Chur. Ef. Item: امداد ایتمك cum dativo item cui ſuccurritur, ut: یکیچري وسپاهي تلوب عسكره امداد ایتدیلر *Jeniſcheri & Sipahi advenerunt & exercitui ſuccurrerunt, ſubvenerunt, ſuppetias, opem tulerunt.* Gem. Hiſt. Nonnunquam & امداد کتورمك dici poſſe videtur, aſt id quod in praxi eſt obſervandum eſt. Item: معاونت ایتمك vel معاونت بو ویرمك eodem modo cum dativo cui ſuccurritur خصوصده بکا معاونت ایله *In hoc particulari mihi ſuccurre,* Chur. Ef. بر برینه معاونت ویردي

Unus

Unus alteri succurrit. idem Item : عنايت ايلمك *auxilium facere* يا رب بزه عنايت ايله O DEUS *nobis auxiliare*, vel *adjuva nos* sed de DEO aut eximiæ conditionis persona, Item: نصرت ايتمك *opem ferre, auxilium præstare* بزه نصرت ايله *nobis auxilium præsta*, sed rarioris usus, quia نصرت pro Victoria plerumque sumitur. Item: مناصرت ايتمك *sibi invicem succurrere* بر برينه مناصرت ايدر *Unus alteri succurrit, &c.*

COMMODANDI.

Consulere, providere, prospicere نظر ايتمك *attentionem facere* dativo gaudet فقرانك حالنه نظر ايتمك *Pauperum statui consulere.*

INCOMMODANDI.

Incommodare seu incommodi esse طيانمامق *non durare, non subsistere.* Dativum possidet. سنڭ جفالركه كوكلم طيانمز *Ad tuas afflictiones cor meum non subsistit.* Chur. Ef. id est: *Afflictiones tuæ me incommodant* vel *sunt mihi incommodi.*

Dolere آغرمق affixum cum nominativo rei dolentis petit. باشم آغرر *Caput meum dolet* id est: *Caput mihi dolet. Dolere* hoc loco impersonaliter sumi videtur.

FAVENDI.

Favere مساعده ايتمك juxta originem arabicam, si dicere liceret *juvationem facere* juxta sensum autem *beatum & felicem reddere.* cum affixo faventis in nominativo ut: آكر بختم مساعده ايدرسه عدودن انتقام آلورم *si mea fortuna juvationem faciet*, vel, *si fortuna me beatum & felicem reddiderit.* vel *si fortuna mihi faverit, de hoste meo vindictam sumam.* Chur. Ef. item idem. سعادت خانه كزه چوق كلدكم سلطانم ايله كورشمكه طالعمز مساعده طالعمز مساعده وفا ايتمدي vel ايتمدي *Ad felicitatis Vestræ domum sæpius veni, ut cum Sultano meo nos invicem videremus, fortuna mea non favit, aut fortuna mea satisfactionem non dedit.* Chur. Ef. Idem عمرم مساعده ايدرسه بو ييلز استانبوله كيتمك مرادمدر *si me vita beatum felicemque reddiderit, hoc anno Constantinopolm ire, est mea voluntas.* Item idem اكر يولداشلرم مساعده ايدرلرسه عدودن انتقام آلورم *si socii mei faverint, de hoste vindictam*

dictam sumam. Et præscindendo à re seu persona favente dici poterit مساعد اولمق participium passivum secundæ structuræ, Italis *essere favorito*, Latinis: *favore fultum esse* ast significandi vi magis est *habere favorem* مساعد اولورسه عدودن انتقام آلورم *si favorem habuero, de hoste vindictam sumam.* Germanis wann mir das Glück wird wollen/ ꝛc. یاری قلمق *auxilium facere* etiam hujus loci esse potest, v. g. بو کیشینڭ دولتی یاری قلوب *Cum hujus personæ felicitas auxilium faceret.* Nobis Latinis: *cum fortuna personæ huic faveret.* de mir. mund. Phrasis autem illa Latinorum, qua de persona favente quid enuntiatur. v. g. *Rex mihi favet.* Turcarum loquendi modus esse solet: آرقه اولمق ad verbum est: *esse dorsum* vel مسند اولمق *esse locum quo quis se fulcit.* Item: مستند اولمق idem v. g. بنم آرقم سن سن *Tu es dorsum meum*, id est: *tu mihi faves.* وزیر سنڭ مسندڭ در *Vizirius est locus cui inniteris*, id est: *Vizirius tibi favet* پادشاه آنڭ مستندی در *Rex est locus ille cui ille innititur* id est: *Rex illi favet*: & صاحب چیقمق *Patronum exire* id est: *Patronum evadere* Dativum absoluti pronomi-

nominis expetit. ut: وَزِيرْ آنَا صَاحِبْ چِيقَرْ *Vizirius illi Patronus evadit*, id est: *Vizirius illi favet.* dicunt & ſtudere, in quantum cum favere ſignificandi vi convenit, ejusdem rationis erit آسَانْ اِيتْمَكْ *facilem facere* ſeu *reddere* اَكَرْ آللَّهْ تَعَالَى آسَانْ اِيدَرْسَه اِسْتَانْبُولَه كِيدَرُزْ *Si DEUS facilitaverit Conſtantinopolim ibimus* Chur. Ef. Cum autem *favere* v.g. *alicui ſuam fortunam favere* ſignificat, Germanus vergunnen & Italis *augurare*, hîc dicta phraſis, locum non habet, vide infra tertium ordinem Imperſonalium ad ſignificatum *placet* & ibidem Gentis phraſis reperietur.

Studendi.

Studere cum laborem aut diligentiam ſignificat, aut alias Latinorum phraſes in ſe continet, apud Turcas, ſequentibus phraſibus enunciabitur, v. g. اِقْدَامْ اِيتْمَكْ vi originis arabicæ *animi addictionem facere*, dativum petit. اُوقُومَغَه يَازْمَغَه اِقْدَامْ اِيتْ *Lectioni & ſcriptioni, animi addictionem fac*, id eſt: *Stude lectioni & ſcriptioni.* Chur. Ef. Item: شُغْلْ اِيتْمَكْ juxta arabiſmum *occupationem facere* vel مَشْغُولْ اُولْمَقْ *occupatum eſſe* vel مُتَعَهِّدْ اُولْمَقْ *alligatum eſſe* hæc ſignificata omnia cum dativo conſtrui volunt, ut: دَرْسَه شُغْلْ اِيتْمَكْ

دَرْسَه مُقَيَّدْ vel دَرْسَه مَشْغُولْ اُولْمَقْ vel اِيتْمَكْ

يِراَمَزْ وَاَهْلِ *ſtudere lectioni,* dicunt item فَسَادْ اُولْمَقْ

اُولاَنْ كِيمَسْنَه دَايِمَا حِيلَه وَفِتْنَه يَه مُقَيَّدْدُرْ

Qui malus & improbus eſt, fraude & diſſidio ſemper ſtudet. Chur.
Ef. فُلاَنْ كِيمَسْنَه حِيلَه يَه چَالِشْمَقْ *fraudi ſtudere.*

دَرْسِنَه اَيُو شُغْلْ اِيدَرْ *Talis quidam ſuæ lectioni bene ſtudet.*

Chur. Ef. item: دُوشُونْمَكْ *meditari*, dativum petit

دَرْسِمَه پَكْ دُوشُونْمِشْدُمْ *Lectionem meam valdè meditatus fueram.* id eſt: *Lectioni meæ valdè ſtudui.* Item: چَالِشْمَقْ:

laborare & دُورُشْمَكْ *conari, niti* Item: جَدْ وُ جَهْد

اِيتْمَكْ juxta arabicam originem *ſedulitatem & diligentiam facere.* سَعْي اِيتْمَكْ تَقَيُّدْ اِيتْمَكْ *adſtrictionem facere*

intentionem & ſtudium facere. hæc omnia dativo junguntur, v. g.

بَنْ عِلْمُو vel بَنْ عِلْمُو مَعْرِفَتَه چُوقْ چَالِشْدُمْ

بَنْ عِلْمُو مَعْرِفَتَه vel مَعْرِفَتَه چُوقْ دُورُشْدُمْ

بَنْ عِلْمُو مَعْرِفَتَه vel چُوقْ جَدْ وُ جَهْد اِيتْدُمْ

چُوقْ

تَنْ عِلمُو مَعْرِفَتَه چُوقْ تَعَبُّدْ ايتْدُمْ vel چُوقْ سَعي ايتْدُمْ *scientiæ & arti multum studui.*

Composita ex verbo sum.

Abesse & adesse negativæ formæ illud, hoc affirmativæ, & Latinæ phrasi, juxta has Alvari regulas, modi loquendi Turcarum sequentes correspondent; quodve de forma affirmativa dicetur, idem & de negativa dicendum erit; sæpe id per حَاضِرْ اُولْمَقْ *præsentem esse* cum dativo effertur, ut: فُلاَنْ كِيمَسْنَه نُكْ دَرْسِنَه چُوقْ حَاضِرْ اُولْدُمْ *Talis cujusdam lectioni sæpe adfui* vel *interfui* & hujus negatio فُلاَنْ كِيمَسْنَه نُكْ دَرْسِنَه چُوقْ حَاضِرْ اُولْمَادُمْ *A talis cujusdam lectione sæpe abfui.* vel *talis cujusdam lectioni non interfui.* Chur. Ef. Nonnunquam per مَوْجُودْ بُولُنْمَقْ *inveniri* id est: *præsentem inveniri,* vult nomen cum postpositione ده veluti: فُلاَنْ كِيمَسْنَه نُكْ دَرْسِنْدَه مَوْجُودْ بُولُنْدُمْ *Talis cujusdam lectioni adfui*: & in forma negativa فُلاَنْ كِيمَسْنَه نُكْ دَرْسِنْدَه مَوْجُودْ بُولُنْمَادُمْ *Talis cujusdam lectioni non interfui.* Aliquando est بِيلَه اُولْمَقْ *simul esse* seu *adesse cum aliis* cum postpositione ده ad nomen in utroque significato v.g.

شُول

شول كه سفره واروب معركه اولدي ايسه معركه ده

بيله اولوب صكره تفتيش اولنجق يوقلمه ده

بولنمغه مراجعت اولنه *Talis quidam qui ad bellicam expeditionem it & campus pugnæ* ſeu *acies fuiſſet, ſi in acie ſimul fuit* (ſi aciei adfuiſſet vel ſi aciei interfuiſſet) *cum poſtmodum examen* (luſtratio) *fit* ut *inveniatur in luſtratione, iteratio fiet.* Can. Ottom. apparet quod & اولنمق بيله & بولنمق cum poſtpoſitione ده conſtruantur. Dubium autem oriri poteſt, utrum hæc mea aſſertio de compoſitis ex verbo ſum conformis ſit Alvari regulæ. quia exemplum illud in Alvaro nempe: *Abeſt enim Hiſtoria literis noſtris.* Turcicè per Dativum nequit interpretari, qualiter ergo quid, quod Alvari regulæ correſpondet aſſequemur; Reſpondeo: *Abeſſe*, in hoc latino exemplo, ſignificare, *non reperiri* dicíque poteſt latinè. *De litteris noſtris hiſtoria non reperitur.* & tunc بولنمق *reperiri* paſſivum turcicum locum habebit, ſcilicet: علوممزدن ايسه حكايتي بولنمز ſic per conſequens *adeſſe* pro *reperiri. Adeſt enim hiſtoria litteris noſtris*, dicetur علوممزدن حكايتي بولنور *De litteris noſtris hiſtoria reperitur.*

OBSE-

Obsequendi.

INservire قُولْلُقْ اِيتْمَكْ vel خِدْمَتْ اِيتْمَكْ aut خِدْمَتْ اِيتْمَكْ dativis gaudent بَنْ آكَا بِرْ قَاچْ ييل قُولْلُقْ اِيتْدُمْ *Illi aliquot annis inservivi.* فُلاَنْ كِيمْسَنَهْ آغَاسِنَهْ بَشْ يِيلْ خِدْمَتْ اِيتْدي vel خِدْمَتْ اِيتْدي *Talis quidam Domino suo quinque annis servivit.*

Indulgere, vox hæc latina, examinata, ejus significandi vis, vel remittendi, vel concedendi, vel simulandi significata in se continet, & juxta hanc divisionem in turcismo procedendum est, si stat pro *remittere,* res remissa, personæ affixum & postpositionem دَنْ assumet, & dici poterit per كَچْمَكْ *transire* فُلاَنُكْ صُوچِنْدَنْ كَچْمَكْ *indulgere alicujus culpæ*, opinio mea firmatur exemplo Alvari hoc loco. *Sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* Et pro *concedere*, v. g. *trium dierum moram indulgere*, id est: *concedere, dare moram trium dierum.* Turcæ id per مَهَلْ وِيرْمَكْ vel مُهْلَتْ وِيرْمَكْ *morum dare* cũ dativo personæ construunt, v.g. بَكَا اُوچْ كُونَهْ دَكِينْ مَهَلْ وِيرْ سَكَا آقْچَه كي وِيرَه يِمْ vel بَكَا اُوچْ كُونَه دَكْ مُهْلَتْ وِيرْ سَكَا آقْچَه كي وِيرَه يِمْ *Trium dierum moram* seu *quietem indulge* seu *concede, tibi pecuniam tuam, dabo.* Chur.

Ef.

Ef. dici etiam potest اوچ كونه تكيمن صبر ايله *Trium dierum patientiam fac* vel اوچ كونه دك تأخير ايله *Trium dierum moram fac.* Chur. Ef. Quod si pro *connivere* aut *simulare* sumatur, apud Turcas simulationis terminus اغماض ايتمك *conniventiam facere*, locum habebit, بن انك چوق عيبين كوردم لكن اغماض ايتدم *Plura ejus vitia vidi, verum indulsi* id est: *conniventiam feci* vel *simulavi.* Chur. Ef. Videtur apud Latinos hoc verbum ipsum *indulgere* aliqualiter adhuc latiùs patere, qua de causa latinæ phrasis vis observanda est, ut pro turcismo, convenientiæ vis seu proportio capi possit, dicunt v. g. Latini *indulgere crapulæ* Turcis erit مست مدام اولمق *perpetuum ebrium esse* vel مدمن الخمر اولمق *frequentatorem vini esse* زنهار مدمن باده اولمه *Absit, cave ne sis frequentator vini*, id est: *Cave, vino, ne indulgeas.* Item, *Indulgere ventri.* Turcæ dicent تنيني بسلمك *nutrire corpus suum.* vel تن پرور اولمق *esse corporis Nutritorem.* v. g. كندو صغير كبي تنيني بسلمن وتن پرور اولان آدم دكل اشك در *Corpus suum nutriens, & esse corporis nutritorem sicut bos, non est homo, sed Asinus, &c.*

Obediendi.

Obedire, obtemperare, auscultare, obsequi اسلمك *exequi* accusativum petit سن هرنه ديرسن بن سنڭ سوزكي اسلرم *Quidquid dices, ego verba tua exequar*, id est: *verbis tuis obediam, &c.* Item: اطاعت ايتمك *obsequium præstare* مطيع اولمق *obedientem esse* انقياد ايتمك *alligationem facere* امتثال ايتمك *imitationem seu sectationem* (dictorum scilicet) *facere.* Hæc omnia dativo gaudent. پادشاهڭ امرينه بز اطاعت ايدرز *Mandato Regis obsequium præstamus.* پادشاهڭ امرينه مطيعز *Imperio Regis obedientes sumus.* پادشاهڭ فرماننه انقياد ايدرز *Regis mandato alligationem facimus*, id est: *nos alligamus Mandato Regis*, id est: *Mandato Regis obedimus* پادشاهڭ امرينه امتثال ايدرز *Mandati Regis imitationem* seu *sectationem facimus*. id est: *mandato Regis obtemperamus.*

Submittendi.

Servire: hoc loco iisdem cum reflexionibus ut paulo ante in *indulgere* procedendum est. Latini enim hoc ipso verbo ad diversas phrases formandas utuntur: quâ de causâ, diversis Lati-

Latinorum phrasibus, diversi modi loquendi Turcarum opponendi sunt, dicent v. g. Latini, *servire voluptatibus commessationibus & potationibus.* Turcæ dicent: عيش و عشرتده اولمق *esse in vita & conviviis* vel عيش و عشرتده مشغول اولمق *Addictum esse vita & conviviis* dicunt item Latini, *servire suis voluptatibus* Turcæ inquiunt. كندو هواسنده اولمق *esse in sua voluptate* vel هواهوسنده اولمق *esse in libidine & voluptate* هواهوسه تابع اولمق *sequi libidinem & voluptatem* غضبه تابع اولمق *adhærere iracundiæ*, id est: *servire iracundiæ.*

Cedere apud Latinos diversis phrasibus inservit, quæ etiam apud Turcas diversis modis enuntiandæ sunt, qua de causa, phrases aliquot Latinorum per turcismum resolvendæ sunt, ut è disparitate, loquendi modus, se se manifestet. Sit ergo juxta hujus regulæ sensum cum dativo, v. g. *cedere alicui in aliqua re.* Pro hac phrase Latina cum dativo, utuntur Turcæ masdaro arabico primæ structuræ radicis سلّم *submisit se*, & quia prima structura hoc ipso significato gaudet, ejus masdarum, تسليم erit *submittere se*, quæ dativum rei cui ceditur, aut propter rem ob quam unus alteri cedit, ante se petit; ipsum autem masdarum, cum affixis jungitur auxiliari verbo turcico اولمق dicta exemplo clariùs explico فلان كمسنه يه تسليمم يوقدر

Tali cuidam submissio mea non est. id est: *tali cuidam non cedo.* sic phrasis latina: *pietate nulli cessit.* كيمسنه نك تقواسنه

كيمسنه نك تسليمي يوغدي *Nullius pietati se submisit*, كيمسنه نك علمنه تسليمي يوق *Doctrina nulli cedit.* كيمسنه نك فضلنه تسليمك يوق *Virtute nulli cedis.* In aliis autem phrasibus cum hac regula non concurrentibus, alii modi loquendi reperiuntur v. g. *cedere loco* Turcæ dicunt ييري

ويرمك *locum dare* ويردي ويري قلقدي *surrexit &* *loco cessit*, *&c.* *Via* vel *è via cessit* قلقدي و يولدن چقدي *surrexit & è via exivit.* Item *cedere vitâ & è vita* جان ويرمك *animam dare.* Item: جان تسليم ايتمك *animam tradere*: *cedere bonis* ملكندن چقمق *è bonis suis exire.* *Juri suo cedere.* حقندن واز كچمك veluti: سنك يانكده اولان حقمدن واز كچدم *Juri meo quod in te habui cessi.* Item *cedere legibus* قرمانلره مطيع اولمق *legibus obtemperare* Item *cedere foro*, juris terminus, cum argentarii mensis suis cedunt, mercatoribus, aut ut ita dicam Cambistis, qui solvendo non sunt, applicari solet, est مفلس اولمق

ino-

inopem evadere, v. g. بو بازرکان مفلس اولدي *Hic mercator inops evasit.* Germanis diser Kauffmann hat fallirt, Italis *Questo mercante è fallito.* Chur. Ef. Illi qui صنغون vel صنغن ad hoc significatum trahere volunt, errant, quia terminus militaris est, & significat *devictus, debellatus.* ut: بو عسکر صنغن اولدي vel صنغون اولدي *Hic exercitus devictus est.* Chur. Ef.

Possessione sua cedere تصرفندن چقمق *exire è possessione.*

Cedere alicui v. g. *munus* seu *officium suum*, قراغت ايتمك cum dativo personæ & accusativo muneris, veluti: منصبمي فلانه قراغت ايتدم *Tali cuidam officium meum cessi.* Chur. Ef.

REPUGNANDI.

OBstare مانع اولمق *arcentem, impedientem, prohibentem esse.* dativo gaudet. فلان كيمسنه مصاحبتمزه مانع اولدي *Talis quidam conversationem nostram fuit impediens*, id est: *conversationi nostræ obstitit*, Chur. Ef. Item: معارضه ايتمك *obsistentiam facere* si dicere liceret: id est: *obstare* dativum

vum flagitat. بَنْ سُوزْ سُويْلَرْ اِكَنْ فُلاَنْ كِمْسَنَه بَنُمْ سُوزُمَه مُعَارَضَه اِيتْدِي *Cum ego loquerer, talis quidam meis verbis obstitit.* Chur. Ef. Item: مُقَاوَمَتْ اِيتْمَكْ *contrastationem facere* si dicere liceret, id est: *obstare* aut *resistere* aut *opponere se*, dativum ambit. كُفَّارْ خَاكْسَارْ عَسَاكِرْ اِسْلاَمَه مُقَاوَمَتْ اِيدَه مَزْ *Infideles abjecti exercitibus Islamismi resistere non possunt.* Chur. Ef.

Repugnare مُخَالَفَتْ اِيتْمَكْ *adversationem* seu *repugnantiam facere* dativum poscit, ut: حَقْ سُوزَه مُخَالَفَتْ اِيتْمَكْ عَاقِلْ اِيشِي دَكُلْدُرْ *Verbo vero repugnare, Sapientis actio non est.* Chur. Ef. Idem. حَقَّه مُخَالَفَتْ اِيدَنْ جَاهِلْدُرْ *Vero repugnans ignavus est.* Item & مُخْتَلِفْ اُولْمَقْ *repugnantem* seu *discordem esse.* dativi casui jungitur بِرْ عَسْكَرْ مُخْتَلِفْ اُولْسَه لَرْ عَدُويَه ظَفَرْ بُولَه مَزْلَرْ *si Exercitus quidam repugnans* aut *discors sit, contra hostem victoriam non inveniet.* id est: *hostem non devincet.* Chur. Ef. & اِخْتِلاَفْدَه اُولْمَقْ *esse in repugnantia* بِرْ عَسْكَرْ اِخْتِلاَفْدَه اُولْسَه لَرْ عَدُويَه ظَفَرْ

ظفر بولامزلر *si exercitus est in repugnantia* seu *discordia contra hostem victoriam non inveniet* Item: مخالفت اوزره

مخالفت اولمق *esse supra* vel *in repugnantia* aut *discordia*

مخالفت اوزره اولانلرك حقلرندن گلمك كركدر *Illi qui in repugnantia sunt, puniendi sunt.* Chur. Ef. بونلر مخالفت

اوزرەدرلر *Isti repugnant.*

Composita ex præpositionibus, & cætera composita verba, quæ in Alvaro sub appendicibus primi generis habentur, Latinitatem respiciunt, quorum vis, in Calepino meo latino-turcarabico-persico reperietur.

Ex appendicibus primi generis *sum modo dativum unum habet, &c.* phrasis alia apud Turcas reperitur, v. g. *bono animo esse* خاطري خوش اولمق *Animum suum bonum esse*: خاطرك خوش اولا *bonus sit animus tuus*, id est: *bono animo sit.* & *modo duos* scilicet dativos; id apud Turcas in usu esse non videtur: dicerent v. g. Latini: *Famulus meus mihi molestia est.* apud Turcas erit خذمتكارم بكا اذى ايدر vel خذمتكارم خذمتكارم بكا اذيت ايدر vel بكا جفا ايدر *Famulus meus me molestat. Incumbo cum ad studium refertur, Accusativum cum præpositione In vel Ad postulat.* Ad hanc Alvari regulam, juxta exigentiam nostram, reducenda est regula sequens,

فلان طالب درسنه پك معتدمدر *Talis studiosus ad suam lectionem valdè animum addens est*, id est: *in lectionem suam incumbit* vel *lectioni suæ vacat.* فلان طالب درسنه پك متقيددر *Talis studiosus lectioni suæ adstrictus est.* Item idem. بو ضررك دفعنه ساعي اول *Ad hujus damni repulsionem diligens esto*; id est: *in hujus damni repulsionem incumbe.*

Consulere alicui &c. vide paulo ante verba commodandi. & consulere aliquem, est: دانشمق ex substantivo persico دانش *scientia, cognitio, notitia* hinc دانشمق *scientiam, cognitionem petere* quod respectu latinitatis est *consilium petere*, vel cum accusativo aut postpositione دن cum اوتوري ad rem ob quam consilium petitur, & cum dativo personæ, vel cum postpositione ايله ad personam à qua consilium petitur, construitur, ut: بن فلانك مصلحتني مفتي يه دانشدم vel بن فلانك مصلحتندن اوتورو مفتي ايله دانشدم *supremum legisperitum de negotio talis cujusdam consului.* Ch. Ef. هر ايشي عاقله دانشمق كرك *In omni negotio sapientem consulere oportet.* Chur, Ef. Item idem: عاقللر ايله دانشمهان

دانشمندان و مشورت ايتمين صكنده پشيمان
اولاجغي مقرردر *Qui prudentes non consulit, nec consilium facit, in fine ejus pœnitentiæ futuritio certa est.* Item: استشاره ايتمك *petitionem consilii facere*, Accusativum rei & dativum personæ postulat, ut: فلان كيمسه يه بن بو مصلحتي استشاره ايتدم *De hoc negotio talem quendam consului*, Item: مشاوره ايتمك vel مشورت ايتمك potiùs *consulere & consilium facere*, quàm *consulere aliquem* significant, ut: بو مصلحت ايچون مشورت ايتديلر vel مشاوره ايتديلر *Ob hoc negotium consilium habuerunt.* Chur. Ef. item idem: بعضي امور معظمه خصوصندن اوتوري وزرا عظام و وكلاي دولت عقدي مجلس ايدوب مشاوره ايدرلر *Ob quorundam magnorum negotiorum particularitatem* (causam) *Vizirii magni & Ministri imperii, consessum stabiliunt & consilium habent.*

Appendices II. generis.

Antecedo, anteeo, antesto, anteverto, attendo, præsto, præcurro, praeo, illudo, dandi vel accusandi casum admittunt.

Modi

Modi loquendi Turcarum per hæc verba, sunt sequentes: *Antecedere*, *ante ire*, in sensu prout sonant: ایلرو کچمك vel ایلرو کتمك sic absque comparationis ratione dicetur: فلان کیمسنه ایلرو کچدي vel فلان کیمسنه ایلرو کتدي *Talis quidem antecessit*, *præcessit*, *præivit* comparativè autem, aut cum combinatione aut relatione ad alium ratione temporis in prioritate, dicetur اوکنه کتمك cum affixo & motu ad, ob alium, ad quem habetur relatio ut: عمرو زیدڭ اوکنه کتدي *Amrus præcessit Zeidum.* Ast juxta sensum ab Alvaro suppositum *Antecedo*, *anteeo*, *antèsto*, *anteverto attendo* (si ad hæc significata trahibile est) *præcurro*, *praeo*, in adjectiva ad comparativa reducibilia resolventur, ut ad turcismum reduci possint. ut: *Amrus Zeidum* vel *Zeido scientiâ antecedit antestat &c. præstat, &c.* dicetur: علمده عمرو زیددن افضلدر sed & præcedens phrasis verbi *cedere*, debita cum dexteritate huc trahi potest. v. g. *Ego ei Scientia non cedo*, id est: *Scientiâ eum antecedo.* De his & cæteris verbis Alvari hoc in ordine expressis, in Calepino meo latino turc-arabico-persico mentio fiet.

QUARTUS ORDO NEUTRORUM ACCUSATIVUS POST VERBUM.

Quædam verba neutra post se Accusativum postulant. Ea fere ad res mutas pertinent, ut aro terram, vel sunt ea verba, quibus res verbi additur. ut vivo vitam, aut mensuram, ut curro stadium. Alia præterea verba huc revocantur.

QUaliter similia verba in turcismo se habeant sequentibus exemplis declaratur.

Arare چفت سورمك *jugum trahere* & dicunt quidam يري چفت ايله سورمك *terram aratro trahere.* magis tamen per solum سورمك cum se, convenit, ut: تارلا سورمك ad verbum est *agrum trahere*, quod nobis est *agrum arare*, cum چفت autem hoc in sensu convenit: v.g. فلان بغدايي اكمك ايچون چفت سورر *Talis quidam ut triticum serat jugum trahit*, id est: *arat*. Chur. Ef.

Plantare ديكمك vel غرس ايتمك ut آغاجي يره غرس ايتمك vel يره ديكمك آغاجي *Arborem ad terram plantare.* فداني يره ديكمك *surculum ad ter-*

terram plantare. آغاجْ غرسْ ايتْمَكْ *Arborem plantare.* Chur. Ef. Item *plantare* de furculo aut palmite vineæ بَاتُورْمَقْ *facere ut fe quid immergat.* فِدَانِي يِرَه بَاتُورْمَقْ كَرَكْ *furculum* feu *virgam ad terram immergere facere oportet* آصْمَه بَاغْ دِيكْمَكْ *plantare vitem* چِبُوغِينْ غَرسْ ايتْمَكْ *hortum plantare.* & Metaphoricè بَمْرَاقْ دِيكْمَكْ vel سَنْجَاقْ نَصبْ vel عَلَمْ دِيكْمَكْ vel سَنْجَاقْ دِيكْمَكْ ايتْمَكْ hæc omnia fignificant, *plantare vexillum.*

Inferere آشْلَامَقْ veluti: بُو آغَاجْدَه آرْمُودِي آشْلَادُمْ *In hanc arborem pyrum infevi.* Chur. Ef.

Rigare صُولَامَقْ ut: بُسْتَانِي صُولَامَقْ كَرَكْ *Hortum rigare oportet.*

Potare id eft *facere bibere* hoc fignificatum exprimitur cum reflexione ad rem quæ potatur, fi de homine eft: ايچُورْمَكْ *facere bibere* Dativum perfonæ & accufativum apertum vel occultum rei expetit, ut: فُلَانَه زَهْرِي vel فُلَانَه زَهْرْ ايچُورْدِيلَرْ *Talem quendam veneno potarunt,* vel

Uti, ſub forma paſſiva, idem eſſe videtur cum verbo paſſivo Latinorum *uſurpari*, aut cum phraſibus, *uſitatum eſſe*, *in uſu eſſe*, *venire ad uſum*, paſſiva forma turcica eſt. قُولَّانِلْمَقْ vel قُولْلَنُلْمَقْ vel اِسْتِعْمَالْ اُولُنْمَقْ ut: بُو چُوقَه اِسْتِعْمَالْ اُولُنْمِشْ vel قُولَّانِلْمِشْ *Iſte pannus uſurpatus eſt.* Chur. Ef. Item idem: بَعْضِي تُورْكِي وَ يَاعَرَبِي سُوزْلَرْ وَارْدُرْ لُغَتْ جِهَتِنْدَنْ صَحِيحْدُرْ اَمَّا اِسْتِعْمَالْ اُولُنْمَازْ يَعْنِي تَكَلُّمْدَه قُولَّانِلْمَزْ *Sunt quædam voces turcicæ aut arabicæ* (quæ) *reſpectu Lexici firmæ ſunt, ſed non ſunt in uſu, nempe in diſcurſu non utuntur.*

Niti & fulcire & propriè & metaphoricè perſæpe convenire videntur, tàm in latinitate, quàm in turciſmo, qua de cauſa ſub utroque ſignificato, quaſdam phraſes turcicas phraſibus latinis oppo-

oppono, ut fermonis elegantia clarior evadat, vulgariffimum eft آرْقَه ويرْمَكْ *dorfum dare* conftruitur cum dativo, ut: فُلَانْ كَمَسْنَه وَزِيرَه آرْقَه ويرْمِشْ *Talis quidam dorfum Vizirio dedit.* Item: طَيَانْمَقْ vel طَايَانْمَقْ vel دَايَانْمَقْ *fulcire, niti*, accufativum apertum vel occultum poftulat. ut: بُو دِيوَارْ يِيقِلْمَقْ اُوزْرَه دُرْ آنُكْ آلْتِنَه بِرْ قَوِي دِيرَكْ طَيَانْمَقْ كَرَكْ *Hic murus cafui propinquus eft. Ejus inferiorem partem magno quodam fulcro fulcire oportet.* Item: طَيَاقْ اُورْمَقْ vel طَايَاقْ اُورْمَقْ ad verbum *fulcrum percutere*, nobis *fupponere fulcrum*, vel *fulcire.* يِيقِلْمَامَقْ اِيچُونْ آلْتِنَه بِرْ طَايَاقْ اُورْمَقْ *Ne ruat, fulcro firmare, &c.* & cum dativo: خَسْتَه اُولَانْ دَكَنَكَه طَايَانُورْ *Infirmus nititur baculo*, vel *fulcit fe baculo.* عَصَايَه طَايَانُورْ *baculo nititur.* Hoc in ufu proprio eft, aft in fenfu improprio dicitur, v. g. بِرْكِمَسْنَه نُكْ لُطْفِنَه طَايَانْمَقْ *Niti gratia* aut *favore alicujus.* فُلَانْ آدَمْ وَزِيرَه طَيَانُورْ *Talis homo Vizirio nititur.* Item: اِعْتِمَادْ اَيْلَمَكْ propriè eft *confidere*, idque juxta fuam arabicam originem: Turcæ autem impropriè

per

per dativum, dicunt: بَنُمْ سُلْطَانُمْ لُطْفُڭُزَه اِعْتِمَادْ
اِيدَرُمْ *Mi Domine gratiâ vestrâ nitor*, vel *gratiæ vestræ me confi-
do.* Item: اِتِّكَاء اِيتْمَكْ juxta suam originem arabicam pro-
priè *inniti alicui rei*, construitur cum dativo, ut: عَصَايَه اِتِّكَاء
اِيتْمِشْ *innixus fuit baculo*, seu *fulcivit se baculo.* Chur. Ef.
impropriè autem dicitur, v. g. اِمْدَادِ رَبُّ الْعِبَادَه اِعْتِمَادْ
وَ رُوحَانِيَّتْ فَخْرِ عَالَمَه اِتِّكَاء وَ اِسْتِنَادْ اِيدُوبْ
Auxilio servorum DEI nitebatur, spiritualique hominum (mundi)
Gloria se fulciebat, seque confidebat. Item: اِسْتِنَادْ اِيتْمَكْ
fulcire se, & اِسْتِنَادْ اُولْمَقْ *fulcrum esse, habere*, utroque mo-
do cum dativo personæ: فُلَانْ كِمْسَنَه وَزِيرَه اِسْتِنَادْ
اِيتْدِي *Talis quidam innixus est Vizirio.* & فُلَانْ كِمْسَنَه‌نُڭْ
وَزِيرَه اِسْتِنَادِي وَارْدُرْ *Talis cujusdam fulcrum est Vizirius.*
Item: اِلْتِجَاء اِيتْمَكْ arabico usui adhæret, & est *confuge-
re* cum dativo بِزْ سِيزُڭْ لُطْفُڭُزَه اِلْتِجَاء اِيتْدُوكْ
Nos ad gratiam vestram confugimus. seu *nos gratia vestra nixi sumus.*

mus, Item: أولمق مبتني در veluti: مبتني اولمق علة نه *Cui causæ nititur.* Item: أولمق متكي *niti, inniti,* veluti: عصايه متكي أولمق *baculo inniti*, aſt صغنمق hujus loci eſſe non videtur; potiùs enim *confugere* ſignificat, ut: بر كمسه يه صغنمق *ad aliquem confugere.* مظاهرت ايتمك juxta originem ſuam arabicam eſt *coadjuvare* potiùs, quam *niti*, aut *inniti*, ſed in ſenſu turcico ipſis Turcis atteſtantibus eſt آرقه لشمق quaſi *dorſum dorſo fulcire, & ſemet invicem adjuvare.* Sic enim diſcurrunt Turcæ: بري بريني آرقه لشمق *ſe invicem dorſo fulcire.* بري بريني آرقه أولمق *unum eſſe alteri dorſum.* ſed & id ipſum termino طايانمق exprimunt: بري بري خصوصده بر بريني طايانوب ايش اشلمك *ſe invicem fulcire, & opus facere* ſeu *operari,* Germanis, Einer dem andern an die Hand gehen/ ſed & dicunt: رجا بو ايشده سنك مظاهرتك أولنور *In hoc opere aſſiſtentia tua ſperatur.* Chur. Ef.

Niti pro laborare aut ſtudere vid. tert. ord. neut.

Periclitari, terminus eſt æquivocus. nunc eſſe in periculo, nunc experiri, probare, aut ſuo ſenſu tentare ſignificat, & pro

Gggggg his

his ipsis significatis, in turcismo, diversæ phrases modive loquendi reperiuntur, quos, ut modo quodam regulato adducam, sit nobis directionis loco, ex Appendicibus secundi generis Alvari hoc loco: Paragraphus. 2.

Periculor cum ad periculum discriménque refertur, Ablativum etiam postulat. Hujus paragraphi parti convenientes è turcismo phrases, sunt sequentes: خطرده اولمق *esse in periculo*, uti: فورتونه زماننده دكزده كمي ايچنده بولنانلر بيوك خطرده در *Tempestatis tempore qui in mari intra navem reperiuntur, sunt in magno periculo.* id est: *valdè periclitantur.* Chur. Ef. Item: خطره دوشمك *cadere ad periculum*, vel خطره كيرمك *ad periculum ingredi.* vel خطرلو يره كتمك *ad locum periculosum ire.* videtur respondere phrasi Latinæ *periclitari* seu *exponere se periculo.* vel *committere sè periculo*, ut: عقللي اولان كمسنه كندو اختيار ايله خطره دوشمز vel خطره كيرمز vel خطرلو يره كتمز *Is, cui intellectus est, arbitrio suo se periculo non exponit,* vel *sponte sua se periculo non committit.* Chur. Ef: & id ipsum sic etiam enuntiant: مخوف و مخاطره اولان يره وارمز *Non it ad pavendum & periculosum locum* & قورقويه اوغرامق *divertere ad periculum.* id est: *periculo* seu *discrimini se exponere. Periclitari*

tari seu *conjicere se in periculum.* خطره براقمق *ad periculum projicere.* بو يول حرامزاده‌دن آمين دكلدر بو يوله كيدوب كندكي خطره براقمه *Hac via à latronibus non est tuta, eundo per hanc viam te in periculum ne conjicias.* Chur. Ef. صقين اول يوليله كيدوب كندكي تهلكه‌يه براقمه *Cave, per hanc viam eundo te ipsum in periculum* aut *exitium ne conjicias.* كندكي مخاطره‌يه براقمه *Te ipsum in locum exitialem ne conjicias.* هلاك اولان محله كندكي براقمه *Te ad locum perditionis ne conjicias.* habet & id virium كيرمك *ingredi*, si dativo periculi jungatur: مخاطره‌يه كيرمه *In locum periculosum ne ingrediaris.* بو يولده آرسلانلر واردر آدمي يرتار هلاك ايدر صقين تهلكه‌يه كيرمه *Hac in via sunt leones, hominem dilaniant, & interimunt. Cave, exitii locum ne ingrediaris.* Chur. Ef. *Facere periclitari est.* كتورمك *ferre* aut اوغراتمق *facere divertere*, si dativo periculi jungantur. v. g. بزي فلان آدم بو خطره كتوردي *Talis quidam nos periclitari fecit.* seu *in periculum conjecit.*

jecit, &c. بزي فلان آدم بو خطره اوغراتدي *Nos talis quidam homo ad hoc periculum divertere fecit.* id est: *Nos in hoc periculum conjecit.* Item: بزي فلان آدم بو ورطهيه اوغراتدي *Nos talis quidam homo ad hoc infortunium divertere fecit.* id est: *conjecit, &c.* Dicunt etiam باش ويرمك *caput dare* & باش personarum affixa assumit, ut: قرنداشلرم انتقامدرين آلام يا خود بو يولده باشم ويروب آنلر كبي بي نام و نشان اولام *De fratribus meis vindictam sumam vel hac in via caput dabo* (periclitabor vel me in capitis periculum conjiciam) *& sicut illi, sine nomine & signo ero* de mir. mund.

Et subsistendo in phrasi Latinorum circa hoc significatum. v. g. *periclitari famâ, capite, &c.* per turcicum دوشمك in usu impersonali, addito nomini rei, cujus causa quis periclitatur, affixum personæ & collocato periculi nomine ad dativum cum affixo personæ vel etiam sine. res exemplo clariùs quàm dicto declaratur, v. g. *capite* vel *vitâ periclitari* dicent Turcæ باشي قورقوسنه دوشمك *cadere in periculum capitis* seu *vitæ suæ.* عرضي نقصاننه دوشمك *cadere ad* vel *in periculũ famæ suæ.* كلبكي قويكتسون شايد كه بونك غوغوندن باشمز غوغايه دوشه *Canem tuum dimitte; abeat, forte per ejus*

ejus latratum caput nostrum in rixam cadet. id est: *capite periclitabimur.* de mir. mund. Hoc ipsum *periclitari* exprimunt & per كچمك *transire* in usu impersonali, cui præponitur vox باش *caput* cum affixo & postpositione دن *per* ut: باشندن نهلر كچدي *Quænam per caput ejus transiverunt.* id est: *Quæ quantave est periclitatus*, seu, ut latini dicunt: *quibus periculis fuit expositus.* باشمدن چوق بلا كچدي *Per caput meum multa ærumnæ seu calamitates transiverunt.* id est: *multa sum periclitatus*, nempe: *multis periculis fui expositus.* Quòd si *periclitari* idem sit, ac *alicui periculum imminere*, erit in turcismo طلمك in usu impersonali, cui præponetur terminus باش *caput* cum personæ affixo & casu dativi, ut: باشمه نه بلا طلور *Ad caput meum quæ ærumna* seu *calamitas venit?* id est: *quâ ærumnâ periclitor? quâ ærumnâ premor?* nempe: *capiti meo quæ calamitas imminet?*

بن بو قسمتي قوردك باشنه طلان بلادن اوكرندم

Ego hanc divisionem ab ærumna, quâ periclitatus est lupus, didici. id est: *A periculo, quod fuit imminens capiti lupi, hanc divisionem didici.* de mir. mund. Dubium autem non est, quin hîc dicta verba طلمك كچمك دوشمك ad tertium ordinem impersonalium ut verba eventum significantia sub hoc ipso sensu referri possint, veluti: دوشر نقصانته عرضي *cadit* seu *incidit in defectũ famæ suæ.* seu *honoris sui* باشندن نهلر كچدي

Ejus

Ejus capiti quæ acciderunt, contigerunt, obvenerunt, evenerunt, &c. باشمه نه بلا طوش. *Capiti meo quæ ærumna accidit? &c.*.

Pars altera præcitati paragraphi ex Alvaro, quæ eſt: *Cum experiri ſignificat, Accuſativum petit. Periclitari* ergo, juxta vim latinæ phraſis, ad *experiri, probare*, aut *tentare*, vel cum vel ſine ſubintelligentia periculi ſe extendit, & ipſius Alvari exemplo edocemur, quod eſt: *Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt*, & hoc ipſum verbum in Calepino ſic explicatur *Periclitor, periculum facio, experior, tento, periculo experior*, quæ explicatio docet, *periclitari* cum ſubintelligentia periculi pro *experiri* aut *tentare* ſumi poſſe. cui ſignificandi vi in Alvari exemplo adductæ, in turcismo correſpondens phraſis eſſe poteſt illud turcicum روزكار كورمش آدم *Homo, qui fortunam* ſeu *mundum periclitatus eſt*: aut magis perſismo adhærendo روزكار ديده اولمق *eſſe talem, qui vidit mundum* ſeu *fortunam*. vel كار آزموده اولمق *Eſſe talem, qui opus expertus eſt*. Quibus cum phraſibus Turcæ ſic diſcurrunt: بر وزير داناسي وار ايدي خيليجه روزكار ديده وكار آزموده ايدي *Vizirium quendam prudentem habuit, utcunque mundum*, ſeu *fortunam vidit, & opus expertus fuit*. Latini dicerent: *Conſiliarium prudentem habuit, qui fortunam mundi periclitatus, ejusve opus expertus fuerat*. De cætero certum eſt, quòd verbum latinum *periclitari*, ſe non abſolutè quidem, ſed ſolummodo in tantum, in quantum uſu receptum eſt, extendat, & tunc Turcæ potiùs propriis verbis experiendi, probandi, aut tentandi utentur, v. g. dicere poſſunt Latini; *periclitetis*

ris hanc medicinam, Turcæ verbis دكمك vel صنامق vel تجربه ايتمك quæ *probare* significant, utentur. veluti: بو داروي دكه vel بو داروي صنايه vel بو داروي تجربه ايله dicere possunt. Latini v. g. *pericliteris, utrum domi sit*, Turcæ per verbum يوقلامق *probare, lustrare* dicent: يوقلا اوده ميدر &c. *pericliteris,* id est: *proba an domi sit.*

DE CONSTRUCTIONE VERBI IMPERSONALIS.

Verbum impersonale est, quod prima & secunda persona utriusq; numeri, & tertia multitudinis ferè privatur: unde & nomen traxit, ut pudet, pœnitet.

HAnc impersonalium descriptionem & turcismo convenire rationi conforme est, utrùm autem omne impersonale verbum Latinum, apud Turcas etiam sit impersonale, alia est quæstio. id autem non esse, è cujusvis ordinis examine manifestè patebit.

Primus Ordo Impersonalium.

Quædam verba impersonalia absolutè ponuntur. ita & apud Turcas: sic يلابمق & يالابمق *fulgere*, آتش يالابور *Ignis fulget.* شمشك يلابور *fulget.* قيليچ يلابور *framea fulget.*

vel

vel برق يلابور fulgur fulget. &c. Item : شعله ويرمك *flammam dare* انجو و لعل و ياقوت شعله ويرر *Unio & rubinus, & sapphirus dant flammam, fulgent, corufcant.* Chur. Ef. idem eft & *fulgurat*, fed hoc imperfonale valde prope eft verbo perfonali.

Tonare, كورلمك fic كوكي كورلدي *cœlum tonuit.* dicunt & كورلدمك fed terminus non adeo ufitatus.

Ningere قار ياغمق id eft : *nivem pluere.* قيشن كونلرنده قار ياغار بعضي ولايتنده هيچ ياغماز *In diebus hyemis nix pluit, quibusdam in regionibus non pluit:* fcilicet: *nix non pluit.* Fulgurat. شعله ويرمك vide *fulgere, &c.*

Grandinare. طلو ياغمق *grandinem pluere.* طلو ياغوب محصولي هلاك ايتدي *grandine pluit.* (grandinavit) *proventum deperdidit.*

Pluere. ياغمق fed vix fic nudè fumitur, aft ياغمور *pluvia* additur, dicitúrque ياغمور ياغمق *pluviam* feu *pluviâ pluere.* ياغمور ياغماغيله صوقاقلر پاكلندي *pluviam pluendo* (pluendo) *plateæ purificatæ funt.* Chur. Ef. Item: ex

ex arabismo تنطر ايتمك : aſt uſus hujus ſignificati evanuit teſte Churem Efendio : neque in uſu eſt تنطمر ايتمك : aſt de آزاجق ياغمور چزمك inquit hîc ipſe Churem Efendius ياغمور ياغار ايكن يغمور چزر ديرلر *Cum paucâ pluviâ pluit, pluvia delineat* aut *obliterat dicunt.* Per hic adducta exempla ea, quæ in hoc ordine in appendicibus Alvari continentur, elucidantur.

Secundus Ordo Imperſonalium.

Quædam verba imperſonalia ante ſe nominativum vel aliquam orationis partem, præſertim vero infinitum loco Nominativi poſtulant poſt ſe Genitivum. Eſt, Intereſt, Refert. Hic aliquo inquiſitionis adminiculo opus eſt, ut ab extenſione latinæ phraſis, ad correſpondentia ſignificata Turcarum perveniri poſſit: certum enim eſt, horum verborum ſignificata apud ipſos Latinos, etſi vox una eademque ſit, à ſenſuum qualitate dependere, qua intellectâ, cum proportione ad phraſim turcicam tranſiri poteſt. Quoad *eſt*, illud hac in circumſtantia apud Turcas, ſubinde cum Nominativo, cui perſonæ affixum adjicietur, conſtruetur, ut: بو بنم مصلحتمدر *Hoc eſt mei negotii*, ſeu *hoc eſt meum negotium*, ſeu *officium meum.* بو سنك همتكدر *Hoc eſt tua cura*, ſive *hæc eſt cura tua.* Quæ Latini etiam per verba imperſonalia *attinet*, *pertinet*, *ſpectat*, explicant. Quæ verba à Turcis in arabico termino متعلق participio activo continentur *dependens*, *adhærens*, *cohærens*, *pertinens*, *&c.* ſignificat.

cat. veluti : فُلَانْ مَصْلَحَتْ صَدْرْ اَعْظَمْ حَضْرَتْلَرِينَه مُتَعَلِّقْدُرْ يَعْنِي آنُكْ مَصْلَحَتِيدُرْ *Tale negotium est supremi Viziri dignitati adhærens, nempe ejus negotium est.* Item à مَوْقُوفْ *alligatus.* veluti : فَتْحِي مُرُورِ زَمَانَه مَوْقُوفْ اُولْمَاغِنْ *Quia expugnatio ejus ad temporis decursum alligata fuit.* Sed & Latinorum more genitivum regere potest. ut : وُزَرَا دَخِي جَوَابْ وِيرْدِيلَرْ كِه اَمْرُو فَرْمَانْ خُنْكَارِيمِزْكُدُرْ *Vizirii etiam responsum dederunt, imperium & mandatum est nostri Regis.* Et in aliis, ubi affixi ratio non concurrit, pariter cum nominativo construitur. ut : رَايِ وَ خُودْ بُولَنْدْ هِمَّتِي خُودْ پَسَنْدْ ايدِي *Magni studii, proprii consilii, propriaque complacentiæ* (sibi complacens) *fuit.*

Aliquando Latini pronomen solum omisso substantivo ponunt, ut Alvarus habet, in appendicibus primi generis paragraphô tertiô. *Verbum est, Ablativis meâ tuâ &c.* ut : *Si memoria forte defecerit, tuum est ut suggeras.* & id ipsum in turcismo locum habere videtur. v. g. *Vestrum est imperare* فَرْمَانْ سِزُكْ دُرْ nisi quod Turcæ pro Infinitivo, nomen aut Masdarum arabicum idem significans capiant, ut : اَمْرُو فَرْمَانْ سِزُكْدُرْ *Imperium & mandatum vestrum est.* Aut loco pronominum, ipsum nomen cum affixo personæ ad genitivum ponunt, ut : اَمْرُو فَرْمَانْ دَوْلَتْلُو

دولتلو افندیمزکدر *Imperium & Mandatum, est fortunati Domini nostri.* ex lit.

Interest & *Refert* autem, apud ipsos Latinos juxta sensuum diversitatem sibi significatum vindicant, iisdem enim terminis nunc utilitatem, nunc egestatem, nunc jus aliquod insinuant, & ad cujus sensûs qualitatem latinitas tendit, ad ejusdem sensûs proportionem turcicum significatum assumere oportet. Si ergo sensus Latinus his terminis *utilitatem* connotaverit, Turcis erunt sequentes loquendi modi, qui se pariter impersonaliter habent, v.g. بڭا فایدەلو در vel بڭا نافع در *mihi utile est*, id est: *meâ interest*, vel *meâ refert*. سڭا فایدەلو در vel سڭا نافع در *tibi utile est*, vel *tuâ interest*, vel *tuâ refert*. آڭا نافع در vel آڭا فایدەلو در *Illi utile est*. vel *illius interest*. بزە فایدەلو در vel بزە نافع در *Nobis utile est*. vel *nostrâ interest*. سزە فایدەلو در vel سزە نافع در *Vobis utile est*. vel *Vestrâ interest*. انلرە فایدەلو در vel انلرە نافع در *Illis utile est*. vel *illorum interest*. Sed potest etiam per substantivum فایدە dici: فایدەم وار *meâ interest* سنڭ فایدەڭ وار *tuâ interest* آنڭ فایدەسی وار *Illius interest.*

tereſt. بزم فايده مز وار *Noſtrâ intereſt.* سزڭ فايده كز وار *Veſtra intereſt.* سن خلقڭ سوزينه باقمه كندڭه فايدهلو اولاني ملاحظه ايله *Ne attendito ad populi verbum: id, quod tuâ intereſt, perpende.* de int. ment. Item: آكر دولتو سلطنتمه لايق وامت محمده نافع ايسه · ايدهسن *Si felicitati* (Majeſtati) *& imperio meo dignum, & populi Muhamedici interſit, facies.* Gem. Hiſt. پادشاهمز دخي امر ايلمش وزرا ايله مشاوره ايلهڭز قنغيسي عباد الله نافع ايسه آني كورڭ *Rex noſter etiam imperavit, cum Viziriis conſilium inſtitue & quidquid ſervorum DEI intereſt, illud reſpicite.* Gem. Hiſt. سن كندو فايدهڭه باق *Reſpice ad id, quod tua intereſt.* Chur. Ef. vel سن كندو نافع اولاني كوز ſed & بڭا فايدهم وار *meâ intereſt.* سڭا فايدهڭ وار *tuâ intereſt, &c.* ut: غيرينڭ كيمسهيه فايدهسي يوق *Alterius cujusdam non intereſt.*

Magnum

Magnum, parvum, & his similia, ut in Alvaro reperiuntur, per adverbia excessum significantia enuntiantur, ut: بَكْا بَكْا زِيَادَهسِي اِيلَه فَائِدَهلُو دُرْ vel فَائِدَهلُو دُرْ *meá valdè* vel *plurimum interest.* بَكْا آزْفَائِدَهلُو دُرْ *Meâ parum interest.* بَكْا هِيچْ فَائِدَهلُو دُرْ *Meâ nullo modo interest.*

Quantum, quanti, tantum. Hæc enuntianda sunt cum, proportione ad ea, quæ dicta sunt in tract. 2. cap. 8. ita ut loco adjectivi فَائِدَهلُو vel نَافِعْ substantivum فَائِدَه vel نَفْعْ vel مَنْفَعَتْ cum affixis personarum sit substituendum. pro *quantum* ponetur, v. g. نَه دَكْلُو & sic construetur فَائِدَهكْ نَه دَكْلُو دُرْ *quantum tua interest ?* vel *quanti tuâ interest ?* & اُولْدَكْلُو *tantum* فَائِدَهمْ وَارْدُرْ اُولْدَكْلُو *tantum meâ interest.* At: فَائِدَه & مَنْفَعَتْ locò persæpe magis عَلَاقَه *relatio, jus, pertinentia* ponitur veluti: عَلَاقَهسِي يُوقْ *ejus pertinentia*, id est: *illius non interest.* quod persæpe magis convenit, quam interest. Sic per affixa ut: عَلَاقَهمْ يُوقْ *mea pertinentia non est* id est *meà non interest.*

Potest Latinorum *interest*, aut *refert*, etiam, necessitatem significandi vim obtinere, & quamvis sub hoc significato apud Turcas

cas per verba indigendi exprimi possit, v. g. آصلا بر نسنه یه احتیاجمز یوغیدی ad verbum est: *Nullâ re sanè indiguimus.* quod suô modô *Nostrâ non interest* significat, majorem proportionem ad id ipsum significatum حاجت *egestas*, *necessitas* habere videtur. v. g. حاجتك نه در ad verbum: *Quæ est tua necessitas?* sed & *quid tuâ interest? quid tuâ refert?* & cum dativo بوکا حاجتم یوق *Ad hoc necessitatem meam non habeo.* id est: *hoc meâ non interest.* آنك فایده سی حاجتم دکلدر ad verbum. *Illius utilitas, mea necessitas non est,* id est: *Illius utilitas meâ non interest.* Hum. nam. امداده امر اولندقده ایکی تاتار بر یره کلمدی بنم نه حاجتمدر دیو بارکیرم کیدرسه کیمدن آلورم *Cum ad suppetias ferendas mandatum datum fuisset, nec duo Tartari ad unum locum venerunt, dicentes: quæ est necessitas mea* (quid meâ refert) *si equus meus perierit, à quo emam?* Gem. Hist.

Latinorum *interest* & *refert* possunt etiam solicitudinis negationem significare, & tunc terminus Turcarum آکسك *defectus*, sed hoc loco potiùs *cura* cum affixis personarum & verbo negativo اولمامق sub significato *non habere*, & sub impersonali forma, si lubet etiam cum dativo in usu esse debet, آکسکم دکل vel بکا

بڭا آكسكم دكل quasi diceres, *curam non habeo*, id est: *meâ non intereſt, mea non refert*. & ſic cum cæteris affixis; ſed nec modus affirmativè loquendi hinc bene excipi poteſt. dicitur enim بنم آكسكمدر *mea eſt cura*. id eſt: *mea intereſt*. De cætero *curare*, id eſt: *reverentialiter aliquem timere & reſpicere*, *hocque intuitu*, v. g. *bonum facere, malum aliquod omittere*. eſt: قيغرمق vel قايرمق & حيلمق vel هايلمق ſuô modô, ſed non de rigore, huc pertinere videntur, dicitur enim فلان كمسه بني قايرر vel فلان كمسه بني هايلور *Talis quidam me curat*. Et negativum verbi حيلمق vel هايلمق ſub hîc dicto ſignificato tranſit in verbum imperſonale. v. g. حيلمز vel هايلمز quod correſpondet imperſonalibus Latinorum, ſolicitudinem negantibus, *non intereſt, nihil refert*, quod Italis eſt: *che coſa importa*, vel *non importa* & Germanis, es ſchadet nicht / vel es iſt wenig daran gelegen. Sic & per تيمورمق curare: veluti: أولكه هيچ نسنه تيمورميه Ille *Qui ne quicquam curat*. *Quello al quale non importa niente*. Jener / welchem es nichts daran gelegen iſt.

Jus, quod Juris-Conſulti noſtri *Jus ad rem* appellant, Turcæ per arabicum ſubſtantivum عَلَاقَةٌ quod vulgus علاقه exprimit, appel-

appellant, & quaſi ad Latinorum *intereſt* & *refert* ſpectare videtur, aſt hoc ſignificatum Giggeius ad hanc radicem ita explicat: علاقة الصناعة *Ars vel quid aliud, cui mordicùs quis adhæret*, hinc auſim dicere علاقة *jus adhærendi*, ſeu *jus adhæſionis*, aut *jus dependentiæ*, id eſt: *jus ad rem* appellari debere: radix enim علق è qua hoc ſignificatum emanat, inter cætera ſignificata habet *adhæſit, dependit*, & juxta hunc ſenſum Magiſter meus Conſtantinopolitanus hoc ipſo termino uſus eſt, nempe. زيدك ملكنده عمروك علاقه سي يوقدر. *In poſſeſſionem Zeidi Omarus jus adhæſionis* ſeu *dependentiæ non habet*. عمروك ملكنده علاقه م واردر. *In poſſeſſionem Omari jus adhæſionis habeo.* Item: امدي سز دوستمزدن اومارز كه مجار مملكتي حدودنده اكر كندولرك و اكر توابعلرينك هرنه محلده ملكي و علاقه لري واريسه آنلرينه و ملكو املاكلرينه تعرض و مداخله اولنمغه رضا ويرميه سز *Speramus igitur à vobis amico noſtro, quod in confiniis Hungariæ, in quocunque demum loco, neque in illius, neque in illi adhærentium bona, aut adhæſionis jura, quæ habent, ut hominibus ejus, illorumque bonis & poſſeſſionibus, aliqua invaſio aut ingreſſus fiat, conſenſum daturi non ſitis.* ex lit.

TER-

TERTIUS ORDO IMPERSONALIUM
DATIVUS POST IMPERSONALE.

Quædam verba impersonalia, quorum multa eventum significant, ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum loco nominativi postulant, post se verò dativum.

His verbis in turcismo correspondentia verba, casuum paritate fere convenire videntur, verba latina in Alvaro expressa turcicè redduntur, & exemplis rei certitudo exhibetur. Verba in Alvaro sub uno significato collocata sunt *Accidit*, *cadit*, *contingit*, *obvenit*, *obtingit*, *evenit*, *incidit*. & cum negari non possit, quin & verbum *fieri* Latinorum, impersonaliter sumptum, his cum significatis conveniat, sic & apud Turcas verbum أولمق regulatum, ejusdem rationis esse videtur. چوق اولور كه ايكي آيدن زياده منجمد اولور *Multoties fit*, vel *multoties accidit*, *multoties cadit*, *multoties contingit*, *multoties obvenit*, *multoties obtingit*, *multoties evenit*, *multoties incidit*, *ut ultra duos menses fit congelatus* (fluvius scilicet) de mir. mund. Hoc ipsum verbum أولمق personaliter sumptum, latino impersonali correspondere posse videtur, ut: شفاء صدور كتابنده ابن سبع عبد الله ابن عمردن روايت قلوب آيتدي بعض سفرلرده كيدركن كورديكه بر

قومْ يُولْ اوزرينَـه طُورُرْ كِتْمَزْلَرْ ايلَرُوكَلْدي
آيتْـدي يا قومْ نُولْدُوكُزْكه ايلَرُو كِتْمَزْسِز

Aabdullah filius Sebaa in libro de ortu medicinæ, cum de filio Omari relationem fecisset, dixit: cum ad quasdam bellicas expeditiones progrederetur, vidit, quod populus quidam in via subsisteret, & non iret, præcessit & dixit: O popule! quid estis, quod non præcedatis? id est: *O popule! quid tibi accidit, quod non præcedas?* de mir. mund. Item ibid. سَكَا نُولْديكه لَوْنُكْ مُتَغَيِّرْ اولْمِش

Tibi quid accidit, quod color tuus immutatus fuerit. dicunt item: هَرْ كُونْ اونْ آقْچهلِقْ ايشْ اشْلَرُمْ : ut دُوشْمَكْ

كاهيجه دُوشَرْ اونْبَشْ آقْچهلِقْ ايشْ اشْلَرُمْ

Omni die decem denariorum opus operor, quandóque accidit, quindecim denariorum opus facio. Chur. Efend. circa hoc verbum دُوشْمَكْ item : كَچْمَكْ & طَتْمَكْ quibus eventum significandi vis inest, vide septimum ordinem Deponentium, ad explicationem secundi paragraphi ex Appendicibus secundi generis Alvari ad paragraphū meum: *Et subsistendo in phrasi Latinorum &c.* Dicunt item: واقعْ اولْمَقْ *accidens fieri* ut: زَيْدْ ايلَه عَمْرُو بَيْنَنْدَه غَوْغا وَاقِعْ اولْدي *Inter Zeidum & Amrum rixa contigit.* Chur. Ef. Item: اولانْ آيتي موجبنجه

هلاكلَرْ آنْدره وَاقِعْ اولْمَغَه لايقْ اولْمَايدي

Ut

Ut illis hæc excidia juxta textus necessitatem contingerent, digni non fuissent. de int. ment. حادث اولمق juxta arabicam originem *aliquid novi, & quid, quod recens est, contingere* significat v. g. و تخي اي ملك آكاه اول اكركه ملككده بر نسنه حادث اولسه سن آنك اصلاحنه سعي ايلمك كرك سن *Et etiam ô Rex animadverte, quod si in possessione (* ditione) *tua, novi quid & quod recens est contingeret, oportet, ut tu illius emendationi studeas.* de mir. mund. عارض اولمق *accidens esse*, juxta arabismi originem: id est: *accidere.* veluti: خرمايه انسان كبي امراض عارض اولور *Dactylo ut homini morbi accidunt* aut *contingunt.* de mir. mund. Nonnunquam modô quodam in abstracto collocato ipsa arabica radice جرى vel جرا *fluxit,* sed & *accidit* significans, cum pronomine arabico ما *id quod*, uti solent: ما جرا بربر بيان ايلديلر *Id quod accidit sigillatim declaraverunt.* كورن صانوركه واقع ما جرى در *Videns putat, quod accidens* (sit) *id quod contigit.* Aliquando rubricas rerum narrandarum significato hoc ماجرى

 cum

cum totali persica constructione exprimunt. aut: مَا جَرَاىْ سَرْدَنْ كَچِدِيَانْ سِپَاهْ بَوَزِيرِ اَعْظَمْ *Quid acciderit sypahis primipilis apud supremum Vizirium.* Gem. Hist. مَا جَرَاىْ اِعْلَامْ اِيتْدِيلَرْ *Id quod accidit significaverunt.* Hist. Suleim.

Usuvenit, pro *sæpè accidere* capi solet, ita ut ad verba prædicta *accidere* significantia, particulæ frequentem actionem significantes, sint collocandæ, ut: چُوقْ كَرَّه وَاقِعْ اُولُورْكِه *Multoties accidit, quod.* vel si quis dicere vellet, *usuvenire* significare debere *consuetum esse, ut, quemadmodum antè juxta naturæ aut accidentis cursum aliquid contigit, & nunc contingat.* Turcarum phrasis erit اُولَه كَلَمَكْ vel, ut vulgus loquitur: اُولَيه كَلْمَكْ hac de re vide ea, quæ in hac gram. turc. tract. 4. part. 2. cap. 9. dicuntur.

Cedit, succedit, benevertit, ad unum significatum referri possunt. à Turcis diversismodis exprimuntur. v. g. خَيْرْلُو اُولْمَقْ *esse* aut *evadere utile* seu *faustum.* ut: اَكَرْ كِه مَصْلَحَتُكْ خَيْرْلُو اُولُورْسَه *si negotium tuum erit faustum*, id est: *si negotium tuum bene cesserit*, aut *successerit*, aut *bene verterit.* Chur. Ef. Item: مُيَسَّرْ اُولْمَقْ *facile evadere* بِحَمْدِ لِلّٰهِ تَعَالَى عَظِيمْ يُوزَاقْلِقْلَرِي مُيَسَّرْ اُولْدِي *Per laudem DEI Ex-*

Excelsi, magnæ ejus Victoriæ faciles evaserunt, id est: *bene successerunt*. Item: كلمك راست proprie *obviam venire* & metaphoricè *bene succedere*. ut: ایشم راست كلدي *meum negotium obviam venit*. id est; *negotium meum benè successit*. Chur. Ef. vel locô affixi dativus pronominis absoluti: ut: ایش بكا راست كلدي *Negotium mihi benè successit*. *Malevertit* idem est ac *non benè succedit*, iisdem verbis sub forma negativa enuntiabitur. Dicunt etiam: خوش كلمك *benevenire*. sed, ut visuri sumus, potiùs pro verbo impersonali *placet* sumendum est, quamquam negari non possit, quin & suô modô huc trahi possit. v. g. اول سوزلر اول كيمسه خوش كلسون سويلدككز *Verba illa, quæ locutus es, illi personæ in bonum cedant*. ast hoc modo ab impersonalitate receditur.

Licet اولمق جایز *esse licitum*. usus hujus verbi magis latè patens est, quàm quod sequetur, dativo personæ & puro infinitivo gaudet. ut: شو كتابي اوقومق بزه جایز در *licet*, vel *nobis licitum est hunc librum legere*. Item: نصراني و يهودي و جملة اهل كتابك بوغازلدوغندن يمك جایز در آتش پرست بوغازلدوغي آتي يمك

يمكي جايز دكلدر *Ex eo, quod Nazareni* (Christiani) *& Judæi & qui librum* (legis divinæ scilicet) *possident, jugularunt, licet comedere: Carnem, quam jugularunt Ignicolæ, non licet comedere.* حرام اولمق *Non licere* ob legis prohibitionem. ut: يدوكي حرامدر *id, quod comedit, non est licitum.* hoc supposito حلال اولمق est *licere* per exceptionem à lege prohibente. ut: غازي و مجاهد قللريمنك وضيع و شريفنه و صغير و كبيرينه نان نعمتم حلال اولسون *Ignobili & Nobili, parvo & magno servorum meorum pro fide certantium & pugnantium, panis gratiæ meæ sit licitus.* Gem. Hist. Item: كندو امكيله كسب اولنان مال حلالدر *Propriô labore conquisitæ opes, sunt licitæ.* Chur. Ef.

Libet, vel lubet. advertendum est in hoc significato Latino, latere verbum *velle* vel *expetere*, id est: *libenter velle.* qua de causa in turcismo *velle*, ut verbũ personale, in usu erit. v. g. ديلمك vel استمك & his significatis similiter significantia verba exprimuntur, ut: اكر كه مكانكزه رجوعكز ديلرسكز آلدوغكزي يم اغوكي *Quod si vobis ad vestras mansiones redire libet,* aut *lubet, abjicite, quod accepistis.* id est: *si ad mansiones vestras,* seu *ad hospitia vestra redire*

redire expetitis, ſeu *vultis*, vel *cupitis*, *abjicite*, *quod accepiſtis*. Sic conſequenter juxta phraſes turcicas, v. g. *hoc eſt*, *quod mihi lubet*, vel *libet*. مرادم ايتدوكم بوندر vel استدوكم بوندر *hoc eſt*, *quod tibi libet*, aut *lubet* مرادك ايتدوكك بوندر vel استدوكك بوندر & ſic in aliis perſonis juxta regulas in grammatica aſſignatas. Sed & modô ſuô ſub forma imperſonali hæc turcica phraſis enuntiari poteſt. Si ſubſtantiva, quæ voluntatem ſignificant, affixis & tertiis perſonis ſingularis numeri verbi اولمق jungantur. ut: مراد voluntas. ut: مرادكز كورمكسه بونلر ايتديلر ايسه قالقك بيورك *Iſti dixerunt, ſi videre eſt voluntas veſtra, ſurgite & dignemini.* id eſt: *Si vobis videre libet* aut *lubet*, *ſurgite & dignemini*. de mir. mund.

Liquet cõſtat, & patet, poteſt eſſe horũ uſus apud Turcas ſub forma imperſonali: واصح اولمق *evidens fieri*. بو كلامك معناسي هر كمسنه يه واضحدر *Cuicunque liquet, cuicunque patet, cuicunque conſtat hujus orationis ſenſus*. Chur. Ef. ظاهر و عيان اولمق *manifeſtum & clarum evadere* قلبي اكاهكزه ظاهر و عياندر *Cordis veſtri notitiæ liquet, conſtat, patet*. Item: بللو اولمق *certum evadere*, ut: اكر بنم تجربه مدن واستن

رَاستْ چِقَرْسَه بَلْلُودُر كِيمْ كَرْچَكْ قُولُكْ دُرْ
Si de mea tentatione justus exiverit, constat, quod sit certè servus tuus. de rit. Relig. Item: اُولْمَقْ آشْكَارَه *manifestum evadere.* آمَّا بِلْدُوكِي آشْكَارَه دُرْ *Verùm id, quod scit, liquet, patet.* سَنُكْ جُمْلَه احْوَالُكْ بَكَا ظَاهِرْ وَ آشْكَارَه دُرْ *Mihi totus tuus Status patet & constat.* Item: رُوشَنْ اُولْمَقْ *lucidum evadere.* بُو مَعْنَي رُوشَنْدُرْ *hic sensus patet.* Quomodo impersonale *constat* præterea apud Turcas enuntiari possit, vide supra *de constructione nominis cum verbo* ad paragraphum *Latinorum phrasi non latet* nam negationis illius phrases verbo impersonali affirmativo *constat* convenire possunt, ut: مَعْلُومُمْدُرْ *cognitum meum est.* id est: *mihi constat.*

Expedit & præstat. Hæc verba, impersonaliter sumpta, pro comparativo *melius* stare solent, & per hunc ipsum comparativi gradum exprimuntur. vide supra in Gram. tract. 2. cap. 16. ad §. *In expressione electionis, &c.* Item tract. 5. part. 2. cap. 1. adverbia eligendi, ubi agitur, de adverbio electionis *potiùs*.

Conducit & confert. Nullum sanè dubium, quin ea, quæ paulo ante in præcedente secundo ordine impersonalium de verbis *interest* & *refert*, in quantum utilitatem connotant, dicta sunt, & ad hæc duo verba impersonalia ejusdem significati referri possint, ut rem inter se combinanti patebit. nam بَكَا فَائِدَه لُو دُرْ

vel

vel بَكَا نَافِعْ دُرْ *mihi utile est. meâ interest. mihi conducit. mihi confert.* significare potest. sed pro his significatis dici potest etiam فَائِدَه اِيتْمَكْ v.g. آنْكْ شُورْبَاسِي اِسْتِعْمَالُولَرَه غَايَتْ فَائِدَه اِيدَرْ *Ejus jusculum febricitantibus valdè conducit*, de mir. mund. Item : مَنْفَعَتْ اِيتْمَكْ v.g. أَلْبَصَلْ arabicè, sed turcicè صُوغَانْ *cepa* nempe أَلْبَصَلْ seu صُوغَانْ پِشْمِشْ اِيكَنْ مَنْفَعَتْ اِيدَرْ *Cepa, si coquatur, conducit, confert.* de mir. mund. Item : آصِيلُو أُولْمَقْ *utilem esse* arabicè أَلثُّومْ turcicè صَرْمِسَاقْ *allium* صَرْمِسَاقْ عُسْرِبَوْلَه آصِيلُودُرْ *Allium urinæ difficultati conducit, confert.* Item : فَائِدَهلُو أُولْمَقْ *utilem esse.* arabicè أَللِّفْتْ turcicè شَلْغَمْ *rapum* شَلْغَمْ سِرْكِيلَه اِيكي كَرَّه قَيْنَادَهلَرْ وَخَرْدَلْ اِيلَه وَصُوي كُوزَه فَائِدَهلُودُرْ *Rapum duabus vicibus bullire faciunt cum aceto & semine sinapi & ejus aqua, oculis conducit, confert, &c.* Item : مُفِيدْ أُولْمَقْ *utilem esse* صُوغَانْ تُخْمِي اِسِّي دُرْ بَدَنِي قُورِيدُرْ وَمَنِي آرْتُورُرْ صُوقْ مِزَاجْلُولَرَه مُفِيدْدُرْ *Semen cepæ calidum*

dum est, corpus exsiccat, auget sperma, frigidam complexionem habentibus conducit, confert. Item & : نَافِعْ أُولْمَقْ *utilem esse* تُوتِيَا كُوزَه نَافِعْدُرْ *Collyrium oculis conducit, confert, &c.* Chur. Efend. par ratio in synonymis horum significatorum.

Nocet contrarium est, præcedentium negatio, sed & dicent ضَرَرْ اِيتْمَكْ & زِيَانْ اِيتْمَكْ *nocere.* & in usu impersonali eodem cum casu dicent : مِزَاجِي اِسِّي آدَمْلَرَه ضَرَرْ اِيدَرْ *Natura seu complexionis calida hominibus nocet.* de mir. mund. Item: صُوغَانْ آدَمَه صُوسِزْلِقْ كَتُورُرْ وَ عَقْلَه زِيَانْ اِيدَرْ *Cepa homini sitim adfert, & intellectui nocet,* sive *obest.* de mir. mund.

Convenit, competit, sub impersonali forma ejusdem significati esse videntur, ast ad horum significatorum vim ex latina syntaxi trahi possunt: ex quarto ordine impersonalium *decet, dedecet, oportet*; Ex constructionibus de nominibus. *Dativus vel Accusativus cum præpositione ad post nomen. Accommodatus, appositus, aptus, Idoneus, habilis, utilis, inutilis, natus huic rei vel ad hanc rem.* Item : *Opus nomen adjectivum, accedente verbo substantivo, Ablativum postulat*, huc trahi possunt *congruit, quadrat, valet, meretur, promeretur, conducit, prodest, dignus, necessarius*, vel *necesse est*; cujus rei veritas sequentibus exemplis manifestatur, & simul recessus de impersonalitate ad personalitatem adminiculo alterius verbi auxiliaris exhibetur. اُويْمَقْ *convenire* veluti: سَنُكْ دُونْكي سُوزُكْ

سُوزْكْ بُوكُونْكي سُوزْكَه اُويْمَدي *Hesternum verbum tuum, hodierno verbo tuo non convenit.* مُنَاسِبْ اُولْمَقْ juxta suum arabicum significatum, est *correlationem* aut *proportionem habere*, seu *convenientem esse.* ut: عَالِمْ عَالِمْ ايلَه جَاهِلْ جَاهِلْ ايلَه كَزْمَكْ مُنَاسِبْدُرْ *Ut sapiens cum sapiente, ignavus cum ignavo ambulet, convenit.* Chur. Ef.

Ob recessum auxiliantis verbi à masdaro, participio, aut adjectivo verbi impersonaliter significantis, cùm verbum aliud personale ad eandem rem pertinens sequitur, remanenti puro masdaro, participio, aut adjectivo, neque vis verbalis, neque impersonalitas tollitur. sic مُنَاسِبْ كُورْمَكْ *Judicare* aut *existimare, quod convenit.* بَنْ سَنُكْ بُويْلَه اَيَّامْدَه اِسْتَانْبُولَه كِتْدُوكُكي مُنَاسِبْ كُورْمَدُمْ ad verbum: *Quòd tu in hujusmodi diebus Constantinopolim eas, convenire non existimavi.* id est: *existimavi, quod tibi non conveniat, ut tali tempore Constantinopolim eas.* Chur. Ef. Item: شَهْزَادَه بُونِي مُنَاسِبْ كُورْدِي *Regis filius hoc convenire*, vel *quòd conveniat, judicavit, existimavit.* de mir. mund.

دُوشْمَكْ *cadere* pro *quadrare*, aut *convenire* stare potest. ut: بُو اُوطَهْنُكْ پَنْجَرَه لَرِي رُوزْكَارَه قَرْشُو اَيُو دُوشْدِيلَر *Hujus cubiculi fenestræ contra ventum bene quadrârunt*, sed, ut appa-

 ret,

ret, ab impersonalitate fit recessus; hoc tamen non obstante, si hoc verbum دُوشْمَكْ ut verbum auxiliare accesserit, impersonalitatis vim obtinet, ut: مُنَاسِبْ دُوشْمَكْ quasi *convenientiam obtingere.* v. g. آكَرْ مُنَاسِبْ دُوشَرْسَه بِزْدَنْ اُوتُورُو بِرْ كَلِمَه طَيِّبَه كُزَه دَرِيغْ بُيُورْمَيَه سِزْ *si convenientia obtingeret*, vel *si conveniret, si deceret, ratione nostri verbum bonum vestrum non denegabitis.* Chur. Ef. dicitur & مُنَاسِبَتْ دُوشْمَكْ

Nihilominus aliquo in sensu solum دُوشْمَكْ extra auxiliandi vim, pro impersonali verbo capi posse videtur, ut: آشْ اُوطَه‌سِي اَوِكْ اُورْتَاسِنْدَه دُوشْدِي *Culina seu coquina ad medium domûs cecidit*, id est: *obtigit illi locus, qui est in medio domûs*, Chur. Ef.

دِيوِيتْ كَاتِبَه يَاقِشُورْ, *convenit, quadrat*, يَاقِشْمَقْ قِلِيچْ غَازِييَه يَاقِشُورْ *Atramentarium scribæ convenit, quadrat, framea militi convenit, quadrat.* Chur. Ef.

يَارَامَقْ vel يَرَامَقْ *Convenire, quadrare, accommodatum, appositum, aptum, habilem, utilem, inutilem, idoneum, natum esse, conducere, & prodesse.* juxta sensûs qualitatem nunc personale nunc impersonale est, ut ex exemplis colligitur, فُلَانْ كِمْسَنَه بِرْشَيْئَه يَرَامَزْ *Talis quidam nulli rei* convenit, *ad*

nullam

nullam rem quadrat, nulli rei accommodatus, nulli rei appositus, nulli rei aptus, nulli rei idoneus, nulli rei utilis, inutilis, nulli rei vel *ad nullam rem natus est.* Item: فُلَانْ كِمَسْنَه هِيجْ بِرْ عَمَلَه يَارَامَزْ *Talis quidam nulli operi convenit, ad nullum opus quadrat, nulli operi habilis, idoneus, &c.* بُو اُوتِي يَاخُونْ بُو مَعْجُونِي بَكْچَه صَقْلَه بَلْكَه بِرْ شَيَهْ يَارَارْ *Hanc herbam vel hoc electuarium bene serva, forte ad aliquid valebit.* Item: فُلَانْ طَعَامْ بَنْمْ طَبِيعَتْمَه يَارَامَادِي. *Talis quidam cibus naturæ meæ non conduxit, non profuit.*

اُورْشْمَقْ *convenire*, aut *convenientem esse, quadrare. ut:* بُو كُورْكْ بَنْمْ بُويُومَه اُورْشْدِي *Hoc pellicium staturæ meæ convenit*, seu *quadravit.* Item: بُو طَعَامْ بَنْم طَبِيعَتْمَه اُورْشْمَادِي *Hic cibus naturæ meæ non convenit.* Chur. Efend. اُورْشْمَقْ etiam pro *pugnare* dici potest, sed Churem Efendio teste, sub hoc significato vox inusitata est.

مُطَابِقْ اُولْمَقْ *convenientem esse.* ut: بُو كُورْكْ بَنْمْ بُويُومَه مُطَابِقْ اُولْدِي *Hoc pellicium staturæ meæ convenit, quadravit.* Chur. Ef. & تَطْبِيقْ ايتْمَكْ est *facere, ut quid quadret* aut *congruat*, sub significato personali, quia verbum tran-

transitivum in alterum est: بربرينه تطبيق ايتمك

عسيردر *unum alteri convenire, quadrare, aut congruere facere, est res difficilis* advertendum tamen, quod in hac verborum qualitate personalitas fit respectu turcismi, non autem ex integro respectu Latinismi; quia id, quod apud Turcas pro uno verbo sumitur, apud Latinos pro duobus sumi debet, v. g. *facere convenire*, ita ut *facere* fiat personale, *convenire* maneat in sua impersonalitate, v. g *facio tibi convenire.* vel *facio ut tibi conveniat, facis, ut mihi conveniat, facimus ut illi conveniat, &c.*

چقمق *exire* pro *convenire* aut *quadrare* بنم صاتون

آلدوغم قليج پك ايو چيقدي *Framea, quam emi, benè quadravit.* Chur. Ef.

راست كلمك *Obviam venire* etiam pro *convenire* seu *quadrare* sumi potest: ut: صاتون آلدوغم فراجه بويومه

راست كلدي *Patularum manicarum vestis superior, quam emi, statura mea benè convenit, bene quadravit, accommodata apposita, apta, idonea, habilis fuit.* Chur. Ef. dicunt & راست اولمق v. g.

صاتون آلدوغم كورك بنم بويومه راست اولدي

Emptum pellicium statura mea obvium fuit, sive convenit.

عالم و فاضل *convenire, decere, competere* روا اولمق

اولان كمسنه يه تقدير اعزاز و اكرام اتسه لر روادر

Sapien-

Sapienti virtuteque prædito, qualemcumque honorem aut reverentiam exhibeant, convenit, competit, decet. Chur. Ef. غیریه روا دکلدر *alteri non competit, non convenit.* Item: خجر الجزع بو دخی بر قاتی طاشدر رنکارنك اولور و بر کشی آنی کتورسه غم و غصه کتورر و دایما حزن و ملالتدن خالی اولماز و آنك ایله حاجت طلبنه وارسه روا و سزا اولمیه *Lapis Onychis hic etiam quidam durus lapis est, variorum colorum est, si quidam illum gestet, solicitudinem & angorem adfert, nunquam mæstitiâ & mærore caret, si cum illo necessitatis petitio sit, nunquam conveniens & decens erit.* de mir. mund. Dicunt & روا کورمك *censere* aut *judicare, quòd quid conveniat* aut *deceat.* cum iisdē reflexionibus ut sup. in مناسب کورمك &c.

روا ایلمك *facere, ut quid conveniat. facere, ut quid deceat,* Quamquam hoc verbum taliter compositum apud Turcas ad personalitatem transeat, circa id tamen hîc idem observandum est, quod paulo ante in تطبیق dictum est. بر عرضی حاجتکز وارمیدر اعلام ایدك روا ایده یم *Si alicujus exhibitionis necessitatem habetis, significate, faciam, ut conveniat,* aut *deceat.* id est: *petitis vestris correspondebo,* aut *satisfaciam.* modus loquendi Gentis.

سَنْ بُو سَزَا اُولْمَقْ *convenire, decere,* & *dignum esse* دَوْلَتَه سَزَاسَنْ *Tibi is gradus felicitatis convenit.* vel *is gradus felicitatis te decet.* vel *tu hoc gradu felicitatis dignus es.* فُلاَنْ آدَمْ پَاشَالِغَه سَزَادُرْ *Talis quidam Bassatu dignus est.* vel *Talis quidam Bassatum meretur.*

مُنَاسِبْ سَزَا كُورْمَكْ cum reflexione prænotata in كُورْمَكْ &c. v. g. كَنْدُو وُجُودِنَه سَزَا كُورْمَدُوكِي مُسْلِمْ آخَرَه رَوَا كُورْمَمَه *Id, quod Muslimus* (fidelis) *sibi ipsi convenire non censet,* vel *sibi ipsi dignum non censet, alteri convenire non judicet.*

سَزَاوَارْ اُولْمَقْ *Convenire, decere, oportere, dignum esse, mereri.* prout est ratio sensûs nunc personaliter, nunc impersonaliter capi potest. عَالِي مَرْتَبَه لَرَه سَزَاوَارْدُرْ *Conveniunt illi excelsi gradus* (subintelligitur dignitatis) *Excelsi gradus illum decent. summis dignitatis gradibus dignus est. summos honoris gradus meretur.* اَنْوَاعِ عَقُوبَتَه سَزَاوَارْدُرْ *Varias pœnas meretur.* هَرْ فَرْدْ بِرْعَمَلَه سَزَاوَارْدُرْ وَ هَرْ مَرْدَكْ بِرْ اَمْرَه قَابِلِيَّتِي وَارْدُرْ *Quisquis hominum alicui operationi aptus est, & quisquis homunculus ad aliquod negotium capacitatem habet.* & pro opor-

آلْتُونْ وَآقْچِه بَابِنْدَه سَزَاوَارْ اُولْدُوغِنْدَنْ oportere
زِيَادَه وِيرُوبْ *Cùm ei quoad aurum & pecuniam plus, quam oporteret, dedisset.* de mir. mund. & sub forma personalitatis سَزَاوَارْ
آنْلَرْكْ دُوشْمَكْ *dignum cadere.* seu *dignum evadere.* آنْلَرْكْ
اِحْسَانْلَرِينَهْ سَزَاوَارْ دُوشَه *Eorum beneficiorum dignus evadet.* اُولْمَقْ آرْزَانِي *convenire, decere, dignum esse.*
اِقْبَالِنَه نُزُولْ وَ اِجْلَالْ آرْزَانِي دُرْ *Ejusdem fortuna depressio & exaltatio convenit.* ex lit. Item: آرْزَانِي كُورْمَكْ
quod conveniens, decens, & dignum sit, judicare. ratio, quæ in
پَادِشَاهْ عَالَمْپِنَاهْ حَضْرَتْلَرِينِكْ &c. مُنَاسِبْ كُورْمَكْ
اِلْتِفَاتْ كَرِيمْلَرِنْدَنْ ذَاتِ شَرِيفْكِزَهْ وَزَارَتْ لَايِقْ
وَ آرْزَانِي كُورِيلُوبْ عِنَايَتْ وَ صَدَقَه بُيُورِلْمِشْدُرْ
Cum à gratiæ Regis ejusdem majestatis respectu, nobili substantiæ Vestræ Viziratus dignus & conveniens judicaretur, factus est favor & sinceritas. Item & آرْزَانِي اِيتْمَكْ cum præmissis reflexionibus, *convenientem & decentem facere* بِحَمْدُ لِلَّهِ كِه عِنَايَتِ
آرْزَانِي يَزْدَانِي مَدَدِ نُصْرَتْ آرْزَانِي اِيتْدِي seu
بُيُورْدِي

بـُيـورْدي *Per DEI laudem, quod favor Divinus auxilium Victoria conveniens, decens, aut dignum esse fecerit.* de mir. mund.

لاَيـِقْ اُولـمَقْ *convenire, decere, dignum esse, mereri* مُـفْـتـي اُولاَنْ كِـمَـسْـنـَه يـَه لاَيـِقْ بـُودُرْ *hoc convenit de jure responsum danti,* hoc est. *Muftio* de mir. mund. Item ibid. اَنْـوَاع عـَقـُوبـَتـه لاَيـِقْ اُولـُورْ *diversis pœnis dignus est.* seu potiùs *diversas pœnas meretur:* & لاَيـِقْ كُـورْمَـكْ *juxta prænotata,* آنـي بـُودَوْلـَتـَه لاَيـِقْ كُـورْمَـدِيـلَـرْ *Ei hanc felicitatem convenire,* vel *Eum hac felicitate dignum esse non judicarunt.* پـَادِشَـاهْـلَـرَه وَ نـَخـي سُـلْـطَـانْـلَـرَه لاَيـِقْ وَسَـزَاوَارْ دَكـُلْـدُرْ كـِه خـَزِيـنـَه لـَرِنـْدَه لِـبـَاسْـلَـرِنْ صَـقْـلَـيـُوبْ خـَلاَيـِقـَه بـَخـْش اِيـتْـمـيـَه لَـرْ *Regibus & Sultanis non convenit, nec dignum est, ut vestes suas in cistis conservent & servis suis non dispensent.* de mir. mund.

لاَزِمْ اُولـمَقْ *convenire, oportere, necesse esse,* vel *opus esse.* بـُونـي اِيـتْـمَـكْ عـَهْـدُمْـزَه لاَزِمْ دَكـُلْـدُرْ *Hoc facere obligationi nostræ non convenit.* Chur. Ef. بـُونـي اِيـتْـمَـكْ لاَزِمْـدُرْ

hoc

hoc facere oportet, hoc facere convenit, hoc facere necesse est. آكر سكا آقچه لازم اولورسه بن ويررم *si tibi pecunia opus fuerit, ego dabo.* نماز قلمق اوزريمزه لازمدر *Persolvere preces supra nos* (nobis) *necesse est*, seu *necessarium est*. dicitur &: لازم كلمك quod magis pro *opus esse*, quàm pro alio significato stare videtur. ut وار شو ايشي سن ايشله لازم كلورسه بنداخي يارذم ايدرم *I, hunc laborem persolve, si opus fuerit, & ego juvabo.* Chur. Ef.

واجب اولمق *convenire, oportere, necessarium esse*, item & *debere*: ast hic ob usum hujus vocis aliquâ reflexione opus est: *debere* apud Latinos pro *convenire, oportere*, aut *opus*, aut *necesse esse*, stare posse videtur, in turcismo autem ad id attendendum est, si necessitas actionis exprimenda est, tunc واجب participium arabicum â وجب cum اولمق ut: واجب اولمق locum habere solet, quod cum اوزر adjectis personarum affixis construi solet, v. g. ذمتمزه لازم الاداء و اوزريمزه واجب اولان الاهدا *Obligationi nostræ conveniens persolutio, & supra nos necessaria directio* (ad salutem æternam) id est: *Nobis conveniens persolutio* (precum scilicet) *ad quam obligamur* vel *tenemur*, *est directio* (ad salutem) quam debemus. hic verbum اولمق

 occul-

occultè latet, quia وَاجِبْ hoc locô ſe ut adjectivum ad ſequens اَهْدَا habet نَمَازْ قِلْمَقْ اُوزَرِيمُزَه وَاجِبْدُرْ *Preces perſolvere ſupra nos neceſſarium eſt.* id eſt: *debemus perſolvere preces.* Cur. Ef. وَاجِبْدُرْ verbum apertè adeſt, quod hoc exemplo magis confirmatur: v. g. اَللّٰهُڭ اَمْرِينى طُوتْمَقْ بِزَه وَاجِبْدُرْ *nos obligamur DEI mandata obſervare.* videtur autem hoc وَاجِبْ participare de vi ſignificandi obligatoriè, ut explicat Churem Efendius, inquiens: قُدْرَتى اُولَانْ كِيمْسَنَڭ اُوزَرِينَه حَجّ شَرِيفَه وَارْمَقْ وَاجِبْ اُولُورْ يَعْنى فَرضْ اُولُورْ *Cui eſt poſſibilitas, obligatur ad peregrinationem ſacram ire, nempe mandatum DEI erit.* فَرضْ enim Arabibus & Muhammedanis eſt *mandatum Divinum*, id quod DEUS ipſe ſancivit. لَازِمْ pariter pro *debere* ſumi poteſt, ſed quod non ita ſtrictè ſumatur, ut وَاجِبْ patet ex diverſitate phraſis: poſſum enim dicere: نَمَازْ قِلْمَقْ اُوزَرِيمُزَه لَازِمْدُرْ eodem modo ſignificat, *preces perſolvere ſupra nos neceſſarium eſt*: ita, ut لَازِمْ ſuo modô ad ſignificatum termini وَاجِبْ

وَاجِبْ se extendat, non autem vice versa se وَاجِبْ ad significatum termini لَازِمْ se extendere potest, bene enim dicetur بَكَا اَقْچَه لَازِمْدُرْ *mihi pecunia necessaria est*, id est: *debeo habere pecuniam*, quod per وَاجِبْ non conveniret, non enim dici potest: بَكَا آقْچَه وَاجِبْدُرْ: nam ita loqui Gentis phrasi repugnat, &c. Et ab hac radice وَجَبَ descendens participium, nostræ structuræ nonæ مُسْتَوْجِبْ naturam participii وَاجِبْ sequi videtur, quia etsi de significato convenientiæ habeat, se ad necessariam convenientiam alligat, ut: صُلْح صَلَاح مُسْتَوْجِبْ آلْفَلَاحْ *Pacis status integer & necessarius est perseverantia in bono.*

كَرَكْ اُولْمَقْ autem verbum turcicum *convenire, decere & oportere* pariter, significare posse videtur. مُسَارَعَتلَه اَدَا اِيتْمَكْ كَرَكْدُرْ *cum festinatione persolvere oportet* seu *convenit*. de int. ment. حَقْ تَعَالِيَه نَازُو نِيَازْ اِتْسَه لَرْ كَرَكْدِي *Conveniebat, decebat, oportebat, ut DEO excelso propensionem & preces exhiberent.* ibid.

Est

Eſt & frequens uſus tertiæ perſonæ Modſarei arabici يَنْبَغِي *convenit, decet, oportet* : ut كَمَا يَنْبَغِي اِهْتِمَامْ اِيدَرْ *ſicut convenit, ſicut decet, ſicut oportet, deligentiam adhibet.* Hum. nam. وَيَنْبَغِي دُرْكِه شَهِرْلَرْدَه چُوقْ دِيكَه لَرْ *Conveniens eſt*, ſeu *oportet, ut in Urbibus multas* (arbores) *plantent.* de mir. mund.

مُسْتَحَقْ اُولْمَقْ *convenire, dignum eſſe, mereri.* فُلَانْ كِيمَسْنَه بُيُوكْ دَوْلَتَه مُسْتَحَقْ دُرْ *Tali cuidam magna proſperitas convenit. Talis quidam magnâ proſperitate dignus eſt. Talis quidam magnam proſperitatem meretur.* اُولْ وَقْتْ لَايِقْ وَ مُسْتَحَقْ دُرْ *illud tempus dignum & æquum eſt.*

مُوَافِقْ اُولْمَقْ *convenientem, aptum, habilem, idoneum eſſe.* وَبَابِ جُرْمُو سِيَاسَتْدَه اُولْ شَرَايِطْكِه سَلَاطِينْ تَاجْدَارَانَه مُوَافِقْ وَمُنَاسِبْ اُولَه *Et quoad mulctam & punitionem, ſint conditiones illæ quæ coronatis imperantibus convenient.* Hum. nam. Item. ibid. مَقَامَه مُوَافِقْ آثَارْ *Dignitati apta ſeu idonea veſtigia* Item: رُوزْكَارْ مُوَافِقْ اُولْنْجَه كَمِي تَمَزُو كُوزَلْ كِيدَرْ *donec ventus conveniens, aptus, idoneus, habi-*

habilis est, *navis velociter & pulchrè pergit.* Alia, quæ arabismi abundantia pro his significatis suggerere potest, usus edocebit. Constat. vid. supra de *concordantia nominis cum verbo* in Synt. pag 952. *Verba apparet.*

Dolet, v. g. *cor mihi dolet ob tuas miserias*, dicent Turcæ: سَنُكْ جَغَالرَكَهْ كُوتلمْ طَيَانمز ad verbum est: *Cor meum ad miseriam*, vel *ob miseriam tuam non nititur.* id est: *non nititur quieti*, vel *non potest pati*, ut Churem Efendi per صَبرْ ايتَمَكْ explicat.

Suppetit & supeditat, si pro suppetit ponatur, id est *in promptu est*, seu *succurrit*, Lexicographis attestantibus etiam tertiam personam numeri pluralis habet, utrique numero sub impersonali forma respondet in turcismo حَاضِرْ اُولْمَقْ *promptum esse*, sumpto اُولْمَقْ sub impersonali forma, positis affixis personarum ad rem, quæ in promptu est. v. g. آقْچَهمْ حَاضِرْدُرْ *suppetit pecunia mea* seu *in promptu est pecunia mea.* آقْچَهكْ حَاضِرْدُرْ *pecunia tua suppetit*, *pecunia tua in promptu est.* آقْچَهلَري حَاضِرْدُرْ *Eorum pecunia suppetit.* seu *Eorum pecunia in promptu est.* Quòd si pro *sufficit* sumatur, dicetur يَتْمَكْ vel يَتِشْمَكْ vel كَفَايَتْ ايتْمَكْ *sufficit.* ut: بَڭا كُونْدَه بِرْ آقْچَهكْ وَيَارِيمْ اُوقَه اَتْ يَتَرْ

vel

بَکَا کُونْدَه بِرْ آتْمَكْ وَ يَارِيمْ اُوقَه آتْ يَتِشُرْ vel
بَکَا کُونْدَه بِرْ آتْمَكْ وَيَارِيمْ اُوقَه آتْ كَفَايَتْ اِيدَرْ vel
Quotidie mihi panis unus & media libra carnis ſufficit, *ſuppetit*. Chur. Ef. Item idem per قَنَاعَتْ اِيتْمَكْ quod tamen potiùs *contentum eſſe* ſignificat. آزْ اِيلَه قَنَاعَتْ اِيدَرُمْ *mihi parum quid ſufficit*. آزْنَسْنَديَه قَنَاعَتْ آيْلَه *modicá re ſis contentus*. ſed id per incidens, cum propriè ad hanc regulam non pertineat.

Placet ſeu ſedet pro placet ſub forma imperſonali eſt خُوشْ كُوزَلْ كَلْمَكْ *benè venire* vel آيُو كَلْمَكْ *benè venire*, كَلْمَكْ *pulchrè venire*: hæc adjectiva ſeu adverbia, adjectivè ſumpta, ad كَلْمَكْ adjecta, vel affixa aſſumunt cadendo ad dativum, vel ſic manent, & pronomen abſolutum dativi caſus ſibi præponi volunt: ut: آيُومَه فُلَانْكْ سُوزِي خُوشُمَه كَلْدِي vel كُوزَلْمَه كَلْدِي vel كَلْدِي quaſi diceres Latinè: *Tale cujusdam verbum bono meo venit.* id eſt: *tale cujusdam verbum mihi benè placet*, aſt ſenſûs ratio ſubinde affixum poſſeſſivum exigit, ſed alicui ſubſtantivo adjectum: ut: فُلَانْ طَعَامْ طَبِيعَتُمَه خُوشْ كَلْدِي *Talis cibus naturæ meæ placuit*, ſeu *arriſit*. ſi perſona è pronomine primitivo deſumatur, nullo ſubſtantivo interveniente, quod ſibi affixum poſſeſſivum vendicaret, tunc adjectiva ver-

verbo كلمك adjecta, simpliciter stare solent. ut: قلانسك لطيفه سي بتا خوش كلدي *Talis cujusdam gratiosus procedendi modus, mihi placuit.*

Favere v. g. *alicui fortunam suam* de quo supra in tertio ordine neutrorū dixi, est hujus loci: ناسبي خوشمه كلور *faveo ei fortunam suam* Ich vergunne ihm sein Glück. *Gli auguro la sua fortuna*, & sic cum خوش & affixis in cæteris personis.

Restat est قالمق *restare, manere, superesse.* بزه بر شي قالماز *Nobis nihil restat, nihil manet, nihil remanet, nihil superest.* Item: باقي قالمق *residuum manere*, seu *remanere.* شول سلطنت كه سن انكك ايچنده سن احلام نايمه بكزر يعني دنيا بر فرده باقي قالماز سندن مقدم كلنلر اوزرينه نيچه دنيا كچديسه سندن صكره دخي نيچه روزكار كچسه كركدر اكركه بو دنيانك سلطنتي و دولتي شوكتي و عزتي سندن مقدم اولانلر اوزرينه باقي قلنيدي شمدي بو دولته سن مالك اولمازدك *Hoc imperium, in quo tu nunc es, somnio dormientis simile est, nempe mundus nemini restat, si â*

te præcedentibus multa ſæcula tranſiverunt, poſt te etiam multa tempora elabantur, neceſſe eſt, ſi hujus mundi imperium & felicitas magnanimitas & honorificentia ſupra Anteceſſores tuos permanſiſſet, tu nunc hoc imperio non potireris. de mir. mund. Item: بو جهان سليمانه قلمدي سكا قلامي *Hic Mundus Salomoni non ſupermanſit an tibi reſtabit* aut *ſupermanebit*. de mir. mund.

Stat idem eſt quod *in animo eſt, conſtitutum eſt*. Turcicè ſic effertur. نيت اولمق *intentionem habere*, ſed affixa ad نيت accedere debent نيتم وار *in animo meo eſt &c.* & hoc de *ſtat* imperſonaliter ſumpto: cui adnecto ſuum perſonale *ſto*, quatenus ad quintum ordinem neutrorum ſpectat, & convertitur cum *conſto* & *valeo*: dignum ſanè de quo hic agatur, cum ſuperius per oblivionem omiſſum ſit, ad quod magno etiam incitamento fuit illud Livii, *multo ſanguine hæc Victoria nobis ſtetit*, quod ſi transferatur in Turcicam, elegantium phraſium inſinuandarum occaſionem præbet. Advertendum ergo eſt, expreſſionem illam, quam latini per vocem *ſanguis* inſinuant, nil aliud ſignificare, quàm impenſum conatum in re aſſequenda: vel periculum, cui quis ad rem aſſequendam ſe expoſuit. ſi conatum, tunc eſt verbum صرف ايتمك quod rem, circa quam conatus eſt factus, in dativo, & nomen conatûs in nominativo collocari petit, ita, ut Latina hîc è Livio adducta ſententia, ſi per conatum exprimeretur v. g. *multo conatu* ſeu *labore hæc victoria nobis ſtetit*, in turcismo cadat: بو فتحه چوق همت صرف ايتدوك Ad verbum: *huic victoriæ multum conatum im-*

impendimus, ſed & cum affixis perſonarum, ut: بوفتحه همتمز بوڭا صرف ايتدوك ad verbum: *huic victoriæ conatum no-ſtrum valdè impendimus.* Quòd ſi periculum, cui quis ſe ad acqui-rendam rem expoſuit, intelligatur, ut eſt conſtructio Livii. *Multo ſanguine hæc victoria nobis ſtetit*, tunc *ſanguinis* locò apud Turcas ponendum erit جان *anima* ſive باش *caput*, cadunt in con-ſtructionem ſigillatim aut ſimul, & verbum erit فدا ايلمك *offerre*, quod pariter cum dativo conſtruitur, adjectis perſonarum affixis, ita ut prædictum exemplum Latinum ex Livio ſic cadat

بوفتحه باشمز vel بوفتحه جانمز فدا ايلدك

بوفتحه جانو باشمز فدا ايلدك vel فدا ايلدك

& huic Latinæ Livianæ phraſi hanc turcicam phraſim corre-ſpondere, non eſt dubium. ſic enim in Gem. Hiſt. دولتلو

وزير سنك يولكه باشمي وحق يولنه جانمي

فدا ايتمش ايم ad verbum: *Felix Vezire! tuæ viæ caput meum, & DEI viæ animam meam obtuli.* per hîc dictam Latinam phraſim: *Felix Vizire tibi caput & DEO anima mea ſtat.*

Inceſſit juxta Calepini doctrinam eſt *invaſit* vel *cæpit, &c.* quæ ibidem legi poſſunt, hîc ſub eo ſignificato quod dativum po-ſtulat conſideratur, ut ei Turcarum genuina phraſis opponi poſſit, ſignificandi vis in adjectivo arabico حريص *cupidus*, quod verbo

 اولمق

أولمق impersonaliter sumpto jungitur, ut: دنيا حريص
اولان آدم عبادتي ايدەمز *Cultum non facit* seu *DEO non servit, cui mundi cupido incessit*. Chur. Ef. مالە حريص اولدي
incessit ei cupido divitiarum.

Accedit. Huic Latino impersonali correspondet turcicum كلمك *venire* etiam impersonaliter sumptum ut: يا نبي
الله بن بر اولو پادشاه ايدم انسه جنه حكم
ايدردم اوچ يوز ييل دنياده يشادم اوچ يوز
قيز اوغلان ايله چفتلندم اوچ يوز بيڭ لشكر
يانمجه بلە سزدي واوچ يوز اولو معظم
شهرلر واريدي اوچ يوز شهرده اوچ يوز كوشكم
واريدي هربر كوشكده اوچ يوز جميله خاتونلر
واريدي و بونجه بكر جاريلرم واريدي هربر
شهرده كاه كاه واروب ذوق و صفا ايلردم آخر بكا
اولوم كلدي *O Propheta DEI, Ego fui magnus Rex, Homines geniosque* (Species Creaturarum medium inter Spiritus & homines, juxta Muhammedanorum opinionem) *judicabam, hoc in orbe trecentis annis vixi, cum trecentis virginibus fui copulatus, penes me simul*

simul ter centum millia militum degebant, trecentas Magnificas Urbes habebam, in trecentis Urbibus trecentas hortenses habitationes habui, in omni hortensi habitatione, trecentas formosas mulieres habui; & multas ancillas virgines habui, ad quamlibet quandoque ivi & oblectabar. tandem mihi mors accessit. de rit. rel. Nec dubium, quin id ipsum per verbum ایرشمك *pervenire* impersonaliter sumptum exprimi possit, ut: بنگا كمدن درمان ایرشه *A quo mihi remedium accedet?* vel *perveniet?*

Vacat Calepino teste idem est ac *otium est, tempus vacat*, seu *tempus habere ad aliquam rem agendam.* Modus loquendi Turcarum impersonaliter est per nomina temporis, personarum affixis juncta & per verbum اولمق affirmativum & negativum impersonaliter sumptum, ut: وقتم وار *tempus habeo*, seu *tempus mihi vacat.* وقتم دكل *non habeo tempus, tempus mihi non vacat.*

Venit in mentem, id eodem modo per turcicum كلمك *venire* impersonaliter sumptum exprimetur positis personarum affixis ad خاطر *animus, mens*, & cum dativo ut خاطرمه كلدي *mihi in mentem venit*, خاطركه كلدي *tibi in mentem venit.*

Oportere, circa hoc verbum, id specialiter observandum est, quod à verborum infinitivis مق vel مك rejiciatur & substituatur لو vel لي valetque pro modo loquendi Latinorum *oportet ut,*

ut, verbis passivis juncto. veluti *oportet ut ametur* سَوْمَلُودُر vel
اُوقُومَلُودُر *Oportet ut legatur* سَوْمَلِيدُر

QUARTUS ORDO IMPERSONALIUM.

DE *decet* & *dedecet*, quod est verbum negativum verbi *decet*, & de *oportet* in præcedente tertio ordine impersonalium dictum est. *Juvat* autem & *delectat* Calepino teste ejusdem sunt significati, cum in impersonalitatem incidit, & est apud Turcas eodem modo sub forma impersonali, sed cum dativo personæ, ut: نَفعْ حَاصِلْ اُولمَقْ *utilitatem capere.* v. g. عِلمْ اُوقُومَقْدَن بَكَا نَفعْ حَاصِلْ اُولدِي *Me scientiæ studuisse juvat.* Chur. Ef. Item idem: بُونْلَرُڭ بِرِي هِيچْ بَكَا فَايِدَه اَيْلَمَدِي *Me nihil horum juvit.* juxta Calepinum. *me scientiæ studuisse delectat. Me nihil horum delectat.* Calepini opinione tamen non obstante, in quantum *delectat* à *juvat* differt, Turcæ eodem modô impersonaliter cum postpositione دَن & affixo personarum dicent: حَظّ ايدَر *delectationem facit*, seu *delectat*. ut. سَنُڭ صُحبَتُڭدَن جَانُم حَظّ ايدَر *Animus meus conversatione tua se delectat.* Chur. Ef.

QUIN-

QUINTUS ORDO IMPERSONALIUM ACCUSATIVUS CUM PRÆPOSITIONE POST IMPERSONALE.

Quadam verba Imperſonalia ante ſe Nominativum vel aliquam orationis partem, præſertim verò infinitum loco nominativi, poſt ſe Accuſativum cum præpoſitione AD petunt.

HÆc Alvari regula, ut ex exemplis apparet, verba *attinet*, *pertinet*, *ſpectat* non tam ut verba ſuô modô poſſeſſionem ſignificantia, quam ut verba convenientiæ cum ſuperiori ſecundo ordine imperſonalium adducit, qua de cauſa, ſi ratio poſſeſſionis adeſſet, hæc per verbum *ſum* expeditur, ut: *hic liber ad me pertinet* id eſt: *hic liber meus eſt*, phraſis turcica erit بُو كِتَابْ بَنِمْ كِتَابْ بِنِمْدُرْ *hic liber, liber meus eſt.* Quod ſi à poſſeſſionis ſignificato recedant, hîc eadem erit doctrina, quæ ſupra in ſecundo ordine imperſonalium *eſt* exhibita, quam vide.

Pertinet Latinorum, cum de paſſivo imperſonali *referri* v. g. *ad quid* in ſe continet, apud Turcas, per participium arabicum مَنْسُوبْ exprimitur quod dativum regit, veluti: جَنَّتِ خَاصّ أُولْ حَقّ تَعَالَي جَلَّ شَانُهُ وَ عَلَا دِيدَارِينَهَ مَنْسُوبْ أُولِيشْدُرْ *Paradiſus particularis pertinet* ſeu *refertur ad viſionem DEI excelſi, cujus dignitas magnificata & exaltata eſt.* de illum. ment.

SEX-

SEXTUS ORDO IMPERSONALIUM
GENITIVUS ANTE IMPERSONALE.

Quædam verba impersonalia ante se ferè genitivum vel infinitum, loco nominativi, post se Accusativum postulant.

IN hoc ordine impersonalium Latinitati è turcismo, sub impersonali forma, nil opponi posse videtur, cum significata hîc ab Alvaro posita, apud Turcas sub forma personali reperiantur. Sic:

Miseret, miserescit, idem est ac misereri in primo ordine deponentium.

Piget, quasi diceres *piger est*, variis phrasibus à Turcis enuntiatur v. g. اوشنمك verbum personale, quod vel absolutè cum aliqua orationis parte, vel cum dativo verbi infinitivi reperitur, ut:

اكر اوشنمزسن بكا چارشودن بر شى كتور *si te non piget, mihi ex foro aliquid adfer.* Chur. Efend. Item ibid. بنم خدمتكارم شويله كهل دركه صو كتورمكه اوشنور *Meus famulus ita segnis est, ut eum aquam ferre pigeat.*

Item: تنبللنمك construitur cum nominativo: ut: فلان كشي هيچ ايشه ياپشمز تنبل لنور *Personam talem piget nullum laborem aggreditur, &c.* sic & كهللنمك veluti: فلان كشي هيچ ايشه ياپشمز كهل لنور *Talem quendam piget*, vel *talis quidam piger est, nullum rem aggreditur.*

Item:

Item: اوُلـمَق مُتـكاسِلْ vel اوُلـمَق مُهـيـلْ *pigere* ſeu potiùs *pigrum evadere*, conſtruitur cum nominativo, ut: بعضي مُهـيلْدُرْ vel آدَمْ ايشنده مُتكاسِلْدُرْ *Quosdam hominum in ſuo labore piget*, vel *quidam homines in ſuo labore pigri ſunt*.

Pœnitet پشيمانْ اوُلـمَق cum dativo. ut: آيْلَدُوكُمْ يَرمَزْ ايشلره پشيمانْ اوُلدُمْ *Pœnituit me factorum malorum*. ſic & نادِمْ اوُلـمَق *pœnitentem eſſe* آيْلَدُوكُمْ يَرامَزْ اشلره نادِمْ اوُلدُمْ *pœnituit me factorum malorum*. Item: نَدامَتْ چكمك *pœnitentiam* ſeu *deteſtationem rei factæ trahere*, ſeu *pœnitere*, conſtruitur cum dativo. ut: قَنـا اشلره شمدي نَدامَتْ چكرُمْ *Malarum operationum nunc pœnitentiam* ſeu *deteſtationem traho*. hoc eſt: *nunc me malarum operationum pœnitet*, ſed & cum دَنْ conſtruitur جمله كُنَاهلَرمدَنْ نَدامَتْ چكرمْ *De omnibus peccatis meis pœnitentiam traho*. id eſt: *pœnitet me omnium peccatorum*. ſeu *doleo de omnibus meis peccatis*. Item: تُوبَه ايتمك *pœnitere* ſeu potius *reſipiſcere*, aut *à peccatis reverti*, etiam cum دَنْ conſtruitur كُنَاهلَرمدَنْ تُوبَه ايدَرُمْ *pœnitet me meorum peccatorum*. aut *à peccatis meis reſipiſco* aut *à peccatis meis revertor*:

sic & تایب اولمق *resipiscentem esse.* کناهلرکدن تایب اولدک *à peccatis tuis resipuisti* سوک پشیمانلق قایده ویرمز *Ultima pœnitentia non prodest.* seu : *pœnitentia sera rarò vera* صکره غی پشیمانلغدن آصّی بولنمز *Ab ultima pœnitentia utilitas non reperitur.*

Pudet, diversis phrasibus enuntiatur, verbisve, quæ ferè semper per دن construuntur veluti : خلقدن اوتانمق *pudere* خلقدن اوتانمیان حقدن دخی اوتانمز *Quem populi non pudet, etiam DEI non pudet.* prov. خجل اولمق *pudibundum esse.* بن فلان کیمسه‌دن خجل اولدم *Talis cujusdam me puduit.* Chur. Ef. خجالت چکمک *pudorem pati* سندن خجالت چکدم *puduit me tui.* شرمنده اولمق vel شرمسار اولمق *pudibundum evadere*, ut : ناسزا سندن شرمنده اولدی vel شرمسار اولدی *Eum suarum indignarum operationum puduit.* Item: حجاب چکمک vel ایتمک ab arabica radice حجب *obvelavit* : ita ut حجاب چکمک *obvelationem pati* significet:

cet: significatum proprium, ab effectu pudoris desumptum: is enim, quem rei alicujus pudet, absconditus & obvelatus esse cupit, metaphoram hanc pro *pudorem pati* Turcæ capiunt, & cum دَنْ construunt. ut فُلَانْ كِمْسَنَه خَلْقْدَنْ حِجَابْ ايدَرْ vel حِجَابْ چكَرْ خَلْقْدَنْ *hunc talem populi pudet.* hinc حِجَابِي اُولْمَقْ *suum pudorem habere.* بِزْدَنْ حِجَابِي وَارْدُرْ *pudet eum nostri.* حِجَابْسِزْ اُولَانْ آدَمْ دُرْلُو دُرْلُو فَسَادْ ايشْلَرْ *Homo, quem nullius rei pudet, varia scelera operatur.* Chur. Ef. Item idem كُنَاهْدَنْ حِجَابْدَه قَالْدُمْ vel كُنَاهْدَنْ مَحْجُوبْ اُولْدُمْ *peccati me puduit.* Dicitur & عَارْ اَيْلَمَكْ vel عَارْ چِكْمَكْ *pudere* cum دَنْ construitur بُو حَالِنْدَنْ زِيَادَه عَارْ اَيْلَدِي vel بُو حَالِنْدَنْ زِيَادَه عَارْ چِكْدِي *Eum hujus sui status valdè puduit.* de mir. mund. Item & عَارْ كَلْمَكْ *pudorem venire* cum dativo personæ & nominativo rei construitur. ut: بُو حَالْ بُو قِيزَه قَتِي عَارْ كَلْدِي *hujus status hanc valdè Virginem pudebat.* de mir. mund. Item: حَيَا اِيتْمَكْ cum دَنْ construitur. ut: كِنْدَنْ سُويْلَدُو

حَيَا ايتدي *pudebat eum sermonis sui.* Item: مَذْكُورْ قَاضِي
عَسْكَرْ حَافِظْ مُحَمَّد نَامِيلَه بِنَامْ ايدي اَمَّا
اَفَنْدِيمُزْ شُولْ مَرْتَبَه اَهْلِ عِلْمْ ايديكه
تَعْبِيرِينْ اَدَا ايتمكه قَادِرْ دَكْلِمُزْ اَلْحَقْ جُمْلَه
كُتَّابْ وَرَئِيسْ وَ تَذْكِرَهجِي كَنْدُوسِي يَانِنْدَه قَلَمْ
چَالْمَغْ خَوفْ وَ حَيَا ايدَرْلَرْدي *Commemoratus Judex Exercitus nomine Hhafiz Muhammed cum nomine fuit* (celebris fuit) *Verumtamen Dominus noster ita doctus fuit, ut ejus existimationem exprimere non valeamus. verè Scribas omnes, Scribarum Præfectum* (Cancellarium) *& commemorationum Scribam* (Registratorem) *ad latus ejus calamo uti pudebat, & timebant, &c.* Gem. Hist.

Item: اِسْتِحْيَا ايتمك *pudere* construitur eodem modo cum دَنْ ut بُونْلَرْدَنْ اِسْتِحْيَا اَيْلَيُوبْ مِسْكِينَهنَكْ بَكْزِي قِيزَارْدِي *Illorum eam pudebat, & paupercula vultus erubuit.*

Tædet, à *fastidire* seu *nauseare* nullô modô differre videtur. qua de causa in Calepino Latino-turcico, *fastidire* & *nauseare* inspiciendum est. اُوصَانْمَقْ pro *tædere* sumi potest, quod cum دَنْ construitur. ut: جَانُمْدَنْ اُوصَانْدُمْ *tæduit me anima mea.*

mea. Chur. Ef. Item: بزمك cum دن pariter دردم بنم

چوقدر جانمدن بزدم *Multas afflictiones patior, taeduit me anima mea*. Chur. Ef.

De impersonalibus vocis passivæ vide in verbis simplicibus structuram verborum passivorum.

De constructione structurarum à verbis emanantium.

De constructione harum structurarum agitur, ut cognoscatur, in quo structura ratione constructionis à suo simplici recedat.

De constructione structurarum simplicium.

Structuræ minùs Latè sumptæ suorum simplicium verborum casum admittunt, v. g. قاچمق *fugere* verbum simplex cum دن postpositione construitur. ut: طاوشان تازيدن قاچار *Lepus à cane venatico fugit* in sua prima structura strictè sumpta, قاچنمق *semetipsum fugæ committere*, quod est *subtrahere se, abstinere se* cum postpositione دن pariter vult construi. ut: گناهلردن وجمله الله تعالىنك نهي ايلدوكي شيلردن قاچنمق *A peccatis & ab omnibus rebus, quas DEUS Excelsus prohibuit, fugere*. seu *se substrahere*. Chur. Ef.

Par ratio in secunda structura strictè sumpta v. g. باقمق quod dativo gaudet. ut: بكا باقدي *me aspexit*. in sua secun-

da

da ſtructura ſtrictè ſumptâ eodem cum caſu conſtruitur. ut: بربرينه باقشدي *unus alterum conſpexit.*

Structura latiùs patens eſt paſſiva, de qua, in conſtructione verbi paſſivi dictum eſt.

Structura latè patentiſſima eſt tranſitiva in alium, de forma activa, quæ accuſativum expetit, nullum eſt dubium, quin & in hac ſtructura accuſativum ſive apertum ſive occultum expetat, dicitur, v. g. in ſimplici خطّ شريفي اوقودي *lineam nobilem* (literas regias) *legit*. & in hac ſtructura خطّ شريفي اوقوتدي *lineam regiam legere fecit*. Gem. Hiſt.

Hæc ſtructura tamen id habet ſpecialitatis, quòd omne verbum cujuſcunque demum ſit generis, aut ordinis, etiam ad hanc ſtructuram cadat, & ſemper verbum activi generis evadat, & caſum accuſativi ſibi vendicet. v. g. *ire* كتمك verbum neutrum primi ordinis, qui caſui nominativi adhæret, ut: آتم كيدر *Equus meus ambulat, it*, In hac ſtructura cum accuſativo conſtruetur, ut: آتومي كيدردم *Equum meum ire feci.* Sed penes accuſativum hunc & alium caſum verbi ſui originalis conſervat, ut: قويودن صو چيقارمق *è puteo Aquam extrahere* ſeu *haurire*. Chur. Ef. & in ſtructura hac بني يولدن چيقارتدي *me à via extrahere* ſeu *aberrare fecit.*

Structura negativi verbi, radicalis ſimplicis verbi caſum ſervat. ut: بر فرد بو حكمتك سرني بلمز *Nullus hominum hujus myſterii arcanum novit.*

Par

Par ratio ſtructuræ cùm impoſſibilitate negantis. ut: بو مصلحته چاره بولدوق *huic negotio remedium invenimus.* آڭا ظفر بوله مزلر *hoc ſuperare non poſſunt.* ita & verba poſſibilitatem actionis exprimentia.

De conſtructione ſtructurarum mixtarum.

Nullum ſanè dubium, quin & hæ ſtructuræ, ſuorum verborum ſimplicium caſus, ſibi vendicent, ut hîc paulo ante exhibitum eſt. بولمق *invenire* ſimplex cum dativo conſtruitur. ut: بو مصلحته چاره بولدوق *huic negotio remedium invenimus.* In ſtructura ſimplici آڭا چاره بوله مزلر *Huic rei remedium invenire non poſſunt.* & in ſtructuris mixtis شمدي وزير اعظم كلدي سني آڭا بولشدره يم *Modò ſupremus Vizirius venit. faciam, ut te ſimul cum illo invenias.* id eſt, ut nos loqui ſolemus: *faciam te habere audientiam.*

De conſtructione verborum à nomine promanantium.

Verba à nominibus promanantia juxta ſignificati rationem nunc activi, nunc paſſivi, nunc intranſitivi generis ſunt, ſi ad activi generis ſignificatum cadunt, accuſativum exigere videntur. ut à يول *via* يوللامق ferè ut Italicum *inviare* latinè *aliquem expedire.* v. g. ايلچيمزي يوللادوق *Legatum noſtrum expedivimus.*

vimus. ex lit; hinc passivum يزدن سزه يوللانلش *A nobis ad vos expeditus fuit.* Gem. Hist. sic & in Neutris, ut: چيچكلنمك *florescere à* چيچك *flos*, ut verbum neutrum, neutrorum more construitur. ut: اوّل بهارده آغاجلر چيچكلنور *Invere arbores florescunt.*

Ut apud Latinos quædam verborum formæ habentur, quorum una est inchoativa, alia perfecta, alia meditativa, alia frequentativa, alia diminutiva, præscindendo à forma perfecta, quæ cognita & currens est, habent & Turcæ verborum varias formas, quarum una est. افعال مقاربه *Verba propinquitatis* nostris inchoativis similia, quorum forma est actionis præcipuæ verbum ad dativum infinitivi collocare, adjiciendo illi verba proximitatis ut: ياقلاشمق *appropinquare* quod conjugabilitati subjicitur, manente præcipuæ actionis verbo in sui infinitivi dativo, ut: زيد چقمغه ياقلاشدي quasi diceres: *Zeidus ad exeundum appropinquavit.* vel locò ياقلاشمق باشلامق vel زيد چقمغه باشلادي incipere veluti: شروع ايلمك *incipere* veluti: vel زيد چقمغه شروع ايلدي *Zeidus exire incepit.*

Meditativo Latinorum correspondere videtur omne verbum, cui Turcæ particulam اشته præponere consueverunt, veluti: اشته اويوزغنورم *ecce dormito*, id est: *dormiturio.*

Fre-

Frequentativo Latinorum autem convenire videtur omne verbum, cujus præcipua actio ad tertiam personam singularis præsentis temporis modsarei dicti collocatur, & sine alia inflexione permanet, cui postponitur verbum یاتمق *jacere*, vel طورمق *stare* & conjugantur, ut: کزر طوررم vel کزر یاتورم quasi diceres *it jaceo* aut *it sto* id est *ito* ab *itare*.

Diminutivæ formæ Latinorum apud Turcas per آز *parum* diminutionis particulam correspondendum videtur. ut: صوره صوره آز ایچمك *sorbendo sorbendo parum bibere*. id est: *sorbillare*.

De constructione structurarum verborum compositorum.

Verborum compositorum structuræ, quia quoad suarum structurarum formationem à simplicibus differunt, advertendum est, quod primæ duæ structuræ strictè sumptæ sine imutatione verbi auxiliaris fiant, quod ut simplicia verba considerentur, & casum eundem regant; passiva passivè construantur, & transitiva in alium, habent se ut transitiva verborum simplicium v. g. in simplici: بلایه صبر ایدرز *tentamen* seu *infortunium patimur*, aut *sufferimus*. مشقت و بلایه تحمل ایتمك *miseriam tentamenque sufferre* aut *sustinere*. & in hac structura transitivorum in alium قیغیرلق آدمی چوق بلایه صبرو تحمل ایتدررر *Paupertas hominem calamitatem pati & sufferre facit*. Chur.

Ef· Negativæ ſtructuræ, & cum impoſſibilitate negantes, & actionis poſſibilitatem exprimentes, ſunt ejusdem rationis in caſuum regimine, cum ſuis ſimplicibus.

DE COMMUNI OMNIUM VERBORUM CONSTRUCTIONE.

Ea, quæ Genitivum communem ſeu ſtatum in loco, motum ad locum, motumve de loco & per locum reſpiciunt, diſtinctè tractata reperies ſupra in Gram. tract. 5. part. 1. cap. 1. & 3. de quibus ut hîc aliquid dicamus, nil ſupereſt.

DATIVUS COMMUNIS.

Quodvis verbum admittit dativum ejus perſonæ, in cujus gratiam, commodum, vel incommodum aliquid fit. Et id ipſum in turciſmo contingit. v. g. آيو يعز ايدرسك كندو نفسكه ايدرسن كم يعز ايدرسك كندو نفسكه ايدرسن

Si bonum opus feceris, animæ tuæ (tibi ipſi) *facis, ſi malum opus feceris, animæ tuæ* (tibi ipſi) *facis.*

ACCUSATIVUS VEL ABLATIVUS COMMUNIS TEMPORIS.

Tempus Ablativo vel Accuſativo caſu effertur, ſi per quamdiu *fiat interrogatio.* Hac in regula apud hanc Gentem diverſis cum reflexionibus procedendum eſt, ſi fiat interrogatio per *quamdiu*, nominativo uti videntur, veluti: دكز اولنور كه نوشروان يوز

يوز يتمش يريمز موتندن صكره آني مزارندن

اخراج ايتدردي *Commemoratur quod poſt Nuſchirvani mortem centum ſeptuaginta & uno anno eum è monumento ſuo extrahere, fecerit.* de mir. mund. Item ibid. بر آدم بيك ييل عمر

سورسه *Si homo quidam mille annis viveret.*

Non obſtante tamen interrogatione *quamdiu*, Latini ipſi in expreſſione ſpatii temporis, etſi eam accuſativo vel ablativo exprimere poſſent, nonnunquam tamen per præpoſitionem *per* vel *intra* vel ipſum ſubſtantivum *ſpatium* exprimunt, tali in circumſtantia Turcæ poſtpoſitionem ده temporis computui poſtponunt. veluti: ينا سندن صكره نقش و تزييني يدي

يلده ترتيب اولنمش *Poſt ejus ædificationem pictura & exornatio ejus per* vel *intra ſeptem annos* vel *ſeptem annorum ſpatio diſpoſita fuit.* de mir. mund.

Aliquando hoc ipſum tempus apud Turcas concurrente termino arabico مقدار *quantitas* hoc loco *ſpatium*, ſub ratione regulæ *Quotieſcunq;* turcicæ cum genitivo occulto exprimi ſolet. v. g. بيك ييل مقداري عالمي طواف ايده لر

Mille annorum ſpatio, mundum circumibunt, Col. Isl.

ACCUSATIVUS VEL ABLATIVUS COMMUNIS SPATII.

Cuivis verbo apponi poteſt Accuſativus qui diſtantiam ſignificet. Interdum Ablativo ſcriptores utuntur. Apud Turcas, Nominativus in uſu eſt. بِرْ جَامِعْ وَارْدُرْ كِه مِثْلِي وَجْهِ آرْضدَه يُوقْدُرْ اُوزُونِي يُوزْ ذِرَاعْدُرْ وَ عَرْضِي سَكْسَانْ ذِرَاعْدُرْ *Delubrum eſt, cujus ſimilitudo ſupra faciem terræ non eſt, longitudo ejus centum cubiti, & latitudo ejus octoginta cubiti ſunt.* de mir. mund.

ABLATIVUS ABSOLUTUS.

Quibuslibet verbis addi poteſt Ablativus abſolutè poſitus. Ablativus iſte Latinus vel eſt à ſubſtantivo vel à participio, ſi à ſubſtantivo, Turcæ poſtpoſitione ايلَه ſubſtantivo poſtpoſitâ illud exprimunt, v. g. *conſenſu tuo hoc factum eſt* بُونَسْنَه سَنُڭ رِضَاڭ ايلَه اُولْدِي

Hic ablativus abſolutus Latinorum ſubinde ſolum verbum finitum in ſe continet, & tali in circumſtantia adjectivum latinum in ſubſtantivum reſolvendum, illique perſonarum affixa cum poſtpoſitione ايلَه addenda erunt, & conſtructio ſic inſtituenda erit: بُونَسْنَه مَعْرِفَتُمْ ايلَه اُولْدِي *Mea cum cognitione hoc factum*

factum est: id est: *hoc, me conscio, factum est.* شُو مَكْتُوبِي مَعْرِفَتُمْ ايلَه أُوقُودِي *Me conscio hanc Epistolam legit.*

Aliquando hic idem ablativus particulam *cum* adverbialiter sumptam in se continet, veluti: *Me inscio scripsit*, id est: *cum ego nescirem, scripsit.* Turcæ hac in circumstantia, ablativum absolutum latinorum, ex adjectivo constantem ad substantivum transferunt, cui affixa personarum adjungunt, & verbum ad gerundium in كَنْ vel ad verbalem dictionem in وُبْ collocant, ut: خَبَرُمْ خَبَرُمْ أُولْمَيُوبْ يَازْدِي vel يُوغِيكَنْ يَازْدِي *Me inscio scripsit.*

ABLATIVUS INSTRUMENTI

Causæ, modi, actionis.

Quævis Verba Ablativum admittunt significantem instrumentum. Turcæ ايلَه adjiciunt: ut *Chalybeo scalpello fodere.* dicunt illi: *cum chalybeo scalpello fodere.* كُومُشْ آلْتُونْ وَ بَاقِرْ أُوزَرِنْدَه كِي نَقْشْ پُولَادْ قَلَمْ ايلَه قَازَارْلَرْ *Imagines, quæ sunt supra argentum, aurum, & cuprum, chalybeo calamo fodiunt.* Sequitur: *Aut causam, propter quam aliquid fit.* & hoc ipsum per ايلَه institutendum est. قِشْلَامَقْ شَرْطِيلَه نَمْچَه چَاسَارْ ايلَه تَرْكِ جَنْكُو جِدَالْ قُولْمُزْ أُولْدِي *Hybernandi conditione cum Cæsare Germanorum derelictio-*

nis

nis pugnæ & altercationis (induciarum) *stipulatio facta est.* ex lit. & additur: *Aut modum, quo aliquid fit.* Et hîc postpositione ايله utendum est: بولمكي بو طريقله دوشمانه بر ايش ايديدك *Utinam hoc modo hosti negotium facessere-mus.* Gem. Hist. Et actionis expressio fit pari ratione, ut: آچلق ايله اولدرمك *fame interimere.*

ABLATIVUS EXCESSUS.

Cuivis verbo adjungi potest ablativus rei, quâ excessus significatur. hac in circumstantia Turcæ alium loquendi modum habent: construunt enim comparativorum more, excessumque significanti nomini ده postpositionem addunt, veluti: علمده عمروي زيددن افضل طوتارم *In scientia Omarum Zeido præstantiorem teneo.*

ABLATIVUS PRETII.

Qualibet verba Ablativum (apud Turcas Dativum) *admittunt significantem pretium.* ut: صوصغر دريسنك اعلاسي يوز اوتوز آقچه يه اوسط يوز يكرمي ادناسي يوز آقچه يه اولا *Bubali pellis præstantior, centum & triginta nummis, mediocris qualitatis centum & viginti, inferior centum nummis fit.* Can. Ottom. cætera vide in secundo ordine Activorum.

De

De constructione verbi subintellecti.

In constructione verborum compositorum id accidere solet, ut in uno eodemque orationis cursu de eadem re, auxiliare verbum omittatur, solâ nominis parte permanente, si sequens verbum compositum, ejusdem rationis auxiliare habuerit. tali in circumstantia, etsi auxiliare verbum absit, solum nomen in ratione regiminis, se ad regimen ita habet, ac si verbum ipsum adesset: quod locum non habet, si auxiliare verbum unius ab altero sit differens: ponamus, v. g. كوش طوتمق *aurem præbere* seu *auscultare*, quod dativum regit امتثال ايتمك *obedire*, quod dativum amplectitur, & اجتناب ايتمك *cavere*, *abstinere*, quod cum postpositione دن construitur. كوش طوتمق ergo, propter sequens امتثال ايتمك suum auxiliare طوتمق non rejicit, quia dissimile est sequenti, non obstante quod utrumque verbum compositum dativum regat, at è contra امتثال ايتمك propter sequens اجتناب ايتمك suum auxiliare ايتمك omittere potest, quia verbum auxiliare ايتمك utrique commune est, etsi casuum regimine inter se discrepent, exemplum supra hanc doctrinam sic se habet: حق سبحانه وتعالى

حضرتينك بيوروغنه كمال يقين يرنده كوش طوتوب

امر

أَمْرِ شَرِيفِنَه إِمْتِثَالْ وَ نَهْيِ آيْلَدُوكي نَسْنَه‌لَرْدَنْ

اِجْتِنَابْ آيْلَيَه *Majeſtatis glorioſi & Excelſi DEI mandatis aures in gradu veræ perfectionis præbeat, nobili ejus præcepto obtemperet & à rebus quas prohibuit abſtineat.* de mir. mund.

De regimine verbi in oratione non exiſtentis.

Poteſt aliquando verbum in oratione omitti, ejusdem autem regimen expreſsè poni, ſenſus qualitas autem, verbi omiſſi ſignificatum exhibet. veluti: يَا أَبَا الْفُقَرَا يَا أَبَا الْمَسَاكِين

اِشْتَه آچْلِغْدَنْ قِرِلْدُوكْ أَكْمَكُكْ اَلْلِّي دِرْهَمِي

اِيكي آقْچَه‌يَه دَخِي وُجُودِي يُوقْ *O Pater pauperum! ô Pater miſerorum! Ecce fame fracti ſumus, quinquaginta drachmæ panis duobus nummis. nec ejus exiſtentia eſt.* Gem. Hiſt. deeſt *venditur* item: اِيكي دِرْهَم أَكْمَكْ بِرْ آقْچَه‌يَه أَتْ وَقِيَه‌سِي

يُوزْ آقْچَه‌يَه بَيْگِيرْ اَتِينِكْ وَقِيَه‌سِي أَلْتْمِشْ

آقْچَه‌يَه طُوزْ أُوقَه‌سِي يُوزْيِگِرْمِي آقْچَه‌يَه سَادَه

يَاغُكْ أُوقَه‌سِي بِيكْ أَلْتِي يُوزْ آقْچَه‌يَه بِرِنْج

دِيرْسَكُزْ نَامِي نِشَانِي يُوقْدُرْ *Duæ drachmæ panis uno denario, una Oka carnis centum danariis. Oka equinæ carnis ſexaginta denariis, una Oka Salis, centum & viginti denariis, una Oka puræ pinguedinis* id eſt Butyri *mille ſexcentis denariis, ſi orizam dicitis, nec nomen nec ſignum adeſt.* lit. de obſidione Baghdad vulgo Babyloniæ. *Nota per incidens Oka, ſunt* (2. ℔. ¼.) *Viennenſes libræ.* Ver-

Verbum quod in uno orationis membro deest, per verbum quod in sequenti est, conjecturandum & supplendum est, veluti:

دليله اقرار وكوكليله كرچكلمكدر *linguâ confessio* (confiteri) *& animo confirmare.*

CONSTRUCTIO VERBI INFINITI.

Verba infinita, eosdem post se casus postulant, quos finita. In turcismo hac in parte majori reflexione opus est, supra in Gram. cap. 13. tract. 2. qua ratione infinitivus in nomen evadat, & in tract. 4. cap. 2. ad quas phrases & loquendi modos, aliqua cum mutatione se extendat, visum est, exempla autem illa quibus id quod grammaticale est stabilivi, & id quod syntacticum est stabilire valent. Ex supposito igitur infallibili, quod apud Turcas infinitivus ipse regatur, pars illa quæ reget in hîc citato capite tract. 4. p. 2. cap. 2. per omnes modalitates (ut contemplanti patebit) exhibetur, quod autem regatur, ex hîc annexis exemplis colligetur: veluti: صبر ايتمككك اصلني سكا بلدريم *patientiam facere* (faciendi) *fundamentum tibi significabo.* de illum ment. Latini dicerent: *patiendi fundamentum &c.* ratio genitivi est regula *Quotiescúnq;* item: لسان فصيح ايله كندويي تعريف ايدوب بو ابياتي اوقومغه باشلادي *Eleganti lingua se declaravit, & hac carmina legere capit.* اوقومغه ab اوقومق dativi casus propter verbum باشلامق Dativum regens.

 Pars

Pars nominalis verbi compositi, absente etiam suæ compositionis auxiliari, casum sibi proprium regit ut دَرْگَاهْ مُعَلَّالَرِينَه إِظْهَارْ إِيچُونْ *Propter* vel *ob significandum excelsa Porta* & regitur ab alio verbo, si eodem in sensu immediatè sequatur ut هِيچْ بِرْ وَجْهِلَه بُونِي مَنْعَه قَادِرْ آولْمَادِي *Nullo modo hoc inhibere potuit.* مَنْعْ إِيتْمَكْ *inhibere* accusativum petit & قَادِرْ أُولْمَقْ *posse* dativum poscit.

Infinitivus in abstracto sumptus, verbi à quo abstractum est, casum postulat, & regitur ipse à se sequente verbo ut: بَتْلَنْ إِسْتَوَانْ دُوسْتُكُزُكْ تَعَدِّي وَ تَجَاوُزِينْ مَنْعْ إِيتْمَكَه سَعْي إِيتْمَهْمُزْ مُقَرَّرْدُرْ *Ad arcendas hostilitates & injurias Stephani Bethlen Amici vestri, diligentia nostra certa est.* مَنْعْ إِيتْمَكَه est dativus & سَعْي إِيتْمَهْمُزْ infinitivus abstractus qui regit, & quod regatur خَلَاصْ أُولْمَامُزَه سَعْي جَمِيلَكُزْ أُولَه *Ad liberationem nostram vestra diligentia sit decora* ex lit. خَلَاصْ أُولْمَامُزَه est dativus qui regitur à sequente سَعْي Item: آنَّا بُو وَجْهِلَه يُورُومَكِي آسَانْ إِيلَمِشْدُرْ *Illi hoc modo itionem facilitavit.* de mir. mund.

mund. *itio* seu *ire* يوروُمكي accusativus expetitus ab آسان آيلمكى *facilitare.*

De Gerundiis & supinis superius in gramm. tract. 4. part. 2. cap. 3. ita exactè tractatum est ut quid quid de iis etiam syntacticè dici non possit cum ibidē sufficienter fuerit explicatum. Id tamē notaveris, quod observatio in hic citato capite tertio dicta, per unius solius verbi repetitionem exhibeatur, sed & in per pluribus verbis continuatè positis contingere potest. veluti: قونا كوچه و ييه ايچه صاحب السرير پادشاهنه واصل اولديلر *Divertendo, pergendo & comedendo bibendo ad Regem throni Possessorem pervenerunt.* de mir. mund. Notandum pariter quod, ut apud Latinos substantivum verbale pro Gerundio in *di* capi potest, apud hanc Gentem pariter arabicum masdarum, gerundii Latinorum in *di* loco capi possit. veluti: اول ايكي مَحَلّ كه شهر بند مذكورك مدخل و مخرجيدر *Illa duo loca quæ sunt ingressus & exitus commemoratæ circumcinctæ Urbis.* Latini dicerent: *duo illa ingrediendi & exeundi loca, &c.* Et verbales dictiones in وب hujus loci, esse possunt. veluti: يبوب ايچركن تاتاه خوارزم ولايتنك آب هواسن و فضاسن غايت ايله مدح ايلدي *Comedendo & bibendo ex abrupto regionis Chouarezmiæ aquam & aërem* (temperiem) *& ejus aquam fluentem laudavit*, de mir. mund.

DE PARTICIPIORUM CONSTRUCTIONE.

Participia eosdem casus habent, quos verba, à quibus proficiscuntur.

Juxta hanc ipsam regulam Turcæ operantur, & cum è fundamentis grammaticalibus clarum evaserit, Arabum, Persarumque participia, & apud Turcas locum habere id ipsum & de iis juxta turcismi regulam dicendum est. v. g. Ex turcismo بيشدن صقنان كرو قالانلردن دخي صقنا بلور *se abstinens à quinque, & à remanentibus se abstinere potest.* Col. Isl. ex arabismo, juxta turcismum غزايه راغب و جهاده طالب اولماغين *Cum esset pupnam expetens, bellumq; pro religione desiderans.* Ex persismo juxta turcismum عهدو پيمان راحت رسان *pactum est fœdus quietem adferens.* Sic & in participiis turcicis præteriti temporis, ut: اول نداي شمدي ايشتمش كبي در *Ac si modo vocem illam audiens fuisset.* Et hæc ipsa participia quatenus ad vim nominalem transferuntur ab aliis verbis, demum reguntur, ut: طوار آلاني تاديب ايدهلر *Pecudes accipientem puniant* Can. Ottom. قاضي يه دعوت ايلديلر

بويلّه ديسه آيلّمنه *Citanti ad Judicem si taliter dixerit.* de mir. mund. & ex arabismo. بو ظالمي اورايه دعوت

ايدهلم *Hunc injuriantem illuc citemus* de mir. mund. Item ibid.

وآنلك بو معقوله قبايحندن خلاص اولاسز

Et ab his dictis ejus sceleribus liberi sitis. & ex persismo

اجلال كيتي ستاني برله توجه عالي بموروب

suæq; orbem expugnantis magnificentiæ unà, profectionem excelsam imperavit. Hist. Suleim.

Incidit subinde & participium *futuri temporis*, quo & pro futuro participii & pro futuro modi indicativi uti solent in يسر terminans, cui verbi اولمق indicativus adjicitur veluti:

سندن عظمتلو وهيبتلو اوليسردر وجميعا وحوش و طيور انس جن و ديو پري دلني بليسردر و جملةسي مطيع فرمان اوليسرو تختني يير كتوروب شرقه غربه برساعتده واريسر كليسردر *Te Major magisve pavendus futurus, & universim Quadrupedum, avium, hominum, dæmonum, Spirituum, geniorum linguas noscet, & omnes ejus mandato parebunt, thronúmque ejus ad Orientem ad Occidentem intra horam venti portabunt, ibunt & venient.* De cura equorum.

De

De adjectivo seu participio Persico پَذِيرْ

پَذِيرْ Nomen adjectivum quoddam persicum Golio & Castello testibus, in compositione, usurpatum à پَذِيرُفْتَنْ *accipere peculiariter in bonam partem*, & à Turcis in terminis compositis usitatum, quod apud nos Latinos participialiter sumi posse videtur, & *accipiens* seu *suscipiens* significabit, veluti; زِينَتْ پَذِيرْ ornatum accipiens, capiens, suscipiens. صَفَا پَذِيرْ *puritatem suscipiens.* صُورَتْ پَذِيرْ *formam suscipiens.* فَنَا پَذِيرْ *corruptionem suscipiens.* خَلَلْ پَذِيرْ *imminutionem suscipiens.* پُوزِشْ پَذِيرْ *excusationem suscipiens.* An turcicis terminis jungi possit, non crediderim.

TRA-

TRACTATUS SYNTACTICUS EXTRAORDINARIUS.

De conſtructione masdari verbi ſimul & nominis in ſe continentis.

HOrum masdarorum originales formationes ſunt ab Infinitivo in مَق Syllaba converſa in دُوقْ vel دُقْ & in مكْ Syllaba converſa in دُوكْ vel دُكْ phraſis in ſe Indicativi præſens, imperfectum, perfectum & plusquam perfectum continens. مَق item dat futurum جَقْ & مَكْ dat futurum جَكْ Phraſis hactenus ingeniorum laqueus appellanda. Meninskius illam ad participia collocavit, ſed paſſivè, dicebat enim Gram. ſuæ pag. 84. سودك *Sevvduk amatus*, *videtur paſſivum* aſt hallucinatio tenebris ipſis tenebroſior. Vir bonus falſo ſuppoſiro laborans, dicebat hoc eſſe participium paſſivum, cum manifeſtiſſime activæ vocis ſit participium. Aſt ut verum fatear, & ego pluribus annis & etiam cum in Turcia verſarer, hac in opinione hæſi: hæc omnia eſſe participia, donec tandem Anno 1700. Ibrahim Baſſa ab Ottomanica Porta ad Cæſaream Romanorum Majeſtatem Legati, hic Viennæ una ſe cum exiſtens Muſtius ſeu legum Interpres & Judex Aaly Raghib Effendi me in falſo ſuppoſito verſari docuerit, qui dictiones has nullomodo participia, ſed masdara prædicta verbi tempora in ſe continentia eſſe, me edocuit. Hoc ſtabilito ſuppoſito, mihi regula & uſus regulæ poſt factas reflexiones in forma prodiit & animadverti, exempla à me adducta Tract. 4. part. 2. cap. 5. pag. 610. & 617. ſic interpretanda fuiſſe:

بو بر ایکی کونلجکی عمرومزده سهل زحمتیله
و آزاجق بهاایله اول دولو دولو آنواع
دولتلري و نعمتلري کوزلر کورمدوکی و قولاقلر
ایشتمدکی وکوکلرده کچمدکی سعادتلري تحصیل
ایدوب قزنمغه بجون فرصت و رخصت ویردي

Hac una aut alterà diecula in vita noſtra levi moleſtià & exiguo pretio, varias illas & diverſas felicitates & gratias quæ oculorum non fuerunt viſio, neque aurium fuerunt auditio, neque per corda fuit penetratio id eſt quas oculi non viderunt, neque aures audiverunt, neque per cor tranſierunt, *beatitudines manifeſtas fecit & lucrandi gratià occaſionem & facilitatem dedit.* & in جق vel جکی veluti: دوکانلر بزنجکی نسنه‌لر *& quædam officinarum exornationes futuræ* de mir. mund. Masdaris his ſine affixis rarò utuntur, cum affixis autem ſummopere, qua de cauſa tractatum hunc aggredimur.

Obſervationes prærequiſitæ.

A radice صدر Arabum *promanavit* مصدر *locus unde quid emanat, ſcaturigo*, Grammaticis *infinitivus* ſeu *nomen actionis* derivatur, hujusmodi nomina hac in lingua & in arabica & in perſica plura dari res eſt manifeſta, & à Latinorum nominibus actionis ſeu infinitivi non ſeparata. Aliud eſt hoc masdarum de quo eſt quæſtio, quod duplex eſſe reperitur: præſentis ſcilicet imper-
fecti

fecti perfecti & plusquam perfecti: unum quod in دوق vel دوكَ & futuri quod in جق & جك terminatur, ut supra dictum est. quodvè sic describi potest: *Masdari unius formæ præsens cum præteritis, alterius formæ futurum in se continens, in concreto significans, affixorum ope numerum & personas subdistinguens, cujus interpretatio nominalis aut verbalis esse potest.* His prædicatis stat differentia inter hoc & alia masdara. Masdara item hæc de quibus agimus, se nunc extensive habent, subinde pro masdaris in مه stare possunt, & strictim sumpta, Relativum substantiæ, Relativum accidentis & Redditiva occultè involvunt. Adverte autem, quòd in ق terminantia affixis accedentibus ق in غ convertant. Sic أولمق dat أولدوق cum affixo أولدوغم & ab أولاجق fit أولاجغم. Hujus masdari omne verborum genus capax esse potest. Hocve masdarum ut verbum regit, & ut nomen à verbo regitur. Declinatio juxta affixorum terminationem instituenda.

De masdaro se extensive habente.

Stabilità forma masdari, de quo agimus, illius eadem est ratio, quæ aliorum substantivorum, quæ, ratione sic exigente, cum declinabilitate se per alias orationis partes syntacticè hinc inde extendunt. veluti:

Præsens & perfectum cum vi nominativi.

Sing.

بس بونلره سؤال ايتدوكم *Ergo ad hos interrogatio*

 mea

mea id est: *hos interrogo* vel *interrogavi* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ
ايتْدُوكُكْ *Ergo ad hos interrogatio tua*, id est: *hos interrogas*
vel *interrogavisti.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ ايتْدُوكِي *Ergo*
ad hos interrogatio ejus, id est: *hos interrogat* vel *interrogavit.*

Plur.

پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ ايتْدُوكُمُزْ *Ergo ad hos interrogatio*
nostra, id est: *hos interrogamus* vel *interrogavimus.* پَسْ بُونْلَرَه
سُؤَالْ ايتْدُوكُكُزْ *Ergo ad hos interrogatio vestra*, id est: *hos*
interrogatis vel *interrogavistis.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَال ايتْدُوكْلَرِي
Ergo ad hos interrogatio eorum, id est: *hos interrogant* vel *hos inter-*
rogaverunt. & sic de cæteris veluti: سَنُكْ يَدُوكُكْ وَايچْدُوكُكْ
قَنْدَنْدُرْ *tua comestio & tua bibitio unde est*, id est: *unde tuum*
comedere & tuum bibere, vel *unde id quod comedis & id quod bibis?*
صُوزُوكَه ايناَنْمَمْ ديدُوكُكي اِثْبَاتْ آيْلَه *Verbo tuo*
non credo: *dictionem tuam*, seu *id quod dicis* aut *dixisti proba.*
اِسْتَدُوكُمْ بُو ايدي *Volitio mea hac fuit.* vel *velle meum hoc*
fuit. vel *id quod volo* aut *volui id fuit.*

Mas-

Masdarum futuri cum vi Nominativi.

Sing.

پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكُمْ *Ad hos ergo futura interrogatio mea*, id est: *illos ergo interrogabo.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكُكْ *Ad hos ergo futura interrogatio tua*, id est: *illos interrogabis.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكِی *Ad illos ergo interrogatio sua futura*, id est: *illos interrogabit.*

Plur.

پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكُمُزْ *Ad illos ergo interrogatio nostra*, id est: *illos interrogabimus.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكُڭُزْ *Ad illos ergo interrogatio vestra*, id est: *illos interrogabitis.* پَسْ بُونْلَرَه سُؤَالْ اِیدَهجَكْلَرِی *Ad illos ergo interrogatio eorum*, id est: *illos interrogabunt.* دَانِشْمَیَانْ وَ مُشْوَرَتْ اِیتْمَیَنْ صُكْنْدَه پَشِیمَانْ اُولَاجَغِی مُقَرَّرْدُرْ *Consilium non petentis, nec consilio utentis, in fine ejus pænitentiæ futuritio certa est*, Chur. Ef.

Masdarum cum postpositionibus.

Cum de nominativo masdari extensivè sumpti agatur, meminisse oportet: quòd masdarum ut substantivum nomen post-

poſitiones vario regimini ſubjectas, etiam illas quæ nominativum regunt, expetat, & quia in iis loquendi modi apud latinos fuſiores continentur, eos jure merito examini ſubjicimus.

Sunt quædam Turcarum poſtpoſitiones quæ nominativi caſum ſibi vendicant, & phraſiologiam latinam quandam involvunt. Sic دَنْ *dǎ, abs, ex*, verè autem *ex eo quia* vel *ex eo quod* veluti: اینانْدُمْ دیدُوكِنْدَنْ كَرْچَكْ اُولاَ *credidi, ex dictione ejus verum erit.* Col. Isl. *Ex eo quod dixerit* vel *ex eo quia dixit credidi quod verum erit*, item: وَیْوُدهلَره بِرْ آقْچه وِیرْكُو وِیرْمَهدُوكْلَرِنْدَنْ *Ex non dationibus eorum Waiuodis unum numum.* Gem. Hiſt. id eſt: *Ex eo quia* vel *ex eo quod Waiuodis nec unum numum tributi dederunt.* itē ibid· دُورْزِي طَایِفَهسِنُكْ مَتَرِسْ ایدَهجَكْ یَرِي قَلْمَادُوغِنْدَنْ *Ex Druſorum populi cuniculos faciendi loci ejus non remanſione*, id eſt: *Ex eo quia Druſorum populo aggeres fcciendi locus non remanſit.*

Poſtpoſitio Turcarum دَه *in, ad* in Latinitate per *ob id quod* vel per *de eo quod* vel pro *quãdo* aut, *dum cum* pro *quando* capi & intelligi poteſt. veluti : اَصْحابِ كَهْفْ یَدِي اُولْدُوغِنْدَه مُفَسِّرِینْ هیچ اخْتِلاَفْ اِیتْمَهمِشْلَرْ *Ob ſeptem eſſe* vel *de ſeptem eſſe ſocios ſpeluncæ, Expoſitores, repugnantiam non faciunt.* in Latinitate. *Ob id quod* vel *de eo quod Socii Speluncæ* (ſeptem dormientes) *ſint ſeptem, Expoſitores repugnantiam non faciunt*, de mir. mund. item:

item: بلغراده كلدوكمزده عظيم آلاي اولدي

In advenitione nostra (adventu nostro) *Belgradum magnus ordo phalangium factus est.* Gem. Hist. id est: *Cum* vel *quando nos Belgradum advenimus, magnus ordo phalangium factus est*, item ibidem.

شهر بلغراده داخل اولدوغمزده اول زمان مذكور

ايلچيء بله كتوروب بولوشدوره سيز *In ingressione nostra ad Urbem Belgrad, illo tempore commemoratum legatum simul adducite, & facite, ut nos simul inveniamus.* juxta phrasim Latinam. *Cum* vel *quando nos ad Urbem Belgradum ingrediemur, illo tempore, &c.* item: بونك معناسي بويله كركمز

ديدوكمده مبهوت اولدي *Ad dictionē meā, nunquid sensus ejus talis fuisset oportet? Obticuit.* Nobis Latinis *quando dixi* vel *cum dixissem numquid sensus ejus talis fuisset oportet?* de int. ment. item.

آولدن اولان آشقيالغمزي آلدن براغوروز

ديدوكلرنده *Ad eorum dictiones excessus nostros qui ante erant è manu projiciemus* Gem. Hist. Latinis. *Quando* vel *cum dixerunt, excessus nostros, &c.* Item: وآكر بو سوزلري

سويلدوكنده طلاق ذكري و غضب حالي يوغيسه

طلاق واقع اولماز *Si in sua locutione horum verborum, repudii commemoratio, & indignationis status non sit, repudium non contingit.* & Latinus Sermo: *Et si cum* vel *quando ille hæc verba loquitur.* Col. Isl.

Post-

Postpositio أوزره sic se suo cum Nominativo habet, & *juxta* & *secundum* significat. veluti: بلدوكلري اوزره ديلدن ديله دوندوروب *Cum juxta cognitionem suam* vel *scire suum de lingua ad linguam transtulissent.* de int. ment. Latini dicerent: *Cum juxta cognitiones suas, de lingua ad linguam transtulissent* Item: تدبير ايلدوكي اوزره *juxta dispositionem suam*, Latinis: *prout disposuit.*

Postpositionis particula ايچون *per* & *propter* quæ in *quia* & *propterea quod* resolvi potest. veluti: بن سزه كلدوكم ايچون *Ego propter venitionem meam ad vos*, id est: *quia ego ad vos veni*, Item: قارلر و قيشلر اولدوغيچون *Propter esse niveum & hyemum.* id est: *propterea quòd sint* vel *quia sunt nives & hyemes.* item: بين الناس استعمالي اولدوغيچون *Propter esse ejus usum inter homines*, id est: *propterea, quia inter homines est ejus usus.*

ايله Postpositio masdaris juncta, præpositionem Latinam *per* insinuat veluti: ايلدوكم ايله عمل ايتمم *per cognitionem meam non operor.* id est: *Per id quod ego cognosco, non operor.* item: اول ملعونلر بونجه انبيا اولدردوكلريله

اولدرنوكزیلە هر ملتك خورلرندر *Illi maledicti per occisiones multorum Prophetarum omnium Gentium opprobria sunt.* id est: *Illi maledicti per id quad multos Prophetas occiderint sunt omnium Gentium opprobria*, de int. ment. item: بن بو قباحت ایتدوكم ایلە بو بلایە اوغرادم *Ego per hujus criminis commissionem meam ad hoc infortunium sum ingressus.*

Particula postpositionis جە in quantum ad postpositionum ordinem refertur, his in masdaris correspondet latinis præpositionibus *juxta*, *secundum*, quæ in latinitate per relativum accidentis neutraliter sumptum resolvi possunt, ut exemplis declaratur: scilicet: مخالفت ایلدوكمجە یوزومی و كوزومی طرنقلر ایلە طرمالموب پارە پارە ایلدی *Juxta factionem adversationis meæ, faciem meam & oculos meos unguibus feriit & dilaceravit.* de mir. mund. id est: *In quantum ego sum adversatus, faciem meam & oculos meos unguibus feriit & dilaniavit*, item: دنیادە دیری اولدوغنجە *Juxta vivere suum in orbe.* id est: *in quantum* vel *quamdiù in orbe vixit*. de mir. mund. item: اما قرانده قادر اولدوقلرنجە اواق صورة اوقویالر *At in Curano juxta posse suum parvam Suratam legant* Col. Isl. id est: *Ast in Curano in quantum illi poterunt,*

runt, parvam Suratam legant. item: عُلَمَانُكْ عُقَالدُرُقْ يَتَدُوكِنجَه كَشف آيلَيشلَرْ *Juxta Sapientum Prudentum pertingere eorum explicuerunt.* Latini dicerent. *In quantum* ſeu *quousq; pertingunt ſapientes prudentes &c.* de int. ment. item: آنلَرْ يِلدُوكلَرِنجَه كِتَابلَرده تَوَارِيخلَرده بُولنَانلَردَن سُويلَديلَرْ *Illi juxta ſcire ſuum de iis quæ in libris & annalibus inveniuntur locuti ſunt.* de mir. mund. Latinus curſus eſt. *In quantum de iis, quæ in libris & in annalibus ſunt, ſciverunt, locuti ſunt.*

Par eſt ratio in poſtpoſitione poſt poſtpoſitionem, veluti ſi poſtpoſitionem دَن ſequatur أُوتُورِي vel أُوتُورُو quod nobis Latinis *propter* vel *ob* ſignificat veluti: زِيَادَه فَايِدَه أُولدُوغِندَن أُوتُورِي *Propter multam utilidationem ſuam,* id eſt: *quia multam utilitatem dedit.* item: دَن ſubſequente اَوَّل *ante* veluti: بُو دِيَارَه كَلدُوكُكدَن اَوَّل *Ante venitionem tuam* vel *ante venire tuum adhanc regionem.* id eſt: *Antequam* vel *priusquam veniſſes adhanc regionem.* ſic etiam دَن ſubſequente صُكْرَه *poſt* veluti: سَنِي تَشرِيف بُيُورُدُوغُمدَن صُكْرَه مَعلُومْ أُولسُونكه *Poſt nobilitare meum te, innoteſcat quòd* id eſt: *poſtquam nobilitavi te, innoteſcat, quòd.*

دَن

دن subsequente غيري vel ماعدا quod nobis Latinis est *præter* veluti : بوسنه‌ده كليس و ساير زحمت ايله آلنان يرلري كيرو ورد ايلدوغمزدن غيرى يوز بيك نغد يالدز آلتوني ويرمكه تعهد ايلدوغمزدن ماعدا اون ايكي بيك يالدز آلتوني ويركو ويرمكه راضيلر اولمشدز

Præter restitutionem nostram Kelisæ & aliorum cum molestia captorum locorum, hoc anno, & præter sponsionem nostram ad dandum centum mille aureos (Zecchinos) *paratæ pecuniæ, ad dandum tributum duodecim mille aureorum*(Zecchinorum) *consentientes fuimus.* Quod latine diceretur *Præter id quod nos hoc anno kelisam, & alia cum labore capta loca restituerimus, & præter id, quod centum mille aureos* (Zecchinos) *in paratis dare promiserimus, ad dandum tributum duodecim mille aureorum* (Zecchinorum) *consentientes fuimus.* Gem. Hist.

Ad postpositionum numerum referri possunt substantiva illa, quæ postpositione assumpta, solius postpositionis vim habere videntur, etsi in re propriis significatis gaudeant, veluti: جهت باعث اجل *Causa, ratio*, quibus postpositionem دن adjicere solent. veluti : تدبيرنده عاجز اولدوغمز اجلدن *In consilio* vel *in dispositione ejus debile esse nostrum ex causa* id

id est: *Quia in ejus dispositione debiles sumus.* item: ترجمه‌سن التماس ايتدوكلري باعثدن *Interpretationem ejus rogare eorum ex causa.* de mir. mund. Latina phrasis. *Quia interpretationem ejus rogaverunt.* item: اول لسانڭ ممارسي اولمادوغي جهتندن *Illius linguæ studiosum non fuisse ex causa* id est: *Quia hujus linguæ studiosus non fuit.* de mir. mund. سبب *causa* vocem hanc cum postpositione ايله adjungunt, veluti: بني قبر عذابندن خلاص ايتدوڭ آغلامغي ترك ايتدوڭ سببيله *Me de supplicio sepulchri liberavisti, ob causam derelictionis fletûs* de illum. mentis, id est: *Quia fletum dereliquisti, me de supplicio sepulchri liberavisti.*

Dativi casus in turcismo vim postpositionum quarundam in se continet, ut dictum est in loco suo: Masdarum hoc igitur, si suggerente sensu in casu dativi cum vi postpositionis reperiatur, certum est quod apud Turcas vim postpositionis dativi obtinebit. veluti: بوورطه‌دن خلاص اولدوغمزه حق تعالى حضرتنڭ برلكنه يوزبيڭ شكر ايلدوك *Ab hac ærumna eliberationi nostræ Majestatis DEI Unitati, centies mille grates rependimus.* Phrasis alias nec ipsis Latinis repugnans, non tamen ita frequens & elegans, ut apud hanc Gentem, mos enim loquendi Latinorum is esset; *Ob id quod* vel *propter*

propter id quod vel *ex eo quod nos ab hac ærumna liberi evaserimus, Majestatis DEI excelsi unitati centies mille grates rependimus.* اوْلْ نَسْنَهء ضَايِعْ اُولَاجَغِنْ فِكْرْ اَيْلَيْمُوبْ تَلَدُوكِنَهْ سَوينَهسَنْ طُوتْكِه تَلْمَدِي *Illius alicujus futuram perditionem cogita, nec ob adventum ejus læteris suppone quod non venerit* Latini dicerent: *cogita quod illud quid deperdetur, nec ob id* vel *nec propter id quod id advenerit læteris, suppone quod non venerit.* Col. Isl. item: دُنْيَا تَرْكْ اَوْلَى اُولْدُوغِنَه اِمَامْ شَافِعي تَمَسُّكْري مَعلُومْ اُولْدي *Ob derelictionem mundi esse meliorem Antistitis Schaafi Chirographus innotuit.* de int. ment. Latinitas sic se haberet: *Ob id quod derelictio mundi sit præstantior, innotuit Chirographus Antistitis Schaafi.* Item: كَلَامِ رَبَّاني ايدُوكِنَه بُونْجَه شَاهِدْ وَارْدُرْ *Ob esse verbum Dominicum* (Divinum) *sunt multi testes.* Col. Isl. Latinorum loquendi modus *Propter id, quod illud sit verbum Dominicum* (Divinum) *sunt multi testes.*

Hæc ipsa masdara in ratione postpositionis Syntaxim comparativorum sequuntur, veluti: آلْتُونْ وَآقْچَه بَابِنْدَه سَزَاوَارْ اُولْدُوغِنْدَنْ زِيَادَه وِيرْدِي *Quoad aurum & pecuniam præ convenire plus dederunt.* id est: *De auro & pecunia plûs quam convenit dederunt.* de mir. mund. وِيرْدُوكُمْدَنْ اَقَلّ *Præ datione mea minus*, id est: *minùs quam dedi.*

Masdarum cum adverbio implicito.

Modo duplici masdarum certis adverbiis jungitur occultè & manifestè. Occultè cum constructionis ratio implicite adverbium continet, implicitè autem contineri potest: *quando* & *cum* & *dum quando*, & *quia* significat veluti: بلغراده كلدوكمزده عظيم آلاي اولدي *Ad Belgradum in advenitione nostra magnæ turmæ fuerunt*. id est: *Cum nos Belgradum venissemus* vel *dum* vel *quando Belgradum venimus magnæ turmæ fuerunt*. Gem. Hist. item ibid. شهر بلغراده داخل اولدوغمزده *Ad Urbem Belgrad in ingressione nostra*, id est: *quando* vel *dum Belgradum ingrediemur*. Item ibid. اولدن اولان اشقيالغمزي الدن براغروز ديدوكلرنده *Antea existentes malitias nostras è manibus projiciemus in dictione eorum* id est: *quando* vel *dum* vel *cum dixerunt*. item: بوندنك معناسي بويله كركمزمي ايدي ديدوكمده مبهوت اولدي *Hujus sensus nonne sic necessarius erat? in dictione mea mente perculsus fuit*. id est: *quando*, vel *cum dixi*. de int. ment. item: جنوبده غايت حار اولدوغي معموريه مانعدر *In meridie vehementem calorem esse ejus cultum negans est*. id est: *quia in meridie magnus calor est, culturæ obstat* de mir. mund. item ibid. اخلاص ايله تكري سودوكي شيطان

شيطانْ إغواسندنْ خلاصْ اولدي *Cordis puritate DEI amatio eius, à suggestione Dæmonis liber evasit.* id est: *Quia vel cum DEUM cordis puritate amavit, &c.* Col. Isl.

Masdarum cum adverbiis manifestis.

بِرْلَه *ac, ut, quamprimum, illico, mox ut, simul ac,* veluti: محمود پاشا شاية خبر كلدوكي برله في الحال قارشو يقه يه كچدي *Mox ut Mahmud Bassa nuntium venit, ad alteram è regione partem transivit.* Hist. Mahmud Bassæ, &c. Item: نيجه *quomodo qualiter,* veluti: ولايت نيجه احوالي ايدوكين معلوم ايده نورلردي *Negotia Provinciæ qualiter aut quomodo esse eorum notum reddebant.* id est: *Negotia Provinciæ qualiter aut quomodo sint constituta* Hist. Mahmud Bassæ. Item: كبي sub iisdem significatis ut: برله veluti: فرعون جميع جنون ايله انده صوية كردوكلري كبي صولار قوشدي هم هلاك اولديلر *Pharao cum toto exercitu, ad aquam ingressio eorum.* id est: *illico ut illi aquam sunt ingressi, aqua se conjunxerunt.* de int. ment. item: اسكندر باقدوغي كبي فراستيله بولدي *Alexander mox ut aspexit, per physiognomiam cognovit* de mir. mund. item: ibid. زينتك

زَيْتُنْكْ آغَاجِنُنْكْ يَپرَاغِنْ صُو ايلَه قَايِنَادُوبْ وَ
أُولْ صُو ايلَه آتْمَكْ يُوغُرُوبْ صِچَانلَرَه وِيرَسَهلَرْ
يَدُوكْلَرِي كِبِي جُمْلَهسِي قِرِيلُورْ *Si Oleæ folia in aqua bullire faciant & illa aqua panem depſerint & muribus dederint, illico ut commeſtio* (comederint) *univerſitas eorum* (cuncti) *peribunt.* de mir. mund.

Particula item: كِبِي ſumpta ut eſt adverbium comparandi, *ac ſi, quaſi, quemadmodum, inſtar, ſicut, ut &c.* hic dictis masdaris jungi poterit veluti: آتَه بِنْدُوكْلَرِي كِبِي آرْسْلاَنَه سُوَارْ أُولْدِيلَرْ *Ad equũ conſcenſionis eorũ inſtar ad leonẽ conſcenderunt*, id eſt: *quaſi equum Leonem conſcenderunt* de mir. mund. طَلاَقْ صِفَاتِي أُوچْ أُولْدُوغِي كِبِي نَفْسْ طَلاَقِي اوچْ دُرْلُو دُرْ *Repudii tres qualitates eſſe quemadmodum, anima repudia tria ſunt*, id eſt: *Prout tres ſunt qualitates repudii, ſunt etiam tria animi repudia* Col. Iſl. Quod etiam contingere poteſt, etſi arabicum كَاَنَّهُ cum كِبِي turcico idem ſignificans, ſimul ad unum ſenſum concurrant, v. g. كَاَنَّه اَوِنْدَه أُولْدُوغِي كِبِي *Ac ſi ejus eſſe in domo ſua*, id eſt: *ac ſi in domo ſua eſſet.*

Con-

Conjunctionibus juncta masdara.

Conjunctiones masdaris inexistentes & manifestè, non patenter expressa sunt conjunctio causalis *quod* & conjunctio particula adjunctionis dicta *ut*, quæ in masdaris simpliciter sumptis, continentur veluti: كلدوكي بي معني در *Venitio ejus sine sensu est.* id est: *inanis est.* nempe: *vanum est quod veniat.* بولايكه آرسلان بنم اولدوغم بلميه *Utinam leo esse meum nesciret*, id est: *Utinam leo nesciret, quod ego sim.* زيدك عاقل اولدوغي بللودر *Zeidi esse prudentiam, certum est*, id est: *certum est, quod Zeidus sit prudens.* Et hàc particulâ Turcæ in rerum tractandarum titulis summa cum pompa utuntur. sic Mustapha ben Gelal بو توجه حضرت پادشاه عالمپناه و ظفر عساكرين همجا قرين ايله غزاي و جهاد فاخر زباية متوجه اولوب اول سغر فتح مانوس ده دار الغزات و النصر قلعهء متينهء رودوسي فتح و تسخير ايتدوكلريدر

Hic ordo (est) *quod Majestas Regis, quæ est orbis refugium & Victoriæ potestas cum exercitibus fidei, pugnis conjunctis, ad apparatum pugnarum, certaminumque profide gloriosorum se convertendo in illa expeditione bellica, expugnationis familiaris, loci pugnarum & victoriarum, potentis muniminis Rhodi, expugnationem & sub-*

subjugationẽ fecerint, item ibid. رومايلي بكلربكيسي
بهرام پاشاي قوللري قتل ايدوب فساد و شناعت
ايدوب عسكري شمشير غيرت كيمز خسرواني
ايله جمله سي سياست اولندوقلري حادثه در
Quod Behram Bassam Græciæ Beglerbegum famuli ejus Occidendo, excessus & exorbitantias committendo, militari gladio animositatem regiam præseferendo omnes puniti sint.

Particula adjunctionis *ut* autem per masdarum sic exprimitur آنڭ ايو اولدوغي مرادمزدر *Ejus bene esse intentio nostra.* id est: *intentio nostra est, ut benevaleat.*

Genitivus.

Viso nominativo in sensu extensivo, & ejusdem genitivi etiam in sensu extensivo cognitionem habere oportet.

Regula *Quotiescunq; duo nomina substantiva, &c.* est ratio præcipua, cur hæc masdara cum genitivo manifesto vel occulto, aliorum substantivorum more ad hanc regulam transeant. quod exemplis comprobamus, veluti: اكدوكلرينڭ عشرلرين ويردي *Sationis eorum decimas dedit.* de mir. mund. item: قچدوغينڭ سببين بلمم *Ejus fugere causam nescio.* Chur. Ef. *Causam ejus fugæ nescio.* تريانڭ صوي طوزلو اولدوغينڭ

اولدوغينك حكمتي *Maris aquam Salſam eſſe Myſterium ejus*, id eſt: *Myſterium quod aqua maris ſit ſalſa.* de mir. mund. يازدوكينك اصلي وارمي *Scriptionis ſuæ fundamentum ne habet*, id eſt: *Habetne fundamentum ut ſcribat.*

Et nota, non ſecus ac in nominibus in eodem ſenſu, duo ad genitivum manifeſtum concurrentia masdara, primi genitivi manifeſtam terminationem latere, & ad ſubſequentis manifeſti genitivi rationem referri poſſe, veluti: دنيا خلق اولالدن برو منتن و متغير اولمدوغي وزيادة نقصان اولمدوغينك سببي *A mundi creatione, non fætentem & alteratam eſſe* (aquam ſubintelligitur) *& non excedentem & deficientem eſſe cauſa ejus*, id eſt: *Quod à mundi creatione* (aqua) *non ſit fætens & alterata neque plus neque minus, hujus cauſa eſt.*

Dativus.

A regimine dependens caſus ut exemplis comprobatur, veluti: عقوبتده پادشاه استعجال ايتدوكنه ندامت ايتملو اولميا *Rex, in ſupplicio, properationis pœnitens ne ſit* Hum. Name. يازدوغكه بقسم كرك *Ad tuam ſcriptionem aſpiciam oportet* & cum poſtpoſitionibus quæ Dativo gaudent, ſic كوره *ſecundum* veluti: اقتضا ايتدوكنه

Ssssss كوره

كوره منسوخ اولمشدر *secundum necessitatis exigentiam, abo-*
letum est. كلدوكمه قريب *circa adventum meum* واردوغمه
دوغري *versus itionem meam* ساكن اولدوغمزه قارشو
contra mansionem nostram بلدوكڭزه يقين *Prope cognitionem*
Vestram.

Accusativus.

Quibusdam in circumstantiis manifestè & totaliter exprimi debet, quod fit in omnimodæ specificationis circumstantia, ut: سويلدوكني آڭلادم *locutionem ejus intellexi* item: بر بيكانه اوينه كيردوكني كوردي *Unius Alienigenæ, ad domum ejus, ingressionem ejus, vidit.* Raghib. Ef. item: يارين جمله عسكرك كلجككني بلوردي *Cras totius exercitus advenitionem significavit.* id est: *significavit quod cras totus exercitus adveniet.* At اولمق *esse* ex natura sua specificum non est, ideóque sæpissimè illius ي finale de est: veluti: آنڭ كفيل اولدوغن استمم *Ejus fidejussionem esse non expeto.* id est: *non expeto ut sit meus fidejussor.* item: زردالونڭ چكردكسز اولدوغن ديلرسن *Mali armeniaci esse sine nucleo, si petis.* id est: *si petis ut malum armeniacum sit sine nucleo.*

واكر

وَآكَرْ قِرَاغُودَنْ سَالِمْ اُولْدُوغُنْ دِيلَرْسَنْ *Et ſi à pruina liberationem ejus petis.* id eſt: *ſi petis ut à pruina ſit liber.* آقْ اُوزُمك سِيَاهْ اُولْدُوغُنْ دِيلَرْسَنْ *Albæ uvæ nigrum eſſe, ſi cupis.* id eſt: *ſi petis ut alba uva ſit nigra.*

Hactenus de masdaro in ſenſu extenſivo, nunc de eo, quod in ſenſu reſtricto intelligitur, agendum eſt.

Masdarum reſtrictum ideo appellatur, non quod masdarum ſit reſtrictum, ſed quia omiſſum relativum ſubintelligitur & modo ſequenti vult tractari.

Primò; ſi relativum fuerit relativum ſubſtantiæ, quod Alvarus etiam interrogativum ſubſtantiæ appellat, ſibi relativi ſignificatum manifeſtè vult jungi.

Secundò; ſi adminiculo alicujus æquivalentis termini exprimatur.

Tertiò; Si non expreſsè ponatur relativum, ſed ſolummodo ſubintelligatur.

Quartò: Si particula poſtpoſitionis concurrens virtualiter ſimul cum relativo in masdaro cum affixo contineatur, quæ omnia hic ſecundum ordinem exhibemus.

Exemplar primæ obſervationis.

Raghib Efendi pro primæ obſervationis exemplari ſubſequentem declinationem ſcripſit..

N. سَنُكْ كيم اُولْدُوغُكْ بَللُودُرْ *Tuum quis eſſe patet.*

 G.

G. سنڭ كيم اولدوغڭ خبرين آلدم *Tui quis esse informationem accepi.*

D. سنڭ كيم اولدوغڭه واقفم *Tuo* si latinitas admitteret, id est: *tui quis esse, sum conscius.*

A. سنڭ كيم اولدوغڭي آڭلارم *Tuum quis esse intelligo.*

Non autem de necessitate est, ut كيم sit nominativi casus, nam ratione sic exigente & ad obliquos casus transit veluti: كيمڭ مكتوبي اولدوغي معلومدر *Cujus Epistola,* (sit) *esse ejus notum est.* item: بو غلام كيمڭ استدوكي در *Hic puer cujus volitionis sit*, id est: *quid velit.* Nec ratione exigente alii casus rejicientur.

Secundæ observationis is est cursus, ut adjectivis aut adverbiis latinis ab interrogativis accidentis promanantibus junctum verbum, apud Turcas in masdarum affixis junctum convertatur, & terminis hic prædictis similibus & in hac doctrina adnotatis conjungatur, stabítque apud Turcas, substantivum correspondens Relativo accidentis Regulæ *Quotiescunque* nominativo scilicet genitivo virtualiter & non expresse, at ut Nominativus junctum, ut ipse Raghib Efendi sequentibus exemplis exprimere est conatus. veluti: استدوكڭ نه دكلو در *Velle tui* seu *volitionis tuæ quæ quantitas*, id est: *quantum vis.* هر نسته كه آرزو

آرزو آيلَيَه مُنْكِن اُولْدُوغـــي دَتْلُو اِخْتِمَامْ وَ پَرْهِيزْ لاَزِمْدُرْ *Omne quod natura ejus appetit, posse ejus quantitas* (in quantum fieri poteſt) *ſolicitudo & temperantia neceſſaria eſt*. de mir. mund. item ibid. بَنَابِقْ مِشْكِنْدَنْ مُمْكِنْ اُولْدُوغي قَدَرْ آلْدُمْ *De globulis Muſci ejus poſſe quantitatem* (tantum quantum potui) *accepi*. قَادِرْ اُولْدُوغُمْ قَدَرْ *poſſe mei quantitas* tantum quantum *vel* in tantum quantum potui. قَادِرْ اُولْدُوغُكْ قَدَرْ *poſſe tui menſura*, (tantum in quantum potes) Sic بُوقَدَرْ *hac quantitas* اِسْتَدُوكُمْ بُوقَدَرْ يَبَانَه كِتْدي *Hac quantitas velle mei* (quantum vel tantum quantum volui (*incaſſum ivit*. اُولْقَدَرْ *illa quantitas* مَعْرِفَتَه اُولْقَدَرْ طَلَبْ اُولْدُوغُكْ يَرِنْدَه دُرْ *Ad cognitionem illa quantitas expetitionis tua*, *ſuo in loco eſt*, quod eſt, quantum expetiviſti, ſeu, quod cognitionem in tantum expetas. item: بُو مِقْدَارْ *hac quantitas* veluti : چَالِشْدُوغُكْ بُو مِقْدَارْ بي فَائِدَه دُرْ *Hac quantitas laborationis tua* (tantum quantum laboraviſti) *absq; utilitate eſt*. Raghib Ef. نَهْ مِقْدَارْ vel نَه مِقْدَارْ veluti : نَهْ مِقْدَارْ زِيَادَه تَلْدُوكي *Qua quantitas*

titas majoris adventionis چالشدوغك نه مقدار در *labo-borationis tuæ quæ quantitas?* & sic consequenter per similes Gen-tis phrases veluti: مرتبه *gradus* sic: قادر اولدوغمز مرتبه *posse nostri gradus*, id est: (quantum possumus) item: نه مرتبه veluti: نه مرتبه عاشق ایدوکك معلومدر *Quis gradus amationis tuæ, notum est*, id est: notum est, quantum ames. Huc etiam accedit اوزره de vigore *juxta*, at ad *in quantum* convertibile: veluti: بلدوکلری اوزره دیلدن دیله دوندروب *juxta scire suum de lingua in linguam transferendo.* de int. ment. id est: *in quantum sciverunt.*

Ad cætera relativa accidentis pertinet *qualis* & *quale* cui & adverbium *qualiter* adjungi potest, relativum accidentis est نه cum hic sequentibus phrasibus, veluti: کندولرک مرادی نه اولدوغی بلدرمش *Voluntas eorum, quid* aut *quale esse ejus indicavit.* item: قنغی *qualis* & *quale* قنغی محبتک کوردک دشمنلک کمسه دن ایتدوکك *Quæ aut qualis amatio tua? de illo hostilitatem expertus es.* item: نه آصل

Quæ

Quæ Origo veluti : نَه اَصِلْ آدَمْ اُولْدُوغُڭ مَعْلُومْدُرْ *Quæ origo tui esse hominem notum est.* id est : *notum est, qualis sis homo,* item : نَه شَكِلْ *quæ forma* veluti : نَه شَكِلْ قَچْدُوغُڭ نْدُرْ *Quæ forma tui fugere est,* id est : *qualis est forma tui fugere.* item : نَه مَرْتَبَه *quis gradus* veluti : نَه مَرْتَبَه آدَمْ اُولْدُوغُڭ مَعْلُومْدُرْ *Quis gradus tui esse hominem notum est,* id est : *notum est : qualis sis homo.* item : نَه مَرْتَبَه دَه *in quo gradu,* veluti : نَه مَرْتَبَه دَه اُوقُودُوغي *in quo gradu lectio seu doctrina ejus est?* item : نَه يُوزْدَنْ *è qua facie,* id est : *qualiter, quomodo,* veluti : مُحَمَّدْ پَاشَا بُودُنْدَنْ بَچَه نَه يُوزْدَنْ وَارْدُوغي بَيَانْ اُولْنُورْ *Muhammed Bassa Budà Viennam è qua facie itio ejus explicatur.* id est : *Muhammed Bassa Budà Viennam qualiter, quomodo iverit, explicatur.*

Quot قَاچْ vel قَچْ Sic exprimuntur : هَرْ بِرْ كَلِمَه قَاچْ ايدُوغي مَعْلُومْدُرْ *Quodvis verbum, quot fuerit constat.* de int. ment. id est : *Quodvis verbum quot esse ejus, &c.*

Quotus قَاچِنْجِي veluti : قَاچِنْجِي اُولْدُوغُڭ مَعْلُومْدُرْ *Tuum esse quotum patuit,* id est : *quotus fueris patuit.*

His

His relativis substantiæ cum masdaro hæc redditiva cum masdaro redduntur.

Tantus بُوقَدَرْ *hac quantitas*, veluti: چَالِشْدُوغُكْ بُوقَدَرْمِيدُرْ *Laborationis tua hac quantitasne est?* id est: *tantumne laborasti?* item: اُولْقَدَرْ veluti: اِسْتَهْدُوكُكْ اُولْقَدَرْ مِيدُرْ *Volitio tua ista quantitas ne est?* id est: *Quod vis, tantumne est?* item: اُولْمِقْدَارْ veluti: اِيتْدُوكُكْ اِنْصَافْسِزْلِكُكْ اُولْمِقْدَارْمِيدُرْ *Tua factio immoderationis illa quantitas ne est?*

Talis شُولَدَقْلُو vel اُولَدَقْلُو veluti: سَنِي سَوْدُوكُمْ اُولَدَقْلُو مِيدُرْ كِه تَعْبِيرَه صِغْمَازْ vel سَنِي سَوْدُوكُمْ شُولَدَقْلُو مِيدُرْ كِه تَعْبِيرَه صِغْمَازْ *Amatio mea tui, talisne est, ut explicari nequeat.* item: يَدُوكُمْ شُو *hic gradus* شُو مَرْتَبَه veluti: بُو مَرْتَبَه مَرْتَبَه & بُو مَرْتَبَه طَتْلُو ايدي كِه تَعْبِيرَه كَلْمَزْ *Comestio mea is gradus*, id est: *tam* vel *in tantum* vel *taliter dulcis fuit, ut explicari nequeat.* item: شُو رَسْمَه *illa nota, hac nota, hoc signum*, veluti: اُوقُودُوغُكْ شُو رَسْمَه دُرْكِه تَعْبِيرْ اُولُنْمَازْ

أولنماز *Lectio tua illa nota eſt, ut explicari nequeat.*

Tot, totidem بونكلو *hac quantitas* ſeu potiùs *tantitas* veluti: معرفت يولنده بونكلو چالشدوغڭ ضايع أولماز *in via artis hac quantitas* (tantitas) *laboratio-nis tuæ non deperditur.*

Viſum eſt in hic præcedente parte ſecunda de phraſiologia relativi ſubſtantiæ & redditivi, & quia circa relativum ſubſtantiæ alia docenda ſunt, ea juxta declinationis curſum dicenda, ut in rei cognitionem modo magis fundato perveniatur.

Nominativus.

Qui quæ quod.

Relativum ſubſtantiæ *qui, quæ quod* juxta Alvari definitionem eſt: *quod nomen ſubſtantivum in memoriam reducit.* regula hæc Alvari hac in lingua ſe in regulam *Quotieſcunq;* reſolvit, hinc eſt quod relativum evaneſcat, in memoriam reducendum ſubſtantivum permanens & verbum intercurrens in masdarum convertatur, quod & affixa aſſumit, hinc ratio regulæ *Quotieſcunq;* veluti: حضرت عيسى پيغمبر عليه السلام نازل أولدوغي مائده *Ad Majeſtatem JESU Prophetæ ſupra eum pax deſcenſionis menſa.* id eſt: *Menſa quæ ad Majeſtatem JESU Prophetæ, ſupra quem pax, deſcendit.* de mir. mund. Item: إعلام

Tttttt

اعلام اولندوغي اشيالر سلطانم حضرتلرينه

معلومدر *Significationes facta rerum, Majestati Sultani mei nota sunt.* id est: *Res quæ significatæ sunt, &c.* item: بني آدمدن

اللرينه كلدوكلري ييرلر *De filiis hominum ad manus suas devenitiones eorum comedunt.* id est: *De filiis hominum qui ad manus suas deveniunt, comedunt.* Specificationis causa etiam substantivo, quod Masdarum non est, affixum pleonasticum addunt, veluti: بكا لايق اولدوغي وصفي و مستحق

اولدوغي ثنا ادا ايده *Mihi convenientiæ prædicatum & decentiæ encomium persolvat.* id est. *Mihi prædicatum, quod convenit, & encomium, quod decet persolvat.*

Genitivus.
Cujus.

Genitivus eodem modo per masdarum exprimitur, sed modo hîc exhibito. veluti: قابوغن يدوكم اكمك *Crustam ejus comedere meum panis*, id est: *panis, cujus crustam ego comedi*, item: مؤلفن بلدوكم كتاب *Compositorem ejus novisse meum liber.* id est: *liber cujus Compositorem ego novi*: بابسن بلدوكم

اوغلان *Patrem ejus cognovisse meum, filius*, id est: *Filius cujus Patrem ego novi.* sic & in futuritione.

Dati-

Dativus.

Cui.

Et id ipſum per masdarum ad dativum poſitum hic contingit, veluti: مُلكى آلّهڭدر اِسْتَدُوكْنه ويرور *Opes DEI ſunt, Volitioni ſuæ dat.* id eſt: *cui vult* لايق اولدوغنه تعظيم و تكريم ايله *Convenientiæ magnificentiam & honorificentiam exhibe*, id eſt: *Cui convenit, magnificentiam & honorificentiam ex hibe*, par ratio futuri. Dativus hic Raghib Efendio teſte etiam ſic enunciari poteſt. veluti: كتابمى ويردوكم آحمده *librum meum datio mea Ahmedo*, in accuſativo, quia masdara regunt caſum verbi, unde oriuntur. vel hoc ipſo teſte etiam dici poteſt. آحمده ويردوكم كتاب *Ahmedo datio mea liber* quod eſt; *Ahmedus cui librum meum dedi.*

Accuſativus.

Quem quam quod.

Ut Nominativus ita & accuſativus cum reflexione, in nominativo obſervata. Rem exemplis ſtabilire lubet & loco primo cum tacito genitivo veluti: استدوكم كتاب *velle mei* vel *volitionis meæ liber*. id eſt: *liber quem volo* سودوكم حيوان *amationis meæ animal*, id eſt: *animal, quod amo.* اوقودوغم

مكتوب اوقودوغڭ *Epistola lectionis tuæ.* id est: *Epistolæ quam legisti. &c.* sic: *liber quem volui, &c.* بوقدر استدوكم

بي فايده دن *Hæc quantitas velle mei inutilis est.* id est: *hæc quantitas quam volui inutilis est.* item: بو مقدار چالشدوغڭ

بي فايده دن *Hæc quantitas laborationis tuæ abs utilitate est.* id est: *Hæc quantitas, quam tu laborasti, abs utilitate est.* item:

ايتدوكڭ انصافسزلڭ اولمقدارميدر *Factio immoderationis tuæ hæc quantitas ne est?* id est: *immoderatio quam facis tanta ne est?* & cum genitivo manifesto: استدوكڭ حصه سي

اول قدرميدر *Ejus velle portio, illa quantitasne est.* id est: *Portio quam vult tantane est.* item: بوندره واقع اولدوغيڭ

خبرين ويرجكم *His accidere eorũ informationem dabo* id est: *Illis eorum, quæ illis acciderunt, informationem dabo.* item: جواب

نامه كوندردوكلرينڭ صورتيدر *Responsoriæ epistolæ missionis eorũ Copia ejus est.* id est: *epistolæ, quam miserunt.* دنياده سعي

ايتدوكينڭ عوض وار در *In orbe ejus diligentiæ adhibitionis recompensatio.* id est: *In orbe diligentiæ ejus, quam in orbe adhibuit.*

bibuit. item: سنڭ ايتدوكڭ ايلكڭ اول كيشي قاتنده
ضايع اولورسه حق تعالى حضرتينڭ حضور
شريفنده هرگز ضايع اولماز *Si factionis tuæ bonum coram illa persona deperdetur, in nobili conspectu Majestatis DEI celsitudinis nunquam deperdetur.* de mir. mund. id est: *Si beneficium quod facis &c.* تكلي آمريڭ قوللرينڭ اردل حاكمي
قوللرينه يازدوغي كاغدڭ ترجمه‌سي *Emerici Tekely servorum suorum, ad Transylvaniæ Principem servum suum, scriptionis Epistolæ interpretatio ejus est,* id est: *Interpretatio Epistolæ quam scripsit servus ejus Emericus Tekely servo ejus Transylvaniæ Principi.*

Loquendi modus Latinorum per pronomina demonstrativa relativis juncta, per talia masdara cum affixis expeditur. veluti: اشلدوغمزه دقتايله باقديلر *Ad laborationem nostram subtiliter aspexerunt,* id est: *Ad id, quod laboravimus, subtiliter aspexerunt.* de mir. mund. item: يزه واقع اولدوغي اعلام ايتدي *Nobis accidere suum significavit,* id est: *Nobis significavit id, quod illi accidit.* سويلدوكني آڭلادم *Locutionem ejus intellexi,* id est: *id, quod locutus est, intellexi.*

Quæstio oriri potest, quod accusativi casus subinde per completum affixum tertiæ personæ, & subinde per incomplетum

tum enuntietur. veluti: سويلدوكني آكلادم *locutionem ejus intellexi*: hic usus completus est, at زردالنك چكردكسز اولدوغن دلرسن *Mali armeniaci sine officulo esse ejus quaeris?* hic usus incompletus est. & tamen masdarum utrumque est accusativi casus, qui à verbo exigitur. Repono rationem aliam assignari non posse, quàm quia omne verbum actionis suae qualitatem seu vim in specie specificat, hinc masdara verbi, à quo derivantur, specificationem in se continent, & per plenum accusativum exprimuntur. ut: سويلدوكني آكلادم *locutionem ejus intellexi* hìc est sensus specificans. verbaliter enim sic resolvetur, *id, quod locutus est, intellexi.* Alter autem sensus زردالنك چكردكسز اولدوغن دلرسن sensus in abstracto est, cum verbum, unde masdarum emanat, non fit specificantis naturae, & est quasi involueret Italicum *uno* & *nissuno* & Germanicum ein & kein veluti: *Se tu domandi l'essere d'un bricoccolo senza osseto.* Wann du fragest umb die Wesenheit einer Marilen ohne Kern / quae ratio ad aliorum verborum masdara, quae sensuum specificationem in se continent, vix se extendet, verbum enim *sum* per se nihil specificè significat, sed ut specifice significet, nomini jungatur oportet. in pari cursu videtur etiam esse آيلدوكن

De

De Eliminatione postpositionis Accusativi & Ablativi in oratione simul cum relativo substantiæ concurrentis.

Hæc masdarorum ratio & usus ita se extendit, ut omni in loco ubi latinorum relativorum substantiæ accusativi & ablativi concurrunt, horum locò his eliminatis, masdaro cum affixis utantur: v. g. *in accusativo*: ایچنه شراب دوکدوکم فوچی *Ad interioritatem ejus vini fusio mea dolium.* id est: *Dolium ad quod vinum fudi.* item: ایچنه شکر قودوغک شرابدن ایچه‌مم *Ad interioritatem ejus Sacchari positio tua de vino bibere non possum.* id est: *De vino ad quod Saccharum posuisti bibere non possum.* id est: *De vino ad quod Saccharum posuisti bibere non possum.* item: ایچنه کبریت قودوغک کوپدن ایچدم *Ad interioritatem ejus Sulphuris positio tua è vase bibi.* id est: *Bibi de vase ad quod Sulphur imposuisti.* item: صو ایچنده آصلاتدوغم اکمک *Aquæ in interioritate ejus intinctio mea panis.* id est: *panis, quem intinxi in aquam. In ablativo,* ut: ایچندن شراب ایچدوکم قابی پره‌لادم *Ex interioritate ejus vini bibitio mea vas, ego fregi,* id est: *Vas è quo vinum bibi, ego fregi.* item: ایچندن شراب آلدوغم فوچی *Ex interioritate ejus vini acceptio mea dolium.* id est: *Dolium è quo ego*

ego vinum accepi. ایچندن روحن آلدوغم شرابی

ایچدم *Ab interioritate ejus, Spiritum ejus acceptio mea, vinum bibi.* id eſt: *Vinum, è quo Spiritum traxi, bibi.* & extra hujus phraſiologiæ rationem, veluti: خصومت اوزره اولدوغی

پادشاه ایله صلح ایلمک *Supra hoſtilitatem eſſe ejus cum Rege pacem facere.* id eſt: *cum Rege, cum quo quis in hoſtilitate eſt, pacem facere.* item: پادشاه اولدوغی شهره لان

دیرلر *Regis eſſe ejus Urbi Lan appellant,* id eſt: *Urbem, in qua Rex eſt, Lan appellant &c.* de mir. mund. item ibidem بنم

پدرم اول احمر کبریتك اولدوغی یری بیلوردی

Pater meus, illud rubrum Sulphur eſſe ejus locum ſcivit, id eſt: *Pater meus locum, in quo erat illud rubrum Sulphur, ſciebat.* item ibid. اسرار الوحی یازدوغی محلده *Myſteriorū revelationis ſcriptio ejus in loco.* id eſt: *In loco, in quo Myſteriorum revelationem ſcripſit.* item ibid. آلدوغی یره براقسه آکا ضرر

اولماز *Ad locum ejus acceptionis, ſi projiciat, illi non nocebit.* id eſt: *Si ad locum, è quo accepit, projiciat, illi non nocebit.* item ibid. کبریتك اولدوغی چشمه‌یه اول کپچه‌ء

صوقدی *Sulphur eſſe ejus ad fontem illam rudiculam intruſit.*

id

id eſt: *Ad fontem in quo fuit Sulphur illam rudiculam intruſit.* item: صچان چقردوغم شرابدن ایچمه *Mus extractio mea de vino ne bibe.* id eſt: *Ne bibe de vino, è quo ego murem extraxi,*

Ablativus pronominis relativi ſubſtantiæ, nudè ſumptus, in hìc ſequentibus circumſtantiis perit, & in masdarum cum affixo convertitur.

Ablativus abſolutus یدوکك دوق ایله کمسه یمدي *Commeſtio tua cum guſtu nemo comedit.* id eſt: *Guſtu, quo tu comediſti, nemo comedit.*

Accuſativus vel Ablativus temporis Masdaro ſuis cum affixis manente, tempus ſignificans ſubſtantivum particulam ده aſſumet, veluti: قبره کیردوکي کونده بو جمله آنا کان لم یکون اولور *Ad ſepulchrum ingreſſionis ſuæ in die id omne illi fuit non eſt, erit.* id eſt: *die, in qua ingredietur ad Sepulchrum, id omne illi, &c.* de mir. mund. item: آنلرك فایده‌سي منسوخ اولمادوغي زمانده ایدي *Horum utilitas non abrogationis ſuæ in tempore fuit*: id eſt: *Horum utilitas fuit tempore, quo non fuerunt abrogata.* de int. ment. item: اوقودوغم وقتده vel اوقودوغم زمانده *Lectionis meæ tempore*, id eſt: *tempore quo legi* اوندن چقدوغي ساعتده

è domo sua exitus ejus in hora, id est: *hora, quà exivit.* Sed si à temporis determinatione abstrahamus, postpositionis particula دن non erit necessaria veluti: طقسان بيك كلام سويلدوكي وقت *Nonaginta millia verba, locutio ejus tempus.* id est: *Quando locutus est nonaginta millia verba.* de int. ment. item: كلدوكك ساعتين بلبيدم *Venitionis tuæ horam si scirem*, id est: *si scirem horam quà venies.*

Ablativus instrumenti. يازوغم قلم ايله *Scriptionis meæ cum calamo*, id est: *Calamo quo scripsi.* اودون يارديغك بالته ايله *Lignum, fissio tua cum securi*, id est: *securi quà fidisti lignum.* ايله tamen nonnunquam omittitur si substantivum non ut terminus necessarius concurrit quo res facta est.

Ablativus causæ, substantivum cum masdaro concurrens ايله petit. veluti: آيلدوغمز شرطيله بوكا مانع اولدوق *Cum factione nostra conditionis huic impedientes fuimus.* id est: *Conditione, qua nos egimus, hoc impedivimus.*

Ablativus modi ejusdem rationis est. اسكندر تكري احسان ايلدوكي قوت ايله دنيايه مالك اولدي *Alexander DEI benefactionis cum potentia, mundo potitus est.* id est: *Alexander potentia, quà DEUS illi beneficium fecit, mundo potitus est.*

de

de mir. mund. item: أوق آكري أولدوغي تغديرجه نشانه اصابت ايتمز *Sagitta curva, esse sui juxta dispositionem, ad metam non tangit.* id est: *Sagitta curua, juxta dispositionem suam, quà est, ad metam non tangit.*

Ablativus actionis ejusdem rationis est. محاصرهده ايتدوكك مبالغه سببيله عسكره ضعف طاري اولدي *In obsidione factionis intensionis tuæ ob causam exercitui contigit debilitatis accidens*, id est: *Ob causam intensionis, quà in obsidione operatus es, exercitui debilitatis accidens obtigit.*

De concursu nominum aut adverbiorum loci ad Masdarum.

Quod in hac circumstantia apud Latinos verbum est, apud hanc Gentem in masdarum converti solet & hinc constructio status & motus *ad de* vel *per* locum.

Loci significatum ad hoc masdarum vel nominaliter vel adverbialiter accedit, si nominaliter, nomen intenti loci masdaro postponitur, si adverbialiter, adverbium intenti loci masdaro adverbialiter præponitur. in quibus loquendi modis, non nunquam pronomen relativum substantiæ virtualiter continetur. Dicta exemplis confirmantur.

Status in loco nominaliter.

مكاننده اولدوغي كوكرجين *In loco* (in quo) vel *ubi* (sunt) *esse ejus, Columba.* قوندوغمز يرده هركس يير قازدي

قارنده *In loco diversionis nostræ omnis persona terram fodit.* id est: *Ubi* vel *in loco, in quo substitimus, omnis persona terram fodit.*

Adverbialiter.

اما آنڭ تنده اولدوغن بڭا خبر ایله *Verum ejus ubi esse mihi indica.* item: بنم بونده اولدوغمی بلسیدی *Si meum hic esse sciret*, id est: *si sciret quòd hìc essem.*

Motus ad locum nominaliter.

محمود پاشا میتی اولدوغی یره کلورلر *Mahmud Bassæ Cadaver esse ad locum veniunt.* id est: *Veniunt ad locum cadaveris Mahmud Bassæ.* Hist. Mah. Bas. صوینڭ چقدوغی یرلره جامع قالدی *Aqua exire ejus ad loca Synagoga mansit.* id est: *ad loca, quò aqua exit, Synagoga mansit.* de mir. mund.

Adverbialiter.

آنڭ طوتدوغی اوروج نره یه کتدوکی معلومدر *Jejunii observatio ejus, quò itio ejus constat.* Col. Isl. id est: *Jejunii observatio ejus quò juerit, constat.*

Motus de loco Nominaliter.

حق تعالى یه توکل ایله کیم حق جل وعلا توکل آهلنی

آهلني سَوَرْ وَ تَوَكُّلْ آهلنه صانمَدُوغي يَرْدَنْ رِزْقني يَتِشْدُرُرْ *Confide celsitudini DEI, quoniam DEUS excelsus & magnificatus Fiducia Possessores amat, & Possessoribus fiduciæ unde* (è loco quo) *non putant, sustentaculum vitæ pervenire facit.* de illum. ment.

Adverbialiter.

آنْدَنْ قَلْقدُوغمُزْ كُونْدَه *Inde discessionis nostræ in die.* id est: *die, qua nos discessimus.*

Πάρεργον

De Latinorum verbo Solere.

Supra in mea Gramm. Turcica Tract. 4. Part. 2. cap. 9. Quomodo Latinorum *debeo* & *soleo* verba ad turcismum sint transferenda, dictum est. quas regulas demum confirmo. Verum cum apud hanc Gentem ratio quædam occurrat, ut hic dicti termini ad hic dicta masdara cum affixis transferri debeant, quænam sint illæ rationes, inquirere oportet, & quoad Latinorum verbum *solere*.

Dico apud Turcas verbum كَلْمَكْ *venire* pro *solere* stare posse. Sed hac cum observatione, an verbum *soleo* cum alio verbo in constructione latina concurrat, & quem casum occurrens verbum regat, & an casus à verbo rectus, sit nomen an pronomen relativum, item an pronomen relativum sit nominativus vel accusativus, vel alius à verbo expetitus casus: si nomen est tunc reflexio habenda est, an verbi tempus sit præsens vel præteritum (verbum enim *soleo* plerumque circa hæc duo

duo tempora versatur) si verbum *soleo* præsens sit, & nomen concurrit, tunc substantivo عَادَتْ *consuetudo* utuntur, & affixa personarum assumit, & اُولْمَقْ impersonaliter sumptum accedit, cui correspondet verbum Latinum habere, veluti: *Ego soleo legere hanc orationem.* phrasis Gentis juxta hic dicta erit. بُو وِرْدِي اُوقُومَقْ عَادَتْمْدُرْ *Hanc rosam* (orationis cujusdam nomen) *legere soleo* sive *Hanc rosam legere consuetudinem meam habeo.* Quod si verbum *soleo* cum nominis concursu ad modsareum seu præteritum perfectum cadat. accedentis verbi infinitivo مَقْ vel مَكْ rejecto, præcedente consonante, ا vel ه in fatha quiescentes adjiciuntur, & post vocalem aut ا و ه ي in sibi similibus vocalibus quiescentibus يَا vel يَه collocatur veluti: اَكْثَر يِلْدِرِمْ اُوزُونْ اُولاَنْ شَیْ اُورَه كَلْمِشْدُرْ *Plerumq; fulmen res altas tangere solet* vel *solitum est.* فُلاَنْ كِمْسَه بُو وِرْدِي اُوقُويَا كَلْمِشْدُرْ *Talis quidam hanc rosam recitare solet vel solitus*, sed & absolutè per indicativi tempus præsens dici potest فُلاَنْ كِمْسَه بُو وِرْدِي اُوقُويَا كَلُورْ *Talis quidam hanc rosam legere solet.*

Quod si relativa pronomina, suis verbis, à quibus reguntur, juncta, ad verbum *soleo* concurrant, verbi cum relativo concurrentis infinitivus hìc præcedentis ad instar formatur, & participium præsens etiam ad verbum *soleo* trahi potest, veluti: *Consue-*

suetudinem, quam observo, non intermittam: si linguæ genius observetur Turcis عادت ايتمك est *consuetudinem facere*, quod etiam suo modo est *solere*: in tali circumstantia videtur quod ايتمك *facere* possit à substantivo suo عادت separari, & æquivalebit latino verbo *observare* Gentis phrasi sic edocente, v. g. ايده كلدوكم عادتمي ترك ايتمم *Facere venitionem meam consuetudinem meam non deseram*, id est: *consuetudinem, quam facere veni, non intermittam.* at juxta hanc observationem in similibus procedendum erit. Turcæ tamen his in regulis subtilem aliquam observationem esse prætendunt, dicitque Raghib Effendi inter tempus faciendum esse differentiam, an solùm tempus præteritum, vel an præteritum simul cum præsente intelligatur: hæc autem quæstio fieri solet, quando pronomina relativa, præpositionibus juncta, apud hanc Gentem similibus masdaris cum affixis jungi volunt, dicitque dictus Raghib Effendi quod in ea circumstantia, ubi tempus præteritum solum intenditur, quod præteritum perfectum indicativi à verbo كلمك *veniat* nempe كلمش cum personarum expressione capi debeat, veluti: بو او اول او دركه ايچنده ساكن اوله كلمشدر *Hæc domus, illa domus est, in qua habitare solitus fuit*, dici potest etiam *solebat* ita ut hoc præteritum, præcisè de præterito & nihil de præsenti aut actualitate in se contineat. In ea circumstantia autem ubi præteritum cum præsente & actionis actualitate intenditur, quòd masdarum in دوق vel دوك cum personarum affixis capi debeat: quia hoc masdarum & ad præsens

sens & ad præteritum se extendit, veluti : بُو اَوْ سَاكِنْ اُولَدَّه

تَلْدُوكُمْ اَوْ *Hæc domus in interioritate ejus habitationis meæ, domus est*, id est : *Hæc domus est domus in qua habitare solitus fui* vel *soleo*, item : بُوقَابْ اُوقَابْدُرْ اِيچِنْدَنْ اِيچَه تَلْبِشِيدُرْ *Hoc vas illud vas est ex ejus interioritate, bibere veni.* præteritum non autem præsens in se continet. E contra بُو قَابْ اِيچِنْدَنْ

اِيچَه تَلْدُوكُمْ قَابْدُرْ *Hujus vasis ex ejus interioritate bibitionis meæ vas est.* id est : *Hoc vas est vas ex, quo bibere sum solitus* vel *soleo.* Ex hic sequente exemplo satis patet in masdaris in دُوقْ vel دُوكْ de præsente simul & præterito, & relativum substantiæ cum particula *in* latere, veluti : يَانِنْدَه اُوطُورَه

تَلْدُوكُمْ دُوسْتْ *Ad latus ejus sessio mea, Amicus* id est : *Amicus ad cujus latus sedere sum solitus* vel *soleo*, consequenter in præsens resolvi potest, v. g. يَانِنْدَه اُوطُورْمَقْ عَادَتْمْ

اُولَانْ دُوسْتْ *Amicus ad latus ejus sedere soleo.* Ex iis & talis phrasis educitur, nempe : بُوطَعَامْ اُو طَعَامْدُرْ كِه

بُو اُوزَرِينَه طُوزْ قُونْمَقْ عَادَتْ تَلْدُرْ vel etiam

طَعَامْ اُو طَعَامْدُرْ كِه اُوزَرِينَه طُوزْ قُونَه تَلْمِيشْدُرْ

Hic

Hic cibus cibus est, ad cujus superioritatem sal poni non est solitum. Raghib Effendi.

De constructione masdari.

Masdarum, quatenus nomen est, regitur ab ea orationis parte, quæ sibi nominis casum vendicat. veluti: آمّا آنُڭ قَنْدَه اُولْدُوغُنْ بَڭا خَبَرْ اَيْلَه *Verùm ejus ubi esse mihi significa.* item: بَڭا نَه فَضِيلَتْ صَتَارْسَنْ بَنْ سَنُڭ نَه مَرْتَبَه آدَمْ اُولْدُوغُڭي بِيلُورُمْ *Mihi quid præstantiæ venditas* (ut in latinitate turcismo utar) *tuum quem gradum hominis esse, novi.* id est: *Quamnam mihi præstantiam venditas? Scio qualis sis homo.* item: بُو عَسْكَرْ نَه آصِل عَسْكَرْ اُولْدُوغِني بِيلُورْ مِيسِن *Hic exercitus, cujus originis exercitum esse nostine?* id est: *Hic exercitus nostine qualis sit exercitus?*

Quatenus est verbum regit, veluti: تَرْجُمَه سِنْ اِلْتِمَاسْ اِيتْدُوكْلَري بَاعِثْدَنْ *Ex causa petitionis illorum interpretationem ejus.* id est: *Ex causa, quòd illi ejus interpretationem petiverint.* de mir. mund. item: آغْلَامَغِي تَرْكْ اِيتْدُوكُڭ سَبَبِيلَه *Ob causam tuæ derelictionis fletum,* id est: *Ob causam quòd fletum tuum dereliqueris.* de illum. ment. item:

Xxxxxxx كِتَابِي

كِتَابُمي وِيرْدُوكُمْ اَحْمَدْ *Librum meum datio mea Ahmedus*, id est: *Ahmedus, cui librum meum dedi.* sic Raghib Effendi.

An inter masdara in مه *&* *inter masdara in* جَقْ *vel* جَكْ *&* دُقْ *vel* دُوقْ *differentia reperiatur.*

Raghib Effendius quorundam exemplorum allegatione, id quod esse potest, non autem differentiam posuit; exempla sunt: زِيرَا حَسَدْ دِيُو آكَا دِيرْلَرْكِه بِرْ كِمْسَنَه دَه بِرْ اَيْلِكْ كُورُوبْ آنِي كَتُورْمَيَه اُولْ اَيْلِكْ آنْدَنْ كِتْمَسِنْ اِسْتَيَه vel كِتْدُوكِن آنْدَنْ اِسْتَيَه *Quoniam invidia dicendo, id appellant, ut in alio quid boni videns illud non sufferat, illius boni abitionem ab eo velit.* item: بِرْ كِمْسَنَه نُكْ آيُو اُولْمَاسِنْ اِسْتَمَزْ vel اَيُو اُولْدُوغِنْ اِسْتَمَزْ *Alicujus esse bonum non petit*, id est: *ut alicui bene sit, non petit.* item: كَفِيلْ اُولْمَاسِنْ vel آنُكْ كَفِيلْ اُولْدُوغِنْ اِسْتَمَزْ اِسْتَمَزْ, *Ejus fidejussorem esse non petit.* id est: *Non petit, ut sit ejus Fidejussor.* item: وَاَكَرْ قِرَاغُودَنْ سَالِمْ اُولْدُوغِنْ دِلَرْسَنْ vel سَالِمْ اُولْمَاسِنْ دِلَرْسَنْ *Si petis ejus immune esse à pruina*, id est: *si petis ut immune sit à pruina.* Certum est, quod quemad-

quemadmodum masdara in دُوقْ & دُوكْ &c. de quibus hoc in tractatu egimus, à verbis, ita emanant masdara in مَا vel مَه terminantia, ut in Gramm. tract. 2. cap. 12. est exhibitum, differentia autem inter hæc est, quòd masdarum in مَا vel مَه terminans, terminus in abstracto sit, nec ad verbi particularitatem alligabile. Masdara vero in دُوقْ vel دُوكْ &c. in concreto sumi debere videntur, quia se temporibus, numeris & personis modorum accommodant, ut inspicienti patebit. Ast quòd Raghib Effendius hoc in loco paritatem fecerit & differentiam non assignaverit, ex eo acciderit, quia masdara in دُوقْ vel دُوكْ certis in circumstantiis ut hìc, se à tempore, numero & persona in abstracto habent, requisitis non obstantibus, hinc illa paritas, quæ subinde obtingere potest.

Xxxxxxx 2 *DE*

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS.

GENITIVUS POST NOMEN SUBSTANTIVUM.

Quotiescunq; duo nomina Substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum erit genitivi casus.

CErtæ sunt & infallibiles regulæ ab Arabibus الإضافة *connexio*, Latinis regula *Quotiescunq;* dictæ. & quia turcismus literalis arabicæ, persicæ, & turcicæ constructionis mixtim & regulatè capax est, hac in lingua juxta cujusvis linguæ regulam, præcipuè verò per persicam ut cap. 14. tract. 2. hujus meæ Grammaticæ declaravi, ubi dictum est, quòd apud hanc Gentem regula *connexionis* seu *Quotiescunq;* Arabica per solos arabicos, Persica per persicos & arabicos, & turcica per arabicos, persicos & turcicos terminos inter se ordinatim mixtos contingere possit, hujusve regulæ viâ turcismus literalis ea, quæ arabica & persica sunt, communiter ad se trahere consuevit, & hinc ratio amplitudinis hujus linguæ.

Dico primò: Regula *Quotiescunq;* Arabum, purè sumpta, potest se orationi turcicæ intermiscere, si puri arabici termini ad constructionis compositionem concurrunt, veluti: جزيرة الحكماء بوتخي بيوك بر جزيره در *Insula sapien-*

دُرْ ... *eſt etiam magna quadam Inſula.* de mir. mund. جَزِيرَة ... Nominativus ſingularis arabicus generis fœminini, حُكَمَاء *Sapientum* pluralis fractus arabicus à ſingulari حَكِيم cum articulo أَلْ prout exigit regula Arabum *Quotiescunq́,* item: عَنْ ظَهْرِ ٱلْقَلْبْ أُوقُومَقْ *Ex manifeſtatione cordis legere.* id eſt: *Memoriter recitare.* عَنْ præpoſitio arabica *ex*, ظَهْرِ ٱلْقَلْبْ totalis arabiſmi regula *Quotiescunq́,* & أُوقُومَقْ *legere* verbum turcicum, id eſt: *ex manifeſtatione cordis legere.* ايكي بولدم بريسي تَعْظِيمْ امْرِ اللّه بريسي شَفْقَتْ خَلْقِ اللّه *Duo inveni: unũ eorum veneratio mandati DEI, alterum eorum commiſeratio populi DEI.* تَطْوِيلْ ٱلْكَلَامِ بِلَا فَائِدَه تَصْدِيعْدُرْ *protractio Sermonis ſine utilitate eſt perturbatio capitis.* de mir. mund.

Dico ſecundò: Poteſt ſe communicare regula *Quotiescunq́* Perſarum orationi turcicæ, ſi terminorum, ad perſicam regulam requiſitorum, vel è puris arabicis, vel è puris perſicis, vel ex iis mixtis conſtet. veluti: آيِنَهء ضَمِيرِ مُنِيرِ خُسْرَوَانيدَه كه مَدَارِ الْهَامَاتِ رَبَّانِي دُرْ *Speculum arcani mentis lucidum in Majeſtate regia, quia eſt locus inſpiratio-*

tionum Divinarum. آينهٔ ضمير منير *Speculum ar*-*mentis lucidum* مدار الهامات *locus inspirationum*, hic su..a duæ regulæ *Quotiescunq;* persicæ, compositæ ex terminis purè arabicis. item: پادشاهِ جهان پناه خلّد الله ملكه *Rex, mundi asylum, DEUS perennare fecit regnum ejus*, Hist. Sul. پادشاهِ assumit Kesram sub ه ad insinuandum, quòd جهان in genitivo capi debeat.

Adverte tamen, quòd regula hæc apud hanc Gentem in orationis ornamento principalem locum obtineat, & illi ad amplificationem orationis, quam Rhetores nostri amplificationem à definitionibus conglobatis appellant, valde deserviat, veluti amplificatio illa, quà Mustapha ben Gelal in Hist. Sul. in exprimendo veris tempore ùtitur, quæ expressio taliter est instituta:

بردم كه عروس جهان جمال دلارا و حسن عالم آراسته زيب و بها ويروب فراش نسيم عنبر شميم بسيط زيباى زمينه بساط سرور و نشاطى بسط ايتمشيدى *Tempore quodam, cùm sponsus orbis* (Sol) *cor ordinantis formalitatis & mundi pulchritudinis interioritati decus & pretium indidisset, stratum lenis ac gratæ auræ, ambræ odoris extendisset, & ad terræ pulchritudinem aulæum lætitiæ & hilaritatis expandisset.* Author illico, quid per hanc descriptionem

r ‒ dicere velit, per hanc ipſam regulam perſicam ſubjungit. يَعْنِي اَيَّامِ بَهَارْ اُورْ *nempè, cùm eſſent dies veris.* Quòd ſi cum ea parte nominis, quæ ad regulam perſicam *Quotiescunq;* pertinet, poſtpoſitionis turcicæ aliqua particula concurreret, ut fieri ſolet, poſtpoſitio nomini illi, quod genitivi caſus eſt, jungi debebit. veluti: عَرْضِ عُبُودِيَّتْدَنْ صُكْرَه *poſt exhibitionem ſervitutis.* Et ſic de rigore lectio eadem, in exemplis ſecundi ordinis deponentium, ſi quid ſimile reperiretur.

Dico tertiò: Ad regulam *Quotiescunque* Turcarum, omnium terminorum concurſus ſive Arabum, ſive Perſarum, ſive Turcarum ſtare poteſt, ſive purè, ſive mixtim concurrant, ut exempla exhibent tam in manifeſto, quàm in occulto genitivo. Termini arabici juxta manifeſtam regulam *Quotiescunq;* Turcarum: حَقْ سُبْحَانَهُ وَ تَعَالِينُكْ كَمَالْ قُدْرَتِنْدَنْ *Ex perfectione virtutis DEI Glorioſi & excelſi.* de mir. mund. quod & cum occulto genitivo contingit, veluti: بَنِي اِسْرَايِيلْ زَمَانِنْدَه *Tempore Filii* (Filiorum) *Iſrael.* Puri perſici termini cum manifeſto genitivo turcico: پَادِشَاهُكْ زَمَانِي *Regis tempus* دَرِيَانُكْ كَنَارِي *Maris litus.* ſic & cum genitivo occulto: سَاچِي سُنْبُلْ زُلْفِي *Crinis ejus, Hyacinthi cirrus.* Exempla mixtorum terminorum, arabicorum ſcilicet & Perſicorum: قَصْرُكْ مَيْدَانِنْدَه *in loco* ſeu *cam-*

po

po palatii. de mir. mund. مُلَكَتُنْكْ وَ مَمْلَكَتُنْكْ خَلْقِنُكْ پَاسِبَانِي *Regni & Regni populi Custos.* de ir. ment. & cum genitivo occulto. عَالَمْ آرَايِ *Mundi Ornator.* مَجْلِسْ آرَايِ *Consessûs ornator*: & vice versâ, exempla Persicorum & Arabicorum cum genitivo manifesto: شِيرْنَرْ لَرُنْكْ بُوجَنْكَه خَاطِرْلَرِي زِيَادَه تَنْكْ اُولُوبْ *Cùm Leonum masculorum ad hanc pugnam animi multum angustiarentur.* id est: *Cùm Leones mares hanc pugnam valdè expeterent.* Item Arabici & Turcici termini cum genitivo manifesto, ut: قَلْعَهنُكْ قَپُولَرِي قَاپَادِيلَرْ *Muniminis portas clauserunt.* de mir. mund. & cum genitivo occulto: جِيفَه طُولَايِنْدَه كُوپَكْلَرْ شَمَاتَه اِيدَرْلَرْ *In circuitu cadaveris canes rumorem faciunt.* Chur. Ef. Turcici & arabici cum genitivo manifesto, veluti: بُو طَاغُنْكْ قُلَّهسِنْدَه يَازُوقِيشْ قَارْ آكْسِكْ دَكْلْ *In hujus montis vertice nec in æstate, nec in hyeme nix deest.* de mir. mund. Persici turcici cum genitivo manifesto: بُو مِيوَنُكْ يَپْرَاقْلَرِي *Hujus fructus folia.* de mir. mund. & cum genitivo occulto: عَالِي كَارْبَانْ سَرَايِلَرِي وَ حَمَّامْلَرِي

حَمَّامْلَرِي وَارْدُرْ *Sunt excelsa Viatorum Diversoria & balnea.* de mir. mund. Turcici persici cum genitivo manifesto: بِرْ طاغُنُكْ كَنَارِنْدَه دُرْ *est in extremitate unius montis.* & cum genitivo occulto : اُولْ طَاغْدَنْ دَكِزْ كَنَارِينَه دَكِنْ *Ab illo monte usq; ad litus maris.* de mir. mund. Puri turcici termini cum genitivo manifesto: يِلاَنُكْ آغْزِنَه دُوشَنْ قَطَرَاتْ زَهْر قَاتِلْ وَ سَمّ هَلاهِلْ *Ad serpentis os cadentes guttæ, sunt toxicum lethiferum fataleq; venenum.* de mir. mund. & cum genitivo occulto : يِلاَنْ يُورُولَرِي يَرْ اِيچِنْدَه قَارْنِي اُوزَرِينَه يَاتُورْ *Ambulationes serpentis in inferioritate terræ, supra ventris sui superioritatem jacet.* de mir. mund. Hinc contingit, quòd si ad unius orationis cursum plurium regularum *Quotiescunq;* rationes concurrant, etiam diversi modi hanc regulam construendi concurrant, si ad hanc diversitatem ipsorum terminorum è variis idiomatibus concursus occasionem præbeat, veluti : persica & turcica : قِبَابِ كَنَايِسِشْ كُنْكُرَهء اِيوَانْ نَاقُوشْ كَاهْلَرِي لَرْزَانْ اُولُوبْ *Cùm vacillarent fornices templorum, & murorum pinnæ, & loca campanarum.* Hist. Sul. patet, quòd primæ duæ regulæ sint juxta regulam *Quotiescunq;* Persarum, & tertia juxta regulam *Quotiescunq;* turcicam cum genitivo occulto. Reperiuntur in uno

eodemque periodi curſu omnes tres regulæ veluti: أول آفتاب جهانتاب شرعڭ شعاع مزيد الانوار *Sol ille mundi radius, legis ſplendor, augmentum luminum.* en omnes tres in una eademque periodo, cum genitivo manifeſto in ipſa turcica. At de hujus Gentis regula *Quotiescunq;* plura vide in mea Grammatica turcica tract. 2. cap. 6. 7. 14. 27. item tract. 3. part. 2. cap. 5. tract. 5. part. 1. cap. 6. & per Syntaxeos decurſum, & ſiquid alibi reperietur. Nota: Si Genitivus pronominis relativi ſubſtantiæ ſit pars regulæ *Quotiescunq;* per affixum turcicum tertiæ perſonæ ad orationem cadit. veluti: أوقومش باباننڭ أوغلي *Docti Patris filius* ſeu *Filius cujus Pater eſt doctus.*

Aliquando adjectiva non ſecus ac ſubſtantiva ad hanc regulam trahuntur, veluti: دنيا طولوسي آلتون أولسه *ſi mundus ejus plenus* (plenitudo) *aurum eſſet.* item: أولر طولوسي آلتون أولسه *Domus plena eorum* (plenitudo earum) *ſi aurum eſſent.* Variabilitas autem illa, quæ directè à regula *Quotiescunq;* oritur, eſt ineptitudo quædam regulæ Turcarum *Quotiescunq;*, quia nonnunquam juxta illam in oratione procedere velle, eſt orationem deturpare, ineptamqne conſtructionem in medium adferre, & quia termini arabici & perſici ſe linguæ turcicæ abundantiſſimè communicant, unà cum communicatione abundantiſſima, aut aptitudinis, aut neceſſitatis ratione, ſimul & regulas ſuas *Quotiescunq;* ſecum trahunt, iisque turcismo literali maximum ornamentum adferunt, præci-

cipuè tunc, cùm arte & dexteritate quadam illas inducunt, quam inducendi modalitatem ut penitiùs intueamur; vide, quæ ſupra in Gramm. turc. tract. 2. cap. 14. reperiuntur. juxta Raghib Effendii ſenſum ſic ſe habent.

Prima Mixtio.

صاحب سعادتلر كه رسول اللهڭ قايم مقاملري در *Poſſeſſores felicitatum, qui Apoſtoli DEI Vicarii ſunt.* de int. ment. Conſtructio juxta regulam *Quotiescunq;* Turcarum, ſic formanda fuiſſet: سعادتلرڭ صاحبي كه تڭري رسولينڭ قايم مقاملري در at quia inſipida oratio foret, cùm conſtet, quòd arabici termini, & ad perſicam & ad arabicam & ad turcicam regulam *Quotiescunq;* totaliter vel mixtim trahi poſſint, prima pars conſtructionis eſt juxta totalem regulam *Quotiescunq;* perſicam: ſecunda pars arabica in turcicam labens, ut examinanti patebit.

Secunda Mixtio.

و اكر سائر غزات مسلمين *Et ſi alii milites muslimorum.*

pluralia arabica juxta regulam Perſarum *Quotiescunq;* conſtructa, quæ, Raghib Effendio docente, ad turcismum ſic transferenda conſtructio: واكر مسلمنلرڭ غازيلرينڭ سايري bona conſtructio, fluxus ingratus.

Tertia Mixtio.

فَرْمَانِ وَاجِبِ ٱلْاِذْعَانْ *Mandatum necessaria obedientiæ.* Regula *Quotiescunq;* persica, à persico termino incipiens & ab arabico cessans, Raghib Effendius hanc turcicè sic reddit: اِذْعَانِي وَاجِبْ اُولَانْ فَرْمَانْ *Obedientia ejus, necessarium mandatum existens.*

Quarta Mixtio.

اَمَّا كَلِمَهءِ شَهَادَتِي بُو اُولَه *Sed verbum testimonii ejus hoc sit*, regula *Quotiescunq;* persica concurrente affixo turcico ad شَهَادَتْ Raghib Effendius sic turcicè reddidit : شَهَادَتِي

كَلِمَه‌سِي بُو اُولَه *Testimonii ejus verbum ejus hoc sit.*

Quinta Mixtio.

اَنْوَاعِ دُرَرِ صَلَوَاتْ اَصْنَافِ غُرَرِ تَحِيَّاتْ *Variæ gemmæ apprecationum, diversi uniones benedictionum.* quod turcicè sic ftaret: صَلَوَاتُكْ اَنْوَاعِ دُرَرِي تَحِيَّاتُكْ اَصْنَافِ غُرَرِي *sed orationis indecorus fluxus.*

Sexta Mixtio.

اِيكِي بُولْدُمْ بِرِيسِي تَعْظِيمِ اَمْرِ ٱللّٰهِ بِرِيسِي شَفْقَتِ خَلْقِ ٱللّٰهِ de persismo in arabismum cadens, quod

quod juxta turcismi curſum ſic conſtruendum eſſet : ايكي بولدم بريسي آللهك امرينك تعظيمي بريسي آللهك خلقينك شفقتي conſtructio repetitarum regularum *Quotiescunq;* turcicè ſumptarum.

Septima Mixtio.

حضرت قرآنك حقايقيله Perſico turcica regula, ***Cum veritatibus dignitatis Curani.*** quod & turcicè bene eſſet: قرآن حضرتينك حقايقيله at non ita eleganter.

Octava Mixtio.

پاشای مبارک تدبیرک خاطر الهام پذیری بو طریقه سالک اولدی ***Baſſa benedictus, ſuſcipiens conſilii mentis inſpirationem, ad hanc viam pergens fuit***, Regula *Quotiescunq;* de turcismo in perſismum labens, quam conſtructionem Raghib Effendius turcismo proprio ſic donavit: تدبیری مبارک اولان پاشانک الهام قبول ایدیجی خاطری۞

Nona Mixtio.

Elegans & turcicæ regulæ per totum conformis.

Deci-

Decima Mixtio.

سَرِّ شَمْشِيرِ غَازِيَانْ *Evaginatio gladii militum.* Regula *Quotiescunq;* persica, de persica in persicam cadens, juxta turcismum غَازِيلَرُكْ سَرِّ شَمْشِيرِي

Undecima Mixtio.

إمَامْ مُحَمَّدْ قَاتِنْدَه *In conspectu Antistitis Muhammed.* Quæ regula turcica, quia juxta illam Nomina Virorum propria & eorundem munerum vel dignitatum in regula *Quotiescunq;* Turcarum genitivum manifestum non admittunt.

Duodecima Mixtio.

حَقِّ مِيرِ لِوَاء وَ زَعِيمْ اُونْ سَكِيزْدُرْ *Merces Regis Vexilliferorum , & Zâaimorum sunt octodecim.* Can. Ottom. Regula *Quotiescunq;* persica plures genitivos respiciens.

Decima tertia Mixtio.

تُجَّارْ طَائِفَهسِنُكْ بُو دِيَارَه مُرُورْ وُ عُبُورِي يُوقْدُرْ *Mercatorum Gentis* (Genti) *ad hanc ditionem non est transitus & trajectus.* Regula purè turcica, cum genitivo occulto & manifesto.

Decima quarta Mixtio.

مَمْلَكَتُكْ خَلْقِنُكْ پَاسِبَانِي *Custodia populi regni.* propriè turcica.

Deci-

Decima quinta Mixtio.

مِزَاجِ شَرِيفْلَرِينُڭ صِحَّتْ وُ عَفِيَتْلَرِي خَبَرْلَرِينْ

وِيرْدِيلَرْ *Temperamentorum ejus nobilium, ſanitatum & incolumitatum ejus, informationes dabant.* Pura turcica regula *Quotiescunq;* مِزَاجِ *temperamentum* cum Kesra, quia ſequitur adjectivum شَرِيفْ *Nobilis* صِحَّتْ & عَفِيَتْلَرْ ſunt caſus verbi, ſignificatur genuina interpretatio *ſuorum temperamentorum nobilium ſanitates & incolumitates indicarunt.* Ex iis exemplis diverſus modus procedendi Turcarum in regula *Quotiescunq;* colligi poteſt.

De pronominibus relativis ſubſtantiæ nominativi caſus, verbo finito junctis, ad participium tranſire potentibus, & ad ſubſtantivi qualitatem cadentibus, & in regula Quotiescúnque ſubſiſtentibus.

Verbi finiti tertia perſona præſentis indicativi, ob aſſumptionem nominativi pronominis relativi ſubſtantiæ *qui quæ, quod,* ad participium præſens verbi tranſire poteſt, ſi ad ſubſtantivi nominis formam reduci poteſt, & cum ſubſtantivo, cui ut participium jungebatur, duo ſubſtantiva rerum diverſarum conſtituat, incidit in aliquam regulam *Quotiescúnque* harum trium linguarum, arabicæ ſcilicet, perſicæ, aut turcicæ.

Concurrentibus puris terminis arabicis conſtructio talis per regulam *Quotiescúnque* arabicam inſtitui poterit, veluti: *Qui poſſidet tympanum & vexillum.* item: *Poſſidens tympanum & vexillum* hinc: *Poſſeſſor tympani & vexilli,* & in Sermone literali turcico

per

per regulam *Quotiescúnque* bene cadet : صَاحِبُ ٱلطَّبْلِ وَ ٱلْعَلَمْ Usitatissima est regula *Quotiescúnque* persica ordinaria, quà summè & frequentissimè utitur Mustapha Ben Gelal in Hist. Sul. at è lib. de int. ment. hanc præpono : *Hæc divitiarum potentia dilatat*, seu *quæ dilatat regiones Muslimorum, quæ duplicat magnanimitatem exercituum, quæ extollit vexilla in unum DEUM credentium, quæ est causa, quod evertantur, & subjugentur hostes fidei.* vel : *Hæc divitiarum potentia, dilatans regiones Muslimorum, duplicans magnanimitatem exercituum, efferens vexilla in unum DEUM credentium, existens causa ad eversionem & subjugationem hostium fidei.* & ad usum de quo agimus. *Hæc divitiarum potentia est dilatatio regionum Muslimorum, duplicatio magnanimitatis exercituum, elatio vexillorum in unum DEUM credentium, quæ est causa eversionis & subjugationis hostium fidei.* quæ per regulam *Quotiescúnque* persicam ordinariam ad orationem turcicam sic transferuntur. أُولْ مَالْكِ قُوَّتِي تَوْسِيعِ بِلَادِ مُسْلِمِينْ وَ تَضَاعُفِ شَوْكَتِ عَسَاكِرِينْ وَ اِرْتِفَاعِ رَايَاتِ مُوَحِّدِينْ وَ اِنْهِدَامُو قَهْرِ أَعْدَاءِ دِينَه سَبَبْدُرْ Sic etiam : *Sultanus, qui leges custodit.* vel *Sultanus leges custodiens.* hinc *Sultanus, legum custodia* : سُلْطَانِ شَرْعِ نِگَاه haec phrasis persæpè in usu.

Juxta

Juxta modum turcicum: *Tartarus, qui hostem capit. Tartarus, hostem capiens. Tartarus hostis captio.* تَاتَارْ عَدُوْ شِكَارِي & hæc phrasis in ipso turcico construendi modo rariùs reperitur.

EXAMEN.

Phrasiologiæ Mustastpha Ben Gelal per Historiam Suleimani Secundi, per regulas *Quotiescúnque* expressæ.

Supra in mea Gramm. turc. tract. 2. cap. 14. pag. 160. *De regula Quotiescúnque Turcarum* dictum est, quòd, si genitivus regulæ *Quotiescúnque* Turcarum sive manifestus, sive occultus sit, exigat, ut in casu, qui non est genitivus regulæ, & tamen ad regulam pertinet, & genitivo regulæ postponitur, affixum tertiæ personæ pleonasticum esse debeat, hoc supposito:

Phrasiologia Prima.

ضيَاي شَمْسْ تَابَانِ عَدَالَتْ
شُعَاعِ مِهرْ رَخْشَانِ خِلَافَتْ
زَمِينْ اوزره پنَاهي مُسْلِمِينُكْ

Lumen Phœbi, Splendor æquitatis,
Radius solis, radii Vicariatûs
Super terram, Muslimorum refugium.

Juxta regulam Turcarum currentem مُسْلِمِينُكْ پنَاهِي esse deberet. ast licentiâ, ut arbitror, poëticâ transpositio facta.

Phrasiologia Secunda.

پَادِشَاهْ جِهَانْ مُعْتَادِي *Rex, certaminis pro Religione, consuetudo*, Regula *Quotiescúnque* turcica cum genitivo occulto. aliàs پَادِشَاهْ جِهَانُڭْ مُعْتَادِي

Phrasiologia tertia.

كَتْخُدَاسِي عَتَبَهٔ عَالَمْ پَنَاهَه كَلُوبْ *Cùm Residens ejus ad limen mundi*, id est: *quod est mundi refugium, pervenisset.* item: آسِتَانَهٔ مُعَدَلَتْ پَنَاهَه اِرْسَالْ اُولُنُورْ *Mittitur ad limen æquitatis*: id est: *quod est æquitatis refugium.* Nam per hanc phrasim relativum substantiæ Latinorum plerumque exprimitur. sic رَايَاتِ سَعَادَتْ آيَاتْ *Vexilla* (quæ sunt) *felicitatis signa.* sic: پَادِشَاهِ شَرِيعَتْ آيِينْ *Rex* (qui est) *Divinæ Apostolicæque legis Canon.*

Phrasiologia quarta.

شَهِنْشَاهِ مُعْجِزَاتْ پَنَاهُڭْ حَقَّه تَوَجُّهْ وَاِلْتِجَاسِي *Regis Regum, Miraculorum asyli, ad DEUM conversio & confugium.* & en harum phrasiologiarum exemplum. اَكَرْ تَاجِ مُرَصَّعْ وَ ثَمِينُو مُصَنَّعْ وَ جَوْهَرِينْ اِيسَه بُو پَادِشَاهْ شَرِيعَتْ آيِينُڭْ سَرِّ سَعَادَتْ قَرِينِنَه اَلْيَقْ وَ اَوْلَى وَ اَكَرْ خِلْعَتِ بِهْتَرِينْ وَ جَامَهٔ پَاكْ وُنَازُكْتَرِينْ اِيسَه

ايسه بو شهر يار روي زمينڭ قامت بالاسنه
سزاور و احري و اكر خاتم زبرجد نكين و مهر
زرين ايسه بو شاهنشاه سعادت جبينڭ
انكشتي دولت رهينينه محرّر سزاوار *Si Corona auro intertexta, & magni pretii, & bene exornata, gemmisque compta fuerit, Hujus Regis Divinæ & Apostolicæ legis Canonis* (Qui est Canon Divinæ & Apostolicæ legis) *Capiti, felicitatis socio, decentissima & præstantissima,* (est) *& si chlamys optima vestisque pura & nitidissima fuerit, Hujus Regis, superficiei terræ, staturæ proceritati conveniens & dignissima* (est) *Et si annuli pala Chrysolithus, & aureum sigillum fuerit, Hujus Regis Regum, felicitatis frontis, digiti imperii; pignori ejus appositus & accommodatus* (est) Hæc examinanti regulæ *Quotiescúnque* cursum in turcismo literali manifestabuntur.

Redeundum nobis ad ablativum absolutum, instrumenti, causæ, modi, actionis, ut de tali ablativo, quod per relativum substantiæ in latinitate exprimitur, quomodo id ipsum hac in lingua exprimi debeat, intelligatur: & dico, quod eodem modo per hæc ipsa masdara cum affixis, exprimi debeat.

Ablativus absolutus sic exprimetur. veluti: *Me adveniente obticuit.* كلدوكم حالده سوس اولدي *In statu adventûs mei obticuit.*

Ablativus instrumenti: *Oculo quo vidi,* كوردوكم عين ايله id est: *visionis meæ oculo.*

Ablativus causæ: *vi quâ eversus est* يقلدُوغي زورْ ايلهَ *cum vi eversionis ejus.*

Ablativus modi per أوزره *juxta*, veluti: *modo, quo voluit*, إستدُوكي وَجهْ أُوزره *Juxta modum volitionis suæ.*

Ablativus actionis, veluti: *Inimicus falsa delatione, qua voluit nocere, profuit.* عدُو ضررْ استدُوكي كذبْ ايلهَ مُفيد أولْدي *Inimicus sui damni volitione per mendacium, profuit.*

De dativo latino, juxta syntaxim turcicam ad genitivum cadente.

Verba apud Latinos dativum personæ cum accusativo rei regentia, si cum dativo personæ latino, à verbo expetito, nomen aliud ad substantivum concurreret, in turcismo ad casum verbi non erit attendendum, sed regula *Quotiescúnque* potius observabitur. dicent v.g. Latini: *Dursis* (Gens Orientis) *ubi aggeres facerent, locus non remansit.* Dativus Latinus ad *remanere* referendus est: *Dursis*, quod cum respectu ad turcismum loquimur, est substantivum unum, & alterum est *locus*, ut videtur *rerum diversarum* ratio, tali in circumstantia regimen verbi apud hanc Gentem locum non habebit, sed ei ratio regulæ *Quotiescúnque* prævalebit, & latinè pro turcismo constructio immutanda erit dicendo: *Populorum Dursorum aggeres faciendi locus non remansit*, & juxta Syntaxim turcicam prodibit: دُورزي طائفهسنڭ

طايفەسنڭ مترس ايدەجڭ يري قالمادي

nisi dicere velimus, genitivum ex ea causa esse, quia sequitur masdarum ايدەجڭ quod se substantivè habet, & Latinè caderet: *Dursõrum Gentis locus* (eorum) *factionis* (faciendi) *aggerum* (aggeris) *non mansit.*

Advertendum item, quòd apud Turcas ut apud Arabes (ut suis in locis insinuatum est) quædam substantiva reperiantur, quæ locò pronominum ad usum cadunt, ut: ذات عين

نفس وجود hoc prænotato, si apud Turcas, ut apud Latinos, verbum, quod præter dativum personæ accusativum rei regat, obvium haberetur, & Turcæ hìc dictis substantivis pronominis locò uti voluerint, tale substantivum respiciet rationem regulæ *Quotiescúnque*, & non rationem regiminis à verbo, veluti:

حق جلّ و علا حضرتي عزّ شانه بر قولنه خير دلسه آني كندو عينيه آگاه ايدوب كندو نفسنڭ قصورو عيوبن بلدرر *Majestas DEI exaltati & Magnificati (cujus dignitas & magna & potens est) si cuidam servo suo bonum petat, illum sui ipsius vitii admonet, illique suæ ipsius animæ defectus & vitia scire facit.* de mir mund. Quòd si his substantivis non utentur, & ipsa genuina pronomina prælegerint, verbi regula potius observabitur, ut: بڭا عيوبمي

بلدردي *Mihi mea vitia scire fecit.*

Quan-

Quando genitivus latinus regulæ *Quotiescúnque* per præpositionem *ad* resolvi poteſt, in turcismo ad dativum cadit, veluti: جَنْكُو جِدَالَه بَاعِثْ اُولْمَقْ *pugnæ & litigii causam esse.* juxta turcicum: *ad pugnam & litigium causam esse.* Gem. Hiſt.

Additamentum.

Mihi non exiguum dubium eſt, an Turcæ in exprimendis phrasibus, quæ tract. 2. cap. 7. in Gramm. Turc. continentur, regulam *Quotiescúnque* ad amuſſim obſervent. ſit v. g جناب سعادتماب *dignitas, felicitatis receptaculum*, quidam prætendunt جَنَابْ سَعَادَتْمَابْ alii, ut جَنَابِ سَعَادَتْمَابْ legatur. Ego meliùs exiſtimo, quòd lectio ſecunda ſit regulæ magis conformis: nam vocalizatio primi termini regulæ conformis eſt, quæ juxta Perſas docet, ſubſtantivum, quod ad genitivum non pertinet, notandum in fine Kesrâ, ut ſequens terminus genitivi caſus eſſe agnoſcatur. quam regulam tamdiu obſervandam eſſe exiſtimo, donec pro contrario authoritas vincat. ſic dicitur: پَادِشَاهِ دَوْلَتْ پَنَاهْ *Rex imperii refugium.* hoc eſt: *Rex, ad quem imperium refugit.* شَاهِ عَالَمْ پَنَاهْ *Rex mundi refugium.* id eſt: *Rex, ad quem mundus refugit.* آفتَابِ عَالَمْتَابْ *Sol, mundi radius* ſeu *ſplendor.* شَمْشِيرِ جِهَانْتَابْ *Gladius, mundi ſplendor.* & hoc in trium ſubſtantivorum con-

concurſu eſſe arbitror. In nominibus compoſitis ex duobus ſubſtantivis non eſſe notam Kesræ exiſtimo, veluti: سَعَادَتْ مَآبْ *felicitatis receptaculum* ſeu *objectum*: فَضِيلَتْ مَآبْ *Virtutis receptaculum* عِزَّتْ مَآبْ *honorificentiæ receptaculum.* اَفْضَالْ پَنَاهْ *Virtute præditorum aſylum.* سَعَادَتْ پَنَاهْ *felicitatis aſylum.* فَلَكْ مَدَارْ *ætheris ſedes.* عِزَّتْ مَدَارْ *honorificentiæ ſedes.* شَجَاعَتْ دَسْتَكَاهْ *generoſitatis operatio.* ظَفَرْ دَسْتَكَاهْ *Victoriæ operatio.* فَلَكْ دَسْتَكَاهْ *Ætheris operatio.* سَعَادَتْ دَسْتَكَاهْ *felicitatis operatio.* مَعْدَلَتْ دَسْتَكَاهْ *Juſtitiæ operatio. Aſt in iis enuntiandis ſtudioſus id, quod in uſu eſt, ſequetur.*

Adjectiva, cùm ſubſtantivè ponuntur, more ſubſtantivorum conſtruuntur: ut: وَآيْ بَڭَا كِمْ إِنْسَانْدَنْ قَچَرْكَنْ آنْلَرْدَنْ بَدْتَرْ ظَالِمْلَكْ آلِنَه كِرِفْتَارْ اُولْدُمْ *Væ mihi! qui ab hominibus fugiendo in manum illis pejoris crudelis incidi.* Fab. Locm.

GENI-

GENITIVUS VEL ABLATIVUS POST NOMEN.

Substantiva, cùm ad Laudem vel vituperationem referuntur, Genitivo vel Ablativo gaudent.

Diversæ Laudis & vituperationis apud hanc Gentem sunt phrases, qua de causa huic Alvari regulæ inhæreri non potest, sed per modos loquendi hujus linguæ evagari oportet.

Primò: Laus & vituperatio, quæ apud Latinos per casum nominativi exprimitur, & apud hanc Gentem locum obtinet, veluti: سلجەسە مزرعەلري وافر و خيرات متكاثر در *Arva selgiasæ* (urbs est) *multa, & felicitates & benedictiones copiosæ sunt.* de mir. mund.

Secundò: Loquendi modus Latinorum, quo per genitivum pronominis relativi *cujus* aut demonstrativi *ejus*, quæ substantivo jungunt, loquuntur, ejus locò tertiæ personæ affixum ad substantivum ponunt, ut: ولايت روم ايلندە سرحد اسلام اولان بوسنه دياري كه آب روي اقليم سبعه در هواسي حد اعتدالده *In Græciæ ditione Confinium Islamismi existens Bosniæ regio, quæ est aqua faciei,* (id est decor) *septem climatum est, cujus aër in termino temperiei* (est) vel *aër ejus in termino temperiei.* (est.)

Tertiò: Adjectivum latinum *præditus*, & huic in vi significandi similia adjectiva latina, apud hanc Gentem in currente ser-

sermone per verbū وُلْمَقْ aliàs *esse*, hìc verò *habere* significans affirmativè & negativè, prout ratio exigit, adjectis ad substantiva laudis vel vituperationis personarū affixis exprimuntur, veluti : عبادت

طاعت ايچنده شولقدر صبري وارايدي كم حق

تعالى جزّو علا فرشتهلر ايچنده مدح ايلموب

اوكدي *In servitute obsequii, tantam patientiam habebat: ejus patientia tanta fuit.* (tantâ patientiâ præditus fuit) *ut DEUS celsitudinis (magnificatus & exaltatus fuit:) inter Angelos laudaverit & deprædicaverit.* de illum. ment.

Quartò: Nonnunquam hujus Gentis phrasis est, enuntiatio laudis vel vituperationis per nominativum, modus loquendi latinis barbarus, ab hac Gente frequenter usitatus, ut : بر خوب

منظر پري پيكر لطيف قيافت جاريـــه

quasi diceres. *Quædam serva pulcher aspectus, Angelus vultus, statura amæna.* de mir. mund. Quem loquendi modum, latini adminiculo genitivi pronominis relativi *cujus* enuntiarent, veluti: *Puella* seu *serva quædam, cujus aspectus pulcher, cujus vultus Angelicus, cujus statura amæna.*

Quintò: Cùm per laudem aut vituperationem subjectum, de quo laus aut vituperatio enuntiatur, certum & specificum esse supponitur, regula *Quotiescúnque* turcica cum genitivo manifesto locum habere potest, ut : بو جوانڭ مهارتـــي

 كمالنده

كَمَالِنْدَه ايدي *Acumen ingenii hujus Juvenis fuit in perfectione.* Hiſt. Mahm. Baſſæ.

Sextò: Nonnunquam Gens hæc ſubſtantivis laudis aut vituperationis vult poſtpoſitionem ايلَه addi, & taliter ad adjectiva collocari. veluti: فَضْلُو كَمَالْ ايلَه مَشْهُورْ *Excellentiâ & perfectione celebris.* Hiſt. Sul. item ibid. فَضَايِلُو كَمَالاتْ ايلَه فَرِيدْ *Virtutibus & Perfectionibus unicus.* item ibid. ذَاتِ شَرِيفْلَرِي مَكَارِمْ وَ الْطَافْ ايلَه مَعْمُورْ *Subſtantia* (perſona) *ejus nobilis, gratiis & beneficentiis exculta.* item ibid. آفِتَابِ رَخْشَانْ كِبِي زِيوَرْ كَمَالْ ايلَه *Coruſcantis ſolis ad inſtar margaritis ornatus cum perfectione.* & in vituperatione شَرَّتْ ايلَه مَشْهُورْ *malignitate celebris. infamis.* عَيبْ ايلَه مَشْهُورْ *à vitiis infamis.*

Septimò: Subſtantiva laudis vel vituperationis ده poſtpoſitionem etiam aſſumunt. ut: كَمَالاتْ وَ عُلُومْدَه عَدِيمْ *In perfectionibus & ſcientiis incomparabilis.* item ibid. تَحْرِيرِ فَضَايِلْدَه كَامِلْ وَ مَاهِرْ *in conſcriptione rerum præſtantium per-*

perfectus & expertus. item ibid. تَقْرِير مَعَارِفْ وَ عِرْفَانْدَه كُويَا بُلْبُلْ *in expositione scientiarum & doctrinarum canora philomela.*

Octavò: Ut latini præpositionis *à* vel *ab* adminiculo adjectivo substantivum laudis aut vituperationis adjiciunt, ita & apud Turcas, per regulam *Quotiescunq;* turcicam, cum genitivo occulto contingere potest, veluti: اُولْ زَمَانْدَه مَلَاحَتْ يُوزِنْدَنْ آنْدَنْ اَكْمَلْ وَ صَبَاحَتِي يُوزُنْدَنْ آنْدَنْ اَجْمَلْ يُوغْ ايدِي *Illo tempore à coloris pulchritudine illâ perfectior, à rubicunditate faciei illâ magis formosa nonfuit.* de mir. mund.

Nonò: Regula *Quotiescunq;* persica ordinaria valdè etiam in usu est, veluti: مَرْكَزِ دَايِرَهٔ عَدَالَتْ *Centrum circuli justitiæ.* صَاحِبْ قِرَانِ شَاهِنْشَاهْ مَلَايِكْ شَانْ *Heros Rex Regum dignitas Angelorum.* اُمَرَاء عِظَامِ بُلَنْد مَقَامْ *Magni Duces excelsæ dignitatis.* Hist. Sul. item: صَبَاحَتْ وَجَاهَتِنَه تَغَيُّرْ كَلْسَه فِي ٱلْحَالْ آنْكِ يَرِينَه آنْدَنْ اَمْلَحْ وَ اَحْسَنْ بِرْ صَاحِبِ جَمَالْ نَصْبْ ايدَرْلَرْ *In decore & gravitate ejus alteratio si veniret, illicò ejus locò illâ Gloriosiorem, & pul-*

& pulchriorem & possidentem formam eligunt. de mir. mund. item ibid. بُو اِقْلِيمْكْ عَوْرَتْلَرِي غَايَتْدَه حُسْنِ جَمَالْدَه *Hujus Climatis Mulieres* (sunt) *valdè in pulchritudine formæ*, hinc nec regula arabica *Quotiescunq;* benè excludi potest: dicunt enim: پَادِشَاه عَظِيمُ الشَّانْ *Rex magnæ dignitatis.*

Decimò: Fit pariter laus & vituperatio per regulam *Quoties-cũnque* persicam meæ observationis, veluti: جَارِيَه پَرِي رُوِي وَسَمَنْ بُويْ *Ancilla Angeli facies, & Jasmini odor.* de mir. mund.

Tandem arabicæ constructionis cursus in iis circumstantiis non tollitur. dicunt enim v. g. عَتَبَهء عَلِيَادَه بِرْ ذَاتِ كَامِلِ الْعِيَارْ دَفْتَرْ دَارْ اِيدِي *apud excelsam portam una persona perfecti ponderis, rationum Magister fuit.* Hist. Sul. item ibid. اَوْلْ ذَاتِ عَدِيمُ الْمِثَالِي دَفْتَرْدَارْ اِيكَنْ *Cùm illa persona incomparabilis similitudinis, rationum Magister esset.* حُسْنِ قَابِلِيَّتْ وَ ذَكَا اِيلَه صَاحِبُ الاِسْتِحْقَاقْ *Pulchritudo capacitatis & cum acumine ingenii, Possessor meriti.* apparet, quomodo oratio persismi viâ in arabismum ingrediatur, quod fit & in persismo, turcismo interveniente: veluti: كَرُوهِ كُفَّارْ شَقَاوَتِ آثَارْكْ كَمَالِ شَجَاعَتْ اِيلَه مُمْتَازِي اِيدِي *Turma Infidelium, iniquitatis vestigiorum, perfectio-*

fectio-

fectione generositatis distincta fuit. hæ phrases ad lectionum cursum penetrandum observandæ sunt. Vid. tract. 2. Gramm. turc. cap. 6. & 7.

GENITIVUS POST NOMEN ADJECTIVUM.

Adjectiva, quæ scientiam, communionem, copiam, & his contraria significant, cum genitivo junguntur.

Hæc apud Turcas diversimodè construuntur, v. g. *Peritus* vel substantivè, vel adjectivè construitur. si substantivè, fiet per وُقُوفْ *cognitio*, quod verbo substantivo اُولْمَقْ ut *habere* jungetur, substantivum affixa personarum exposcet, & res, de cujus cognitione agetur, postpositionem نِنْ assumere debebit, ut: كَمْچَه آدْوَالِنْدَنْ غَايَتِلَه وُقُوفِي اُولُوبْ *De rebus Germanorum summoperè cognitionem cùm haberet.* id est: *Rerum Germanicarum summoperè cùm peritus esset.* Gem. Hist. sed & cum dativo construi poterit, ut: عُلُومْ دَرِيَايَه وُقُوفِي اُولَانْلَرْ يَارِينْ عَرَبِسْتَانْ قُورِيلَرْ كُورِيلُوبْ كَنَارْلَرْ سَچِيلُرْ دِيُوخَبَرْ وِيرْمِشْلَرْ *Cognitionem scientiæ maris habentes, dicebant* vel *significabant*: *cras Arabiæ continentia videbuntur, & litora cognoscentur.* Hist. Sul. Latini dicerent. *Maris periti.* Modus alius construendi, si vox adjectivè sumatur; ut: وَاقِفْ *cognoscens* عَارِفْ *sciens*, hic modus dativi casum

casum sibi vendicat; ut: دريايه واقف احوال ضربو
حربو هيجايه عارف جزاير بكلربكيسي
Maris peritus, statumque pugnæ & belli & certaminis sciens Algieri Beglerbegus, Hist. Sul. ماهر *ingenio subtiliter perspiciens & penetrans,* & شناش *intelligens, sciens* cum ده construi volunt, ut: علم هندسه ده ماهر اولان *Geometriæ peritus,* بونلر صنعتلرنده كمال ايله ماهردر *Illi suis in artibus perfectè periti sunt.* Hist. Sul. item ibid. علوم درياده ماهر بحرده رزم شناس و حيله ساز ملاعين ايدي *ille artium maris peritus, bellum maritimum noscens, & fraudulentus maledictus fuit.* Hist. Sul. item: پاشا سليم طبع نظم فارسي و تركيده بلكه عربيده دخي ماهر ايدي *Purus Syncerus naturæ ordo, Persismi & Turcismi, quin immo & arabismi peritus fuit.* Algenabius.

Ignarus oppositum termino *peritus*, haberi potest, transferendo verbum de forma affirmativa ad negativam, sed & suum proprium ab arabismo habetur, quod est: غافل *imperitum*

tum esse, quod cum دن vult construi; veluti : بو مَعْرِفَتْدَن غافِلْ ايدي *Hujus artis fuit imperitus.* Chur. Ef.

Particeps, prout hoc in loco esse debet, est حِصَّه دار *partem habens*, quod دن pariter expetit, ut: كَرَم و لُطْفكُزدَن بِز دَخي حِصَّه دار أُولالُم *Nos etiam gratiæ & benevolentiæ vestræ participes erimus.* Chur. Ef.

Expers hujus compositum etiam haberetur, transeundo de verbo affirmativo ad negativum, sed communiter in præpositione arabica, aut persica, aut in postpositione turcica negativa, vel Arabum particulâ لا junctâ arabico termino consistit, ut : تَطْويلُ ٱلْكَلَام بِلَا فَايِدَه تَصْديعْدُر *Prorogatio sermonis, utilitatis expers, cephalgia est.* Chur. Ef. بو آدَمْ دِني عَقْلْسِزْ قَومْ *Hic vir criminis expers est.* item : كُنَاهْ دَرْ أُولمَغلَه *Cùm hic populus sit rationis expers.* de int. ment. item : بو ايشْ ايچِنْدَه حَيْرانْ أُولْدُمْ وَ لا يَعْقِلْ اولْدُمْ *In hac re obstupui, & non intelligens evasi*, id est: *rationis expers evasi.*

Plenus hoc in sensu optimè convenit پُر cum Nominativo, ut : كافَّۀ ٱلنَّاسْ مَسْرُورْ و پُرْ حَبُورْ *Omnes homines læti*

lati & gaudii pleni erant. Hist. Sul, item ibid. آفاق تبريز و شروان و اصفهان پر غلغله و آشوب اولورسه *Si tractus Tebrizii & Schirvani & Esphahani, tumultuum & arumnarum pleni fuerint*. Hist. Sul.

Inanis Oppositum *pleni*, aut manet پر posito verbo ad formam negativam, aut per Arabum aut Persarum præpositiones, aut Turcarum postpositiones privativas, ut de *expers* dictum est.

Item quædam in ax, ius, & idus, & osus. hæc latinis specialia sunt, sic *tenax* Turcis ثابت قدم *constans* seu *firmus pes*, veluti: اقرارنده ثابت قدمدر *Promissione in suâ est pes firmus*. id est: *est suorum promissorum tenax*. sic: راسخ دم *Spiritus firmus*, seu *tenax*, ut: فلان كندي سوزنده راسخ دمدر *Talis quidam verbi sui tenax est*. Chur. Ef.

Conscius apud Turcas per خبر اولمق *notitiam habere* procedendum est. ut: بو صوچدن خبرم وار *hujus culpæ notitiam habeo*. id est: *hujus culpæ sum conscius*.

Avidus حريص cum dativo construitur, ut: علمه حريصدر *scientiæ* seu *ad scientiam avidus est*.

Stu-

Studiosus مُقَيَّد quod unà cum diversis synonymis invenies in tertio ordine neutrorum.

Memor, immemor. Vide secundum ordinem Neutrorum *memini*, & in primo ordine deponentium *recordor reminiscor*, hæc enim Turcæ juxta ibidem notatas phrases exprimunt.

Securus آمين construitur cum دن postpositione præcedente, veluti: آني آنلرڭ شرندن آمين ايدردي *Illum ab eorum malitia securum reddidit.* de mir. mund.

PARTITIVA.

Partitiva genitivo multitudinis gaudent.

Turcis in usu esse videtur postpositio دن veluti: بو سنه ده نخي سزدن زياده استرم *Hoc anno vestrûm plures expeto.* Gem. Hist.

Item numeralia nomina apud Turcas ut partitiva construuntur. veluti: حاجيلردن بري حكايت ايلدي *Unus peregrinantium narravit.* de mir. mund. ibid. همان اول كمسنه دن بريسي بر طاش چقاردي *solùm unus eorum lapidem quendam extraxit.* بو سنه ده فرانچه بكي پادشاهدن طوننمه طلب ايلديكه باباسني اسپانيه

اِسْپَانِيَه بَغْلَرِنْدَنْ بِرِي بِرْ وَجْهِلَه كِرِفْتَارْ

اِيتْمِشْيِدِي وَارُوبْ آنِي خَلَاصْ اِيدَهلَرْ *Hoc Anno Gallia Begus à Rege classem navalem petiit, quia Patrem ejus unus Principum Hispaniæ modo aliquo cæpit, veniant & eum liberent.* Algenabius.

Denique quæcúnque adjectiva, quæ partitionem significant, interrogandi casum possunt admittere.

Apud Turcas per نْ postpositionem, veluti: عَوَامْدَنْ نِيچَه

كَمْسَنَه آنُكْ دَرِيسِنْدَنْ كَنْدُويَه قَفْتَانْ اِيدِينُورْلَرْ

Perplures plebis ex ejusdem pelle sibi ipsis vestem fieri curant. de mir. mund.

SUPERLATIVA.

Si multa ejusdem generis comparentur, utendum est superlativo cum genitivo pluralis.

Turcæ hac in parte positivi gradum à gradu superlativi non subdistinguunt, sive turcieæ, sive persicæ, sive arabicæ sit origiginis, eodem modo cum genitivo se præcedente construuntur, & gradus is affixum tertiæ personæ sibi vendicat; veluti: اَلْكُوزْ بَادَامْ دُرْ آنُكْ اَيُوسِي تَازَه دُرْ id est: اَلْكُوزْ *amygdalum ejus optimum, recens est.* de mir. mund. sic

عِلْمِنُكْ خَيْرْلُوسِي *horum prudentissimus.* بُونْلَرُكْ دَانَاسِي

scientiarum felicissima. عُلَمَانُكْ فَضِيلِي *sapientum excellentissimus*

tiſſimus. Superlativus tamen arabicus hanc regulam non renuit, ſimul & affixum hìc dictum amplectitur, veluti: الاسد وحشي حيواناتنك اشرفيدر *Leo Sylveſtrium ferarum nobiliſſimus eſt.* de mir. mund. item ibid. بو دريانك ساحلنده عنبر اشهب ديدوكلرينك غايت اعلاسي بولنور *In litore hujus maris, ambra, quam cinerei coloris vocant, præſtantiſſima reperitur.* item ad magis genitivi vim demonſtrandam, ſuperlativus genitivum non ſecus, ac ſi regula *Quotieſcunq;* perſica foret, ut caſus, qui genitivi non eſt, ſub ultima litera Kesrâ notetur, & ſequatur ſubſtantivum; veluti: افضل انام ابراهيم عليه السلام ايتدي *Excellentiſſimus hominum Abraham, ſupra quem pax, dixit.* de mir. mund.

GENITIVUS VEL DATIVUS POST NOMEN.

Nomina, quæ ſimilitudinem aut diſsimilitudinem ſignificant, interrogandi vel dandi caſum poſtulant.

Phraſis Gentis huic regulæ Alvari ſimilis eſt, & Dativum expoſcit; adjectivè cadunt hi termini: بكزر perſicè, آسا vel آشا perſicè معادل مشابه مماثل arabicè; ſic: قرغه قرغهيه بكزر *Cornix cornici ſimilis eſt.* Prov. item:

 زرافه

زرّافه دیدوکلري حیوان که صورتده دوه‌یه بکزر *Animal, quod Camelo-pardum appellant, quoad figuram Camelo simile* (est) de mir. mund. item: بوڭا آسا

ورایحه‌سندن بلدیکه آناسیدر *Ab odore, huic simili, cognovit, quòd esset Mater ejus.* de mir. mund. item ibid. الخوق شفتالودر که زردالونك قرداشیدر و

جمیع امورده اکا مشابه‌در *Elchuk est malum persicum, quod mali armeniaci frater est, & in omnibus rebus illi similis est.* item ibid. وآنلره معادل دلاور بکلري اغوا ایتدي

Et illis similes bellicosos Principes instigavit. item ibid. بر دریانك بناسي بونلره مماثل دکلدر *His nullum maris ædificium simile est.*

مثل Similitudo cum genitivo construitur, veluti: طپراغي که دوا ایچون استعمال ایدرلرکه آنك مثلي بر ولایتده یوقدر *Terra eorum, quâ pro medicina utuntur, ut in nulla Provincia ejus similitudo sit.* de mir. mund. رق رقیق دخي ایدرکه دنیاده آنك

مثلي وعدیلي یوقدر *Chartam pergamenam tenuem etiam facit, ut in orbe similitudo ejus & paritas non sit.* de mir. mund.

مانند

عدیل نظیر مانند Etiam cum genitivo conſtruuntur, etſi adjectivi formam præſeferant, veluti: مردم آزمایی جهان سوی جهانداده آنڭ عدیلی قهرمان فرمان فرمایی اشتمه مشیدی *Vir experientiæ, belli Sacri rectitudo, in orbe illius* (illi) *ſimilem Juſtitiæ Adminiſtratorem & Legislatorem non audivit.* Hum. Nam. item ibid. مدت مسیرنده سپهر سلطانت اوزره آنڭ نظیری مهر منیر مشاهده ایتمه مشیدی *Per extenſionis decurſum*, (tempus ſcilicet) *ſupra orbis imperium*, (illi) *ſimilem, ſol illuſtris non ſpectavit.* item: مانند ut priora cum dativo, & etiam, ut hæc cum genitivo : وآنڭ اینجه و لطیف کاغدلری اولور که سمرقند دیرلر اطراف عالمده آڭا مانند اولماز *Et ſubtiles & amœnas chartas habet, quas ſamercand appellant, in circuitu mundi illi ſimilis non eſt.* de mir. mund. primæ regulæ conforme exemplum. at دُر جواهر ایله بزنمش اطراف ولایتڭ بکلرنده بونڭ مانندی بولنماز *Unionibus exornatus eſt, apud Begos circuitûs regionis hujus ſimilis non reperitur.* de mir. mund.

عدیل

طپراغي : perſæpe conjunguntur; veluti : مثل & عديل
كه دوا ايچون استعمال ايدرلر كه آنك مثلي
وعديلي بر ولايتده يوقدر *Eorum terra, quà pro medicina utuntur, ut in nulla Provincia ejus ſimilitudo & paritas inveniatur.* de mir. mund.

Item *communis* عام proprius مخصوص Dativum & apud Turcas exigunt, ut: جميع خلقه عامدر *Omni populo communis eſt.* عالمه انعامكي عام ايده كور *Mundo gratiam tuam communem fac: vide.* افاده سي لطين ديلن بلنلره عام اولا *Ejus explicatio latinam linguam ſcientibus communis ſit.* de int. ment. بالذات بعضي امورلركه جناب پادشاهه مخصوصدر *Quædam negotia ſunt, quæ propria ſunt lateri regis, vel Regi.* Chur. Ef. item ibid. كرامت اوليايه مخصوصدر *Miracula ſanctis propria ſunt.* ſubinde & cum ايله conſtruitur : حق سبحانه وتعالى اول نعمه شريفه بو خاصه عظيمه ايله مخصوص

مخصوص قلمشدر *DEUS sanctificatus & excelsus illum tractum terræ nobilem, cum hac magna proprietate proprium fecit.* de mir. mund.

DATIVUS POST NOMEN.

Nomina, quibus commodum, voluptas, Gratia, Favor, Æqualitas, Fidelitas, & his contraria significantur, Dativum postulant.

Apud Turcas diversis phrasibus hæc explicantur, quorum exempla hic juxta ordinem subjungere lubet.

Commodum plerumque cum dativo construitur; ut: بزه غایت نافع و مفید درماندر *nobis valdè utile & commodum remedium est.* de int. ment. مغفر آهنین باشلرینه تنکو تار اولدی *Galea ferri eorundem capitibus stricta & angusta evasit.* Hist. Sul.

Voluptas. Adjectiva latinorum, quibus *voluptas* exprimitur, apud Turcas consistunt communiter in terminis, eandem voluptatem exprimentibus; ut: حظ masdarum arabicum. *jucunditas, delectatio, oblectatio, gustus, complacentia*, à radice حظ *Bonâ sorte, commodorum copiâ & felicitate præditus fuit*, aut in hujus radicis participio passivi formam habente; ut: محظوظ scilicet, *qui complacentiâ aut jucunditate præditus est.* id exemplis firmo; ut: بن سنک محبتکدن حظ ایتدم *Ego de*

tua

tua converſatione complacentiam feci, vel *jucunditatem feci.* Chur. Ef. id eſt: *converſatio tua mihi jucunda fuit.* & per محظوظ اولمق dicetur v.g. حركتكزدن وعرض محبتكو قوكشولغكزدن زياده محظوظ اولمشيزدر *De veſtro motu* (id eſt: de veſtro agendi modo) *& de exhibitione amicitiæ & vicinitate veſtra, jucunditate præditus fui.* Latinis *Veſter procedendi modus, amicitia & vicinitas veſtra, mihi jucunda fuit.* Sed hoc ipſum محظوظ etiam cum ايله conſtructum reperi, meo judicio tamen ad verborum regulam, ut oblectari ſignificans, magis pertinet; ut: عساكر فتح ضمايم غنايم بيكران ايله محظوظ اولوب *Cùm exercitus Victoriæ annexi infinitâ prædâ oblectarentur.* Contrarium voluptatis habebitur, ſi ſenſus de affirmativa ad negativam formam transferatur. veluti: بن سنڭ صحبتكدن حظ ايتمم *De tua converſatione jucunditatem non feci.* Per accidens obſervare lubet, quod محظوظ اولمق ſubinde idem ſit, ac ممنون اولمق *Obligari*, etiam cum دن conſtruatur; ſic: لطفكزدن vel لطفكزدن غايت ممنون ايز غايت محظوظ ايز *Gratiæ Veſtræ valdè obſtricti ſumus*, vel *obligati ſumus*, Chur. Ef.

Gra-

Gratia. Huc referenda adjectiva perplurima sunt. Phrases verbi impersonalis *placet*, de quibus in tertio ordine impersonalium dictum est, huc trahi possunt; veluti: فلانكك سوزي خوشمه كلدي *Talis Cujusdam verbum ad placitum meum fuit.* id est: *Talis cujusdam verbum mihi gratum fuit.* Contrarium, negatio in verbo sic: فلانكك سوزي خوشمه كلمدي *Talis cujusdam verbum ad placitum meum non venit.* Quòd si *Gratus* ad recognitionem beneficii referatur, modo verbali enunciabitur; ut: شكرانه لق كتورمك vel شكرانه لق ايتمك: vel تشكر ايتمك & cum دن personæ, cui gratiarum actio dicitur; ut: فلان كمسنه سندن شكرانه لق ايتدي: vel فلان كمسنه سندن شكرانه لق كتوردي vel فلان كمسنه سندن تشكر ايتدي *Talis quidam de te gratiarum actionem fecit* id est: *Talis quidam tibi gratus fuit.* dicunt & شكر ايتمك *gratias facere*, seu *grates rependere* cum dativo rei, ob quam gratiæ referuntur; ut: الله تعالى نك ويردوكي نعمتلرينه هر بار شكر ايدرز *DEO excelso ob beneficia quæ fecit, omni vice gratias facimus,* vel *dicimus.* Chur. Ef item per شكران اوزره اولمق

 esse

esse supra gratitudinem, construitur cum دَنْ personæ, cui gratiæ dicuntur; ut : بَنْ سَنْدَنْ شُكْرَانْ اُوزْرَه يِمْ : *Ego de te sum supra gratitudinem*, id est : *sum tibi gratus*. Verùm, si terminis his uti licet, pomposus ille turcicarum phrasium concursus, hujusmodi loquendi modos, diverso verborum lenocinio depingit, sit exempli locò pars cujusdam Epistolæ Sultani Mehmed Chani ad supremum suum Vizirium Ahmed Bassam ob expugnatum munimen Vivarini in Hungaria, ex Gem. Hist.

سَنْكِه وَزِيرِ أَعْظَمُمْ وَسَرْدَارْ أَكْرَمُمْ آحْمَدْ پَاشَا
سَن سَلاَمْ سَلاَمَتِ أَنْجَامْ پَادِشَاهَانُمْ وَپِيَام مَسَرَّتْ
رِسَانْ مَلُوكَانُمْ اِيلَه تَشْرِيفْ بُيُورْدُغُمْدَنْ صُكْرَه
بَعِنَايَتِ ٱللّٰهِ ٱلْمَلِكِ ٱلْفَتَّاحْ عَوْنِ عِنَايَتْ كِيرُوكَارْ
اِيلَه قَلْعَهٔ اُويْوَارْ بَنْدِ كَمَنْدْ تَسْخِيرَه كِرِفْتَارْ
اُولُوبْ كُفَّارِ دُوزَخِ قَرَارَه أَنْوَاعِ خِذْلاَنْ اِيلَه
دِلْخُوَاهْ هُمَايُونُمْ اُوزْرَه عُقُوبَتْ اُولْدُوغِي مُژْدَه
خَبَرِي هُمَايُونُمَه مَسَرَّتِ بَخْشْ اُولْدُوقْدَه دَرْكَاهِ
وَاهِبُ ٱلْعَطَايَايَه أَنْوَاعِ حَمْدُ و ثَنَا قِيلِنْمِشْدُرْ
فَحَمْدًا ثُمَّ حَمْدًا بُو فُتُوحَاتِ جَلِيلَه طَبْعِ
شَرِيفُمَه فَرَحْبَخْشْ وَ ذِهْنِ لَطِيفُمَه مَسَرَّتْ نَقْشْ
اُولُنْمِشْدُرْ

اولمشدر *Tu qui meus Maximus Vizirius, supremus & venerabilissimus meus Dux militiæ es, Ahmed Bassa, postquam dignatus sum te nobilitare extremo salutis meæ regiæ & pacis termino, & nuntio lætitiam meam regiam deferente. Cùm, quòd per auxilium DEI regis victorias, per auxilium EXPUGNANTIS & OPERANTIS, Munimen Vivarinum laqueo vinculi subactionis captum fuerit, quòdve Infideles stabili mansione Inferni, ob diversam vilitatem, juxta Augustum meum desiderium puniti fuerint, boni nuncii informatio, Majestati meæ lætitiæ donum, facta sit, ad Aulam DATORIS beneficiorum variæ laudes & gratiarum actiones persolutæ fuerunt, laudes iterumque laudes. His eximiis expugnationibus natura mea Nobili mentique meæ benefica lætitia insculpta fuit.* dicerent Latini; *Victoriæ hæ eximiæ, natura mea nobili, mentique meæ benefica accepta fuerunt.*

Favor. Hæc adjectiva apud Turcas nonnunquam Latinorum more cum dativo enuntiantur; veluti: عزتلو سعادتلو و بو قوللرينه مرحمتلو سلطانم *Honorifice, felix, & his servis suis misericors Sultane.* Item: مظلوملره نصير اولاسن *Injuriâ oppressis propitius* aut *Adjutor esto.* Verùm & aliis phrasibus hoc in passu utuntur; veluti: زيرا كورجي كتخدا افنديمزك پدرلري چراغي دخي كندو چراغي اولوب *Quoniam Præfectus Giurgi erat Patris Domini nostri lucerna, & etiam ipse ejus lucerna.* Gem. Hist. id est: *Quoniam Præfecto Giurgi Pater Domini nostri*

 erat

erat favens, & ille etiam ei favebat. Item ex præcitatis literis Sultani ad suum Vizirium: سَكَا وَ اُولْ سَفَرِ آثَرْدَهْ اُغُورِ دِينْ وَ دَوْلَتِمْدَهْ طَاشْ يَصْدَانُوبْ طُپْرَاقْ دُوشَنُوبْ غَازِي وَ مُجَاهِد قُولْلَرِيمُكْ وَضعِ شَرِيفْنَه وَصَغِيرُو كَبِيرِينَه نَانِ نِعْمَتُمْ حَلَالْ اُولْسُونْ جُمْلَهْ كُزْ بَرْخُورْدَارْ اُولَاسِزْ *Tibi, & in illius expeditionis bellicæ vestigio pro felicitate fidei & imperio meo lapidem sibi substernentium & terræ incubantium militum, & pro fide pugnantium ob actiones nobiles eorum, & parvo & magno eorum panis gratiæ meæ licitus sit. Omnes vos portionem percipientes estote.* Inter adjectiva, favorem exprimentia, est etiam مَقْبُولْ *acceptus, gratus.* hoc adjectivo utuntur Turcæ cum affixis v. g. اُولْ كِمْسَه پَادِشَاهُكْ مَقْبُولِيدُرْ *Ille quidam Regi gratus ejus* seu *acceptus ejus est.* Chur. Ef. construitur etiam cum دَه ut: اَوْلِيَانُكْ دُعَاسِي حَقْ دَرْكَاهِنْدَه مَقْبُولْ اُولُورْ *Sanctorum oratio in Aula DEI accepta est.*

Ingratus hujus contrarium per آيِلِكْ بِلْمَزْ *beneficium nescit*, exprimunt, ad آيِلِكْ autem affixa personarum cadunt; veluti: اُولْ كِمْسَه آيِلِكِمِي بِلْمَزْ *Ille quidam beneficium meum*

meum nescit, vel *non novit.* item per ضايِعْ اُولْمَقْ vel per كِتْمَكْ *deperdi, abire*; veluti: اَكَرْكِه سَنُكْ اِيتْدُوكُكْ اَيْلِكُكْ اُولْ كِشِي قاتِنْدَه ضايِعْ اُولُورْسَه حَقّ تَعالَى حَضْرَتِنُكْ حُضُورْ شَرِيفِنْدَه هَرْكِزْ ضايِعْ اُولْماز *Si beneficium, quod fecisti, coram illa persona deperdetur, in præsentia nobili Majestatis DEI Excelsi nunquam deperdetur.* اَيْلِكُكْ يانِينْدَن كِتْدِي *beneficium tuum ab ejus latere discessit*, id est: *ingratus fuit.*

Infensus. بَنْ فُلانْ آدَمْدَنْ اِكْراه اِيتَدُمْ *Ego â tali homine abhorreo*, id est: *tali homini sum infensus.* فُلانْ كِيمَسْنَه نُكْ بَكَا بُغْضُو عَداوَتِي وارْدُرْ *Talis cujusdam in me odium ac hostilitas est.* id est: *Tali cuidam sum exosus.* بَنْ فُلانْ آدَمَه خُصُومَتْ اِيدَرُمْ *Tali homini hostilitatem facio, &c.*

Æqualitas & paritas. advertendum est, quòd adjectiva æqualitatis & similitudinis persæpe ejusdem sensûs & significati esse videantur; ut: آنُكْ اِنْجَه وَ لَطِيفْ كاغِدْلَرِي اُولُورْكِه سَمَرْقَنْدْ دِيرْلَرْ اَطْرافِ عالَمْدَه آكا مانَنْدْ اُولْماز *Illi subtiles & amenæ chartæ sunt, quas Samercandæ vocant, in circuitu mundi illi æqualis aut par non est.* Contrarium; de

de affirmativo ad negativum sensum, ut in aliis sensibus aliæ phrases: بو طاش بو طاشه دنكادنك اولمشدر :
Hic lapis huic lapidi pondere par aut *æqualis factus est.* بوجوهر بو جوهره دنكادنك اولمشدر *Hic unio huic unioni pondere par* aut *æqualis factus est*; item: برابر veluti: بر قلعه ويران و هدم و يره برابر ايتمك *Munimen quoddam evertere, & terræ æquale reddere.* & per ايله veluti: فلان قلعه يي ير ايله برابر ايلديلر vel per يكسان *una similitudo*: فلان قلعه يي ير ايله يكسان ايلديلر :
Tale munimen terræ æquale, vel *terræ unam similitudinem fecerunt.* item: اول قلعه بر واسع و معمور جزيره ده اولوب غازيلر اطراف و جوانبني آتش سوزان ايله ياقوب معموره سن ويران و خاكله يكسان ايلمشلر
